SCRIPTORUM
LUSATICORUM

TOMUS TERTIUS

EXHIBENS

DISSERTATIONES TAM AD
JUS PUBLICUM QUAM PRIVATUM
SPECTANTES ET SINGULARES MATERIAS EX JU-
RE FEUDALI, PROVINCIALI ET STA-
TUTARIO TRACTANTES,

HABITAS
IN DIVERSIS GERMANIÆ ACADEMIIS.





Q. D. B. V.

DISSERTATIONE INAUGURALI,

Differentias juris Feudalis

COMMUNIS ATQUE LUSATICI,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO REGIÆ DOMUS PRINCIPE AC DOMINO,



CAROLO,

PRINCIPE PORUSSIÆ, CETERA,

In Fridericiana,

PRÆSIDE

D. JOANNE PETRO Ludewig, JCto,

REGI A CURIALIBUS CONSILIIS, PROFESSORE JURIUM ET HISTORIARUM ATQUE MAGDEBURGICI TABULARII ARCHIVARIO,

PRO DOCTORIS PRIVILEGIO

rite consequendo,

RESPONDEBIT

DANIEL RIECH,

ADVOCATUS PROVINCIALIS ORDINARIUS JURATUS.

DIE XXII. MENSIS AUG. cI) Iocc XIV.

H. L. Q. C.

Differentiæ juris Feudalis,

LUSATICI ATQUE COMMUNIS.

* * *

PROOEMIUM.

§. I.

De patrii juris ignorantia querelæ. Quæ olim apud SILESIOS (a) ipsosque SAXONES (b) querela, *confundi patrii juris rationes cum extraneis aliorum populorum institutis, tum maxime, si academiæ consulerentur earumque doctores, vix alio, quam Romano & Longobardico juribus*, ut olim tempora fuerant, *imbuti, adeo, ut forensium actorum transmissio inter morbos sit referenda, ruentis in alienos mores reipublicæ & pristinæ libertatis oblivionem*: illa omnino LUSATIÆ quoque meæ cavenda esse, hodie præsertim, ubi Romana & academica nomina in curiis cum frequentiora sunt, tum celebriora, id quidem ex argumentis intelligimus tot patrii & peregrini juris differentiarum (c)

(a) Habeo interpretem ea in re *Silesiaci juris* callentissimum, *Jacobum Schickfusium*, quondam *Imperatoris & Ducis Lignicensis* consi- **De ignorantia Silesiaci juris apud exteros querelæ.**

consiliarium fiscique patronum. Is certe in utilissimo libro de *Feudis Silesiæ*, usque huc inedito, *cap. 1. n. 38.* his verbis eo fine scribit: *propter summam consuetudinis* in Silesiæ feudis *potestatem multi cordati viri & in literatura illustres exoptarunt, ut & in Silesiâ consvetudines feudales, tenebris plusquam cimmeriis obruta, in lucem conspectumque producerentur. Per eas certe* mira exterorum judicia *averterentur plurimaque sopirentur* indigenarum *litigia. Accipiat desideria hac* Loca ex Schickfusii codice insito *benevolus lector ex* epistolis *duorum Silesiæ* procerum, *maximi apud suos nominis & meritorum.* Prima est *Georgii comitis de Oppersdorff*, S. C. majestatis consiliarii status secretioris(*): altera *Melchioris de Seniz*, qui in hoc argumento longe amplior curatiorque. (**)

De ignorantia Saxonici juris querelæ. (b) Verba querulæ Saxoniæ, in ordinum provincialium an. 1552. instituto conventu, recitavit exhibuitque ex msto codice auctor *Germania principis lib. 3. cap. 6. §. 10. pag. 223.*

Lusatici juris, cum simplicis, tum apud exteros ignorati. (c) Quæ mox ordine sequentur. Ratio autem simplicis & singularis in Lusatia juris extraneisque ignorati necquicquam est obscura. Nam *principio* regio hæc cum Silesiæ tum Saxoniæ est vicina habetque causas jurisprudentiæ singularis & domesticæ cum his fere communes: *deinde* incolæ Lusatiæ, temporibus diversis, & ipsi diversi varias in illam mores contulerunt abhorrentes Romanis: *porro* ordines, libertatis amantes & tenaces, instituta, quæ semel accepere, contuti sunt fortiter: *praeterea* ipsi principes, rerum domini, pristina civibus jura subinde confirmarunt: *imo*, quod maximum, judiciaria & legislatoria hic auctoritate vix usi sunt principes, nisi ordinum accedente adplausu consensuque: *tum* academica jurisprudentia in Lusatiæ judiciis ideo regnare non potuit, quod pleraque Lusatiæ fora adsessores habere soleant, judicio civitatis, non principis, electos, ut adeo illa semper judices maluerit usu doctos, quam formatos tantum in scholis: *demum* rarus ex Lusatia quondam actorum transmissio ad academica collegia, frequentior ad patrii juris antistites, Magdeburgicos imprimis scabinos & Hallenses: *tandem* Lusatia a systemate juris aliena, *einem geschriebenen Land-Recht*, ejus enim conditores, testibus tot exemplis, id fere egerunt, ut patria instituta cogerent in harmoniam cum legibus Romanis: *ad extremum* defuerunt quoque Lusatiæ interpretes JCti, qui habitum patrii juris ad Latii exigerent leges vestiarias, id est, sensus ibi populares nunc torquerent ad apices Justiniani, nunc primis deletis, locum facerent ultimis. Quo itaque magis simplicia & singularia sunt Lusatiæ jura, eo quoque cavendum magis, ne illa perversas experiantur sententias apud doctores & jureconsultos Romanos & alios quosque peregrinos.

§. II. Quamvis vero commixtio hæc in causis etiam privatis earumque decisionibus officiat reipublicæ (c): in jure tamen beneficiario gravius inde damnum. Cum, quod ordinum clientelæ prædia resque tangant valde momentosas (f): cum, quod in illis nexus versetur (g) imperantium atque parentium, id est, caput & cardines reipublicæ. Præsertim in jurisprudentia clientelari.

(c) Quis dubitaverit de damnis, ex jure incerto & perturbato, redundantibus in rempublicam. Cives fallunt fallun- tur- Pestis reipublicæ juris ambiguitas.

(*) Ita autem ille: Auf die vorgefallene Lehens-Streitigkeiten antworte ich, daß in solchen Sachen mancherley Zweiffel entstonden. Welche man von Anno 1513. biß 1560. zwischen Kayserl. Maj. und den Land-Ständen zu heben gesuchet, und absonderlich von 1590. biß 1600. daran gar sehr gearbeitet hat. Davon D. Krumkriegers damahlige Gutachten im arch.v liegen. Unterdessen werden die Lehens-Streitigkeiten entweder zum Rechten verwiesen, oder wenn es Kayserl. Majest. vortheilhafftig, durch Commissiones ausgemachet. Wäre aber gar sehr zu wünschen, daß man dergleichen (ob ignorantiam patrii juris) in Ungewißheit schwebende Lehens-Sachen durch Leute die dieser Lande Rechten erfahren, ausmachen liesse. Großglogau den 25 Jun. 1630. An die Kayserl. Cammer in Ober- und Nieder Schlesien.

(**) Consilium, Schickfusio in literis datum, hoc est: Wenn der Herr bey diesem Werck vom Schles. Lehn-Recht ex antiquitate Silesiaca erweißlich machen könte: Wie weit die Polnische Rechte in diesen Landen gegangen, und wie lang sie gewehret, und wie sie aufgehöret, und warum Schlesien das Teutsche Lehn-Recht sonderlich beliebet, und alle Ritter-Güter dem Herren zu Lehen gereichet, ausser wenigen, so Erbe und eigen, nach Polnischem Recht geblieben. und darum gar ein sonderlich Recht, die Z uden genennet worden. Ferner, was unter beyden für ein Unterscheid gewesen u. d. würde allen Fürsten, Ständen und Kayserlichen Majestät nicht weniger ein grosser Nutzn geschehen. Absonderlich do dem Herrn wohl wissend, wie bißhero die Landes-Obrigkeiten, Juristen-Facultæten, Schöppen-Stühle, auch die Königliche Appellation selbsten in diesen Stücken, ob ignorantiam antiquitatis patriæ, in Zweiffel und Ungewißheit gestanden. Absonderlich werden die Alten Lehn-Brieffe von den Universitæten mit wunderlichen Augen angesehen, und cum injuria Cæsaris & principum auf die Regel, quod fundus præsumatur liber, gesprochen. Wie ex Mod. Pistoris vol. 2 consil. 12. zu sehen. Solche errores solten billig ex patria antiquitate den Auswertigen absonderlich benommen werden. Der Herr wird also dardurch tot amplissima collegia & dicasteria ex tot fœcundis erroribus educiren, und ihnen ein Licht geben. Datum Olau die 3. Febr. Anno 1624.

turque in formis negotiorumque rationibus, norma destituti rerum agendarum certa ac stabili. Judicibus via aperitur ad decipiendum & illudendum partibus nunc sub Latii, nunc sub alieni populi larvis. Interdum sub ratiuncularum ænigmatibus auctoritate sanctæ curiæ vestitum faciunt glaucoma. Sæpe irretiunt partes opinionum divortiis dimoventque illas a veritate unico verbo, quod sententia sit communis. Caussarum vero patroni in his tenebris protrahunt, excitant, fingunt, vertunt, trahunt retrahuntque lites, ut exitus ante non videatur, quam juribus & nummis careant litigantes.

Causæ feudales majoris longe momenti quam res allodiales.

(f) Nam in Germania cum universim, tum sigillatim etiam in Lusatia opes *procerum* absolvunt fundi clientelares. Quæ *allodialia*, seu civium sunt propria, vel in ancipitis fortunæ *nominibus* versantur vel in *crepundiis*, vel in *ædificiis* ac *villis* rerum vacuis, vel in *agrorum* aliquot jugeribus, censuum ac tributorum onere ita exhaustis, ut vix aliud possessori relinquant, quam operas & servitutem. Ut adeo *allodia* cum *feudis*, ne quidem mereantur conferri, tantum abest, ut his illa queant respondere.

Leges clientelares fere absolvunt capita juris publici singularis.

(g) Inter ordines provinciales principem locum habent *vasalli*, reipublicæ sustentacula, & columnæ. His collapsis aut patriæ jurium ignorantia concussis convulsisque, de reliquorum civium actum est fortunis, aris, focis, salute. Eo itaque magis curandum est, ut constet sibi respublica in clientelaribus argumentis. Disces inde, quæ facere principem vel solum facere est nefas. Quæ jura subditis propria vel communia illis cum principe. Quibus rationibus omne punctum absolvitur *juris publici singularis*.

Inde oritur doctrina juris differentiarum.

§. III. Non vero alia ratione evitabitur utriusque juris perturbatio, quam ut in rationes cuique proprias inquiratur sigillatim doceaturque post, quantum aliæ atque aliæ distent invicem & quæ demum sint momenta differentiarum (h).

Ad tollenda ambiguæ jurisprudentiæ discrimina, viæ multiplices.

(h) Alii atque alii alia etiam atque alia remedia attulerunt, ad tollenda perturbatæ & ambiguæ jurisprudentiæ discrimina. Sunt, qui codices hic ediderunt *legum abrogatarum*: sunt, qui docere voluerunt *jura* nonnisi *novissima*: sunt, qui juris utriusque amarunt *collationes*: sunt, qui jurisprudentiam quæsiverunt *forensem*: sunt, qui opiniones collegerunt *communes* aut communissimas: sunt, qui *praxeos* & theoriæ inierunt discrimina: sunt, qui *usum* docuerunt *modernum*: sunt denique, qui firmum se invenisse talium existimarunt in *curialium decisionum* auctoritate: nonnulli illos partus habuerunt genuinos, quos exclusisset *ratio* & *æquitas*: *trutinas etiam & ariadnea* fila ostenderunt, alii in conciliandis Romanorum legibus occupati. Horum omnium rationes uti suo relinquimus loco & meritis in juris adeo incerti prudentiam: sic præsenti tamen instituto viam inire lubet *juris differentiarum*, usque Dno. *præside* duce, qui ante aliquot annos hoc etiam nomine salivam movit jureconsultis cum forensibus tum academicis in jurisprudentia *civili*, caussasque novi in Germania instituti ipse aperuit in *proœmio* primæ dissertationis *differentiarum juris Romani & Germanici, Anno 1712.* in Fridericiana in publicum emissæ.

Nobis probantur utriusque juris differentiæ.

§. IV. Hoc egomet consilio animum adpuli ad tractandum ejus generis argumentum, differentias scilicet juris *Feudalis Lusatici & communis*. Quo ultimo nomine nunc *Longobardica* iterum *Saxonica* quandoque etiam *Germanica* intelligo instituta universim. (i) Neque enim in hoc specimine conflictus inauguralis extra oleas legum peregrinarum versari opus fuerat: quod patria hic mea tot luminibus splendeat jurium sibi propriorum (k) vitamque ego vivam negotiis usque addictam forensibus. Dei numen adsit scribendis.

Inprimis etiam in Lusatiæ, patriæ meæ, institutis.

Communis hic vocabulum sensus multiplices.

(i) Nam communia dicuntur jura & *Longobardica*, intuitu Germanicorum, & *Germanica* Saxonicorum intuitu, tandem & *Saxonica*, intuitu illorum, quæ Lusatiæ omnino singularia. Atque hoc ordine in *Lusatia* foris principio attendimus *domestica statuta*: tum *Saxonica*: deinde *Germanica* universim: demum *Longobardica*: ultimo *Romana*.

Feudalia jura multiplicia in provinciis Germaniæ.

(k) Cujus rei origines caussasque dedimus supra *litt. c. p. 4.* Ceterum facilius *civilia* Germanorum jura vocaveris in concordiam & harmoniam, quam clientelaria, quæ cuique tantum non *curiæ feudali* in Germanico imperio sunt propria. Ut adeo operam hic quoque mereantur singularem.

DIFFERENTIA I.

Num Lusatiæ feuda sint oblata?

De Lusatiæ feudorum origine.

Longobardici juris rigor feuda tangit *beneficiata* (a); alia ratio feudorum Lusatiæ, quæ in numero *oblatorum* (b); ideoque virgula notari merentur paulo leniori. (c)

Num Longobardica jura oblatorum feudorum sint ignara?

(a) Disputant invicem JCti, utrum in Longobardico jure vestigia reperiantur feudo-

feudorum *oblatorum*. Qui hoc *affirmant* his fere utuntur argumentis: *Principio* dicunt, nemini esse ignotum, quod exempla sint antiquissima illorum, qui res *proprias* id est *allodiales* aliis ea lege donaverint, ut illas jure clientelari ceu *feuda* reciperent, nunc *pietatis*, nunc *lucri*, nunc etiam *securitatis* causa, casuque demum alio sic eveniente. Quæ feudorum genera eum ævum superent Carolidarum, vix esse, quod dubitemus de jure. *Deinde* verba 2. F. 17. atque 2. F. 23. demum 2. F. 54. ita explicant, ut vero esse simile videatur, respici ab illis ad feuda oblata. Quorsum *Bocerus* & *Schoppius* legendi. Alii contrarium adserunt & Longobardica jura oblatorum feudorum habent prorsus ignara. In quo numero sunt *Feltmannus*, *Rhetius* atque alii. Cum, quod textus superiores ab his sensibus alieni; tum quod fieri non potuerit, per universum codicem Longobardicum nihil circa feuda oblata præceptum reperiri, siquidem eorundem aliquam habuissent cognitionem ejus conditores. Neque est, quod ultimum argumentum improbetur *Hertio part, 1. thes. 18.* Nam illa, quæ semel tantum & iterum fuerant facta, *pactis* confici poterant neque opus fuerat jure *legitimo*.

Num Lusatiæ feuda non ero sint oblatorum? (b) Sententia, utrum Lusatiæ feuda *oblata* sint, an vero *beneficiaria* seu data, in utramque partem habet rationes & ambiguitates. Qui ultimum tenent, ita

Rationes negantium. poterunt philosophari, ut conjecturæ sint

prima, pro feudis *datu*. Quoniam *primo* Lusatia armis Germanorum subacta fuerit, cum per *Carlingos*, tum etiam per *Henricum* aucupem. Admodum igitur opinabile esse, terram cessisse militi victori idque factum esse sub nexu clientelari. *Repono*, *Carolidarum* imperia in populos incultos ejus fuisse generis, ut reliquerint regionem incolis, quibus, instar Romanorum, usi sunt ceu instrumentis servitutum ad annua tributa, ceteraque extorquenda populis. Idem repetendum esse de Henrico aucupe. Præterea ignorata tum fuisse feuda gentilitia apud Landsassios, ergo si quid tum militibus donatum, aut allodii jure donatum est, aut si feudali lege vel *precarii* instar, vel tantum ad dies vitæ. Cujus ultimi generis nulla apud Lusatos sunt vestigia in jure clientelari.

secunda, *Deinde* propterea post Venedas, primi populi familias, tot reperiri, quæ a Germanis sint oriundæ, quoniam plures Lusatiæ tractus feudi jure adsignati victoribus Germanis. Imo universam provinciam habitum induisse Alemannicum, qui in lingva, moribus, sacris, legibusque Germanicis cognoscatur. *Repono*, Lusatiæ primos incolas fuisse *Suevos*, quod extra aleam dubitationis. Nil ergo obstare, quo minus familiæ ibi Germanicæ pro horum reliquiis posterisque habeantur. Accedere, quod per novas ex Germania colonias gentes ibi non extinctæ neque opibus sint exutæ: sed connubiis mixtæ cum indigenis. *Porro* tertia,

Saxonica in Lusatiæ clientelis recepta fuisse jura & leges: sed has scriptas esse feudis beneficiariis. *Repono*, in jure feudali nullo tot præcepta reperiri de feudis oblatis, quam in Saxunico, quod etiam dixerunt *Schilter* & *Hertius*. *Demum* ipsos quarta,

Lusatiæ vasallos libertatem suorum feudorum adscribere privilegiis regum Bohemiæ, certo indicio, eorundem olim fuisse conditionem longe duriorem idque ex rationibus juris beneficiarii. *Repono*, sæpe principes suis tribuere privilegiis, quod juris in pruvincia sit ordinarii. Hac arte scriptam esse *A. Bullam*, quæ principum electorum prærogarivas plerasque largitioni adscribat Caroli quarti, conditoris, quæ tamen origines habeant Germanici imperii natalibus coævas. Atque ex hac fere scena prodeunt argumenta eorum, qui feuda Lusatiæ habent pro mere beneficiariis. Nobis, qui ex adverso sentimus Rationes affirmantium.

& quibus *Lusatia feuda* in numero esse videntur *oblatorum*, causæ sunt, quæ sequuntur. *Principio* populi vox hic nobis prima,

fit maximi. Ita autem ordines Lusatiæ: *liberam se gentem esse, quæ sponte iverit in Bohemia regum potestatem, nec quicquam vero coacta sit armorum vi. Tantum abesse, ut res suas pro beneficiis habeant principis, ut potius Bohem. olim reges beneficii* loco æstimaverint, *Lusatos illorum, non aliena imperia, delegisse*. Verba Ordinum in libello, quo An. 1706. Svecis Lusatiæ invasoribus responderunt, sunt hæc: Daß das Maggrafthum Laußnitz, nachdem es durch Absterben Waldemari, des letzten Marggrafen zu Brandenburg, aus dem Anhaltischen Stamm, NB. sui juris worden, frey und gutwillig, um mehrer Sicherheit und Schutzes willen im Anno 1319. dem damahligen König in Böhmen Johanni sich submittiret, und dargegen von demselben so wohl, als dessen Nachfolger im Königreich, die theureste Versicherung, wie aus dem Submissions-Document und Privilegio zu ersehen, erhalten haben, daß selbiges in seinem Schutz und Landes-Herrschafft zu keiner Steuer verbunden seyn sollte. Welches auch alles Chur-Sachsen confirmiret, und von Fällen zu Fällen bestätiget. Idem Lusatiæ ordines dixerunt etiam olim an. 1636. quo Marchionibus Misniæ a Bohemis sunt relicti: es auch unverborgen sey, was es mit diesem Lande vor eine Beschaffenheit habe, und daß die Stände dieser Marggrafschafft Nieder-Laußnitz hiebevor mit der Cron Böhmen sich libere conjungiret, die

Köni-

Könige vor ihre Marggrafen und Herren gut und freywillig angenommen haben. Diploma exhibet LUNIG *tom. 4. n. 53.* Verum ne existimes, sensibus hic plus datum esse, quam veritati, en ipsas *Bohemia* regis *Johannis* litteras anno 1319. verbis conceptas, quæ sequuntur: *Joannes dei gratia &c. &c. Saue marchia Lusatia incola se &* sua, *una cum tota* marchia *& provincia Budissensi nostra ditioni* spontaneo *submiserunt.* Igitur *jure soli aequum & rationi consentaneum censemus, dictos incolas talium praerogativarum privilegiis insigniri & recompensari, ut ipsi de nostra Majestatis Dominio possint gratulari, utque Barones, Nobiles, vasalli dictæ provinciæ & incolæ se nostro gaudeant subesse regimini.* Monumentum hoc *Lusatiæ* immunitatis exhibet LUNIG *in archivo S. R. I. tom. 4. system. Sax. Dom. n. 3.* Confessio autem ipsius partis imo *principis* in jure habetur pro firmissimæ fidei robore & probationum, quod dicunt, probatione. Quicquid igitur sit de Lusatis *aborigenibus:* id satis est, *ultimam* reipublicæ faciem inde conspici *liberrimam* insignemque rationibus feudorum *oblatorum.* Neque est, quod sententiæ huic opponas epistolam *Ludovici IV.* Cæsaris, qua sibi imperioque tribuit Lusatiæ Bohemis in feudum concessæ gloriam, his quidem verbis: *nos LUDOVICUS DEI gratia Rom. rex, semper augustus &c. Quod illustris Joannis* Bohemiæ ac Poloniæ regis adsectum, quem circa nos & imperium gerit, adsidue advertentes ipsumque Joannem, ad prosequendum commodum & honorem imperio aliquarum retributionum repensare allacre cupientes sibi heredibus & successoribus suis Bohemiæ regibus marchiam Lusatiamque ad imperium ex eo, quod Woldomarus Brandenburgensis marchio fine *herede decessit, fuerant devoluta, damus, concedimus, & donamus in* feudum *& jus* feudi *tenendum & possidendum perenniter. Volentes, ut reges Bohemiæ nobis &* imperio *debita* fidelitatis *obsequia, ut* jus feudorum *exigit, de terra & civitatibus prædictis præstare teneantur. Datum ann. Dni 1320.* Litteras exhibuit LUNIG *tom. 4. n. 5.* Verum enim vero diploma Cæsaris, quod ipsum non extat, sed ejus copia, fide episcopi scripta, tale non est, ut evertere possit modo laudatas oblati feudi rationes, concordes cum ordinum formulæ, tum regis Bohemiæ solenni confessioni. Nam habuit rex Bohemiæ an. 1319. Lusatiam deditione populi libera: ut adeo non potuerit eandem anno demum post 1320. Cæsaris beneficio accipere. Et sane si stetisset penes Cæsarem Ludovicum, is certe non Bohemiæ regi, vicino principi admodum potenti, adsignavisset Lusatiam, sed filio potius suo, Brandeburgicæ marchiæ successori. Accedit, quod cum *A. BULLÆ tit. 7. §. ult.* tum moribus ab auctore *Germaniæ principis* corroboratis clarum est, olim principatus non tam Cæsari, quam ordinibus cujusque provinciæ apertos fuisse, ut horum esset, sufficere successorem, quem post suo Cæsar probaret firmaretque judicio. Neque novum est aliquid, medii ævi diplomata verbis *confirmare* & *concedere, donare* uti pro synonymis. *Deinde* secunda, Ordinum Lusatiæ jura, quæ in *administrationis societate* cum principe communia habent, adeo magna & fere immensa tum fuere, ut omnes conjecturas & præsumtiones evertant feudorum beneficiatorum. Nam in maximi momenti negotiis principis potestas adducta & limitibus circumscripta ordinum provinciæ: quibus *conventus* sunt *provinciales* vere annui, die Land-Tâge, non dicis, sed reipublicæ causa instituti; illi in jure *judiciario* & *legislatorio* principi a latere & consiliis; illi jus habent *subcollectandi* tributa, quæ a principe non imperata sunt, sed promissa principi, per suffragia liberrima ab ordinibus; *illi* principem non sequi tenentur extra limites provinciæ; illi inscio principe alienare possunt, quod possident verbo clientelæ & feudorum, cetera. Quorum omnium amplior ratio habebitur in *differentiis,* quæ sequentur. Neque putaverim, fore, ut aliquis pro *feudis datis* habeat Lusatica, si calculos & momenta collegerit nostrarum differentiarum. *Præterea* si principes tertia, Lusatiæ ullo unquam tempore, ut fieri oportuerat, in feudis datis, omnibus prædiis incolas destituerunt, haud quaquam est credibile, illos omnia hæc iterum profudisse in ordinum clientelas, nullis bonis, patrimonialibus & domanialibus, quæ nescit Lusatia, sibi & fisco suo reservatis; illos porro tantam novis beneficiariis dedisse potestatem in subditos agricolas, qui hodieque nobilibus Landsassiis addicti sunt obsequio, proximo servituti Romanæ. *Ad* quarta, *extremum* Lusatiæ vicinarum quoque gentium jura adjuvant conjecturas nostras. Nam & *Silesiaca* & *Marchia* & *Pomeraniæ* atque *Meklenburgica* feuda, judicio omnium fere JCtorum, ipsius *b. m.* STRYKII virgula æstimantur oblatorum, ut adeo jura, quibus Slavicæ gentes imperio Germanico accesserint, invicem videantur cohærere. *Addo,* quod familiæ Lusaticæ, ultima, quas in *adpendice* dedimus *litt. A.* nomina circumferant hodieque *Slavica* loquunturque ita Slavicam originem. Horum vero quæso! unde libertas tanta, si Slavica nobilitas a milite Germano redacta unquam fuisset in servitutem. Illa enim odia Germani habuerunt adversus Venedos,

dos, ut opinabile non ſit, horum prædia in meliorem conditionem verſa poſt fuiſſe pace & voluntate illorum. Vero itaque ſimilius, Venedos in Luſatia priſtinam conſervaſſe libertatem feudis amicam oblatis.

Uſus oblatarum in Luſatia clientelarum forenſis.

(c) Longobardica inſtituta, qualia nunc ſuperſunt, opinione l. niora ſunt in feudis *datis*, *duriora* autem juſto in *oblatis* Qui enim *offert allodium* ſuum alteri in feudum, ille *confert* domino beneficium, non *accipit*; ille leges dare poteſt limitesque domini directi. Ut adeo ordo jurium hic ſit paulo inverſus. Ceſſant enim hic regulæ juris, quod beneficia, ſeu ejus generis feuda, revocari poſſint ob levem ingratitudinis notam: quod in dubio conjecturæ ſint pro domino directo: quod beneficia hæc tantum ſint collata intuitu clientelarium ſervitiorum: quod hæc a nutu pendeant domini: quod omni facultate clientes deſtituti in alienando, dividendo, oppignerando,& quæ ſunt generis ejuſdem, a quibus ideo Luſatiæ feuda ſunt alieniſſima, ut mores, leges, inſtituta Luſatiæ volunt jam nunc laudanda in differentiis.

DIFFERENTIA II.

Num feuda Luſatiæ rogantur jure non ſcripto?

De origine juris Luſatici.

Jus commune de clientelis eſt non ſcriptum (d): Luſatiæ autem feuda reguntur legibus, ſanctione publica munitis (e). Quas inter jura derogatoria referre & ſenſus anguſtiores, meo judicio (f), eſt nefas.

Quid jus feudale Longobardicum ſit non ſcriptum?

(d) Scriptura enim, qua jus feudale Longobardicum traditum accepimus, *privata* eſt jureconſultorum, non publica *legiſlatoris*, principis, vel illius auctoritate muniti ſcriptoris, in quo tamen *legis* verſantur rationes, Dd ad *l.36 ff. de LL.* Neque ab hac regula ſeparaveris conſtitutiones imperiales, Longobardicis decretis inſertas, ut faciunt FINCKELTHAUS *diſp. 1. quæſt. 6.* cum coque b. m. STRYKIUS *cap. 1. quæſt. 12.* Partim, quod imperatorum illæ conſtitutiones Longobardis ſint ſcriptæ, non Germanis: partim etiam, quod his nc quidem potuerint ſcribi. Quoniam jura legislatoria in Germanico imperio penes ordines ſimul ſunt & imperatorem, ut neutrius abeſſe ibi poſſit auctoritas. Germaniæ itaque intuitu etiam iſtæ conſtitutiones inter jus non ſcriptum ſunt referendæ.

Codex juris Luſatici hoc ævo collectus, verum adhuc ineditus.

(e) A temporibus inde regum Bohemiæ Luſatiæ principum, ab anno ſcilicet 1319. variæ ſuperſunt de *feudis Luſatiæ* ſanctiones, Erat ante aliquot annos inſtitutum jureconſulti cujuſdam, in rebus atque juribus patriæ ſuæ verſatiſſimi, quo meditatus eſt CODICEM JURIS LUSATICI ampliſſimum pleniſſimumque. Ex variis enim Luſatiæ tabulariis deſcripſit congeſſitque *diplomata*, *libellos*, *privilegia*, *decreta*, *ſententias comitiales*, *pacta* item & *leges*, ut, ſi opus illud lucem vidiſſet, haud dubie habendum eſſet pro pulcherrimo æternumque duraturo patrii juris inſtrumento. Sed conſilio, neſcio quo, factum eſt, ut auctor relinqueret illud, a ſtudioque edendi abſtineret. Quod certe non patriæ ſolum cauſa dolendum eſt, ſed etiam Germaniæ ergo, cui lumen exinde adſulſiſſet ad illuſtrandam veterem jurisprudentiam, moribus certe noſtris habendam in pretio. Laudanda itaque nobis opuſcula minoris momenti, in quibus juris Luſatici etiam feudalis oſtenduntur laciniæ. *Principio*, cum Luſatia Saxoniæ cederet principi electori, anno poſt 1636. publicis litteris ſcriptæ ſunt: Der Röm. Kayſerl. auch zu Hungarn und Böhmen Königl. Majeſt. confirmirte Amts-Ordnung, Görlitz 1636 in 4to. Eodemque anno ibidem prodiere variæ SANCTIONES FEUDALES *Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II* atque *Matthiæ*, volumine his verbis inſcripto: **Wahrhafftiger Abdruck** etlicher den Herren Land-Ständen und Ständen des Marggrafthums Ober-Lauſnitz verliehenen Privilegien, ertheilten confirmationen und Decreten, gedr. Görlitz 1636 in 4. Poſtea cum auctoritate Saxoniæ electoris *Joh. Georgii II.* promulgaretur CORPUS CONSTITUTIONUM SAXONICARUM NOVUM, Dresdæ an. 1660. fol. *adpendicis* loco additum eſt volumen *Luſatici juris* ſingulare ita inſcriptum: *Conſtitutiones* und patenta, ſo in denen beyden Marggrafthümern Ober- und Nieder-Lauſnitz in Juſtitien- und Policey-Sachen gebrauchet und offeriret werden. Hoc opus poſt acceſſionibus eſt auctum ea etiam parte, qua reſpicit Luſatica inſtituta. Et cum non leve ſpicilegium vel, ut vete dicam, ipſa conſtitutionum Luſatiæ ſuperſit meſſis, nulli dubitamus, quin *novum Saxonicarum conſtitutionum opus*, quod ſub prælo eſſe dicitur, auctus etiam habiturum ſit non pœnitendos. Ceterum *Joann. Chriſtian. Lunig*, vir ſuis publicorum inſtrumentorum collectionibus pridem celebris, utiliſſimam quoque operam præſtitit Luſatis, quod in *partis ſpecialis continuatione 2.* archivi, quod adpellat, adpendicem fecerit, ita inſcriptum: Anhang zu dem Chur- und Fürſtlichen Hauß Sachſen, von denen **Marggrafthümern Ober- und Nieder-Lauſitz**. Quo nomine *quinquaginta octo* diplomata edidit jura resque Luſaticas tractantia. Hi ſunt juris libelli, quos in Luſaticis poſſumus lau-

laudare. In quibus, si uno vel altero documento opus habuerimus, quod in iliis non habetur, dabimus operam, ut ista in dissertationis adpendice exhibeantur.

Num Lusatiæ statuta juris derogatorii & interpretationis adducta? Adfirmatur. Negatur.

(f) Ita enim a JCtis fit plerumque, ut statuta, qua parte juri adversantur communi, referant inter leges *derogatorias*, quæ *stricta* sunt *interpretationis*, *cap. 8. X. de consvet.* Ipse *Carpzovius* ad hunc lapidem offendit *part. 3. decis. 295. n. 21.* itemque in *practica crimin. part. 2. quæst. 53. n. 28.* Verum perversa hæc sunt de patrio jure judicia. Nam veri sunt doctores, ubi communia jura obligant ex *facto* legislatoris, non vero, ubi obligant tantum ex *recepto:* veri sunt, ubi jura communia *primo* loco stant, non autem, ubi loco stant *ultimo* adhibenturque tantum in *subsidium.* Plenus in discutiendo hoc errore est *Mevius* in *prooem. ad jus Lubecense* & Dn. *Præses* in *differentiis juris Romani & Germanici diss. 1. p. 4.*

DIFFERENTIA III.

Lusatiæ statuta num explicanda ex jure communi?

Juris Lusatici ἑρμηνεία.

Vulgo *statuta* interpretationem accipiunt ex jure communi (g): non autem *Lusatica*, quorum potius rationes petendæ ex indole reipublicæ (h).

Statutorum Lusatiæ explicatio.

(g) Fidenter ita doctores: *Regulariter omnina statuta interpretationem a jure* communi *accipiunt, præsertim* declaratoriam & *passivam*, ut vocant *l. 2. ff. de nox. act.* atq; in *c. cum dilect. § quia X. de consvetud.* Ita *Gaillius lib. 1. obs. 50.* & iterum *Carpzovius* in *pract. crim. part. 2. quæst. 65. n. 36.* Quare fit, ut inter tot provincialium Germaniæ jurium commentatores vix unus sit vel alter, qui hic agat aliud, quam, ut leges provinciales augeat oneretque testimoniis Pauli, Celsi, Ulpiani aut notæ & ævi junioris jureconsultorum.

Repetenda omnino ex historia provinciali.

(h) Recte atque ex reipublicæ nostræ rationibus scribit *Mevius* ad *jus Lubec. pr.* his quidem verbis: *est aberrandi causa, quod illi patrii juris sensus volunt explicare per juris Romani aut Longobardici leges: non intelligentes harum rationem ab illis regulis & rationibus multum distare. Neque magis ex istis nostra* (Lusatica) *explicare, quam ex pristinis Romanorum institutis immutatam reipublica formam regere ac definire velle.* Dolet ideo jureconsultus idem, quod interpretes juris provincialis ignari plerumque sint in provinciæ illius historia. Unde tamen legibus provincialibus accedere oporteat lumina, sensus, rationes. Utinam igitur Lusatiæ meæ essent historici rerum domesticarum. Nam *Sagittarii* opusculum de Lusatia levi scriptum est brachio. Unde decerpsit fere sua *Adam Erdm. Mirus* in oratione de rebus Lusatorum. *Schurzfleischii* de Lusatia schedæ aliquot sunt plagularum. *Peuceri* de Lusatia carmen numeros sibi magis proponit, quam res gestas inter principem & ordines. Superest tantum *Christoph. Manlius*, Gorlicensis, qui *rerum Lusaticarum* ex instituto scripsit historiam, spisso volumine absolutam, quod magna animi contentione ex Lipsiensi taberna expectatur.

DIFFERENTIA. IV.

Quis locus Longobardico juri in feudis Lusatiæ?

De juris ordine in Lusatiæ clientelis.

Vulgo docetur, primum *litteras* clientelares, tum *statuta*, deinde leges *Longobardicas* pro norma habendas in judicio clientelari (*): malim ego, statutis deficientibus, operam ante impendi in *rationibus* patriæ feudorum æstimandis, quam ad jura deveniatur peregrina (**)

Qui postponendæ juri Longobardico feudorum rationes?

(*) Hunc juris ordinem docent sequunturque *Struvius*, *c. 1. thes. 13. 14.* cum eoque *b. m. Stryckius c. 1. q. 23. 26.* Neque enim illi feudorum ratiocinia ante probant, quam desint juris communis instituta.

Qui feudorum rationes juri communi sint præferendæ?

(**) Nam principi jus *Longobardicum* Lusatiæ feudis est *inconcinnum.* Deinde cum illius receptio sit *subsidiaria*, non satis est, per illud non lædi statuta, sed nec rationes & indoles lædi debent patriæ feudorum. Aliud sentiendum apud Italos, quorum feuda sunt vere Longobardica, quæ hoc tantum jure reguntur. Prodest differentia hæc in curiis clientelaribus, quod unico exemplo docemus. Nam ipso jureconsultorum judicio, *mitius longe agendum* est cum vasallo in feudis *emtitiis*, *oblatis*, *titulo* acquisitis oneroso. Quod quoties neglexeris, glaucomate impeditus decreti Longobardici, toties impinges facisque partibus injuriam.

DIFFERENTIA V.

Num Lusatiæ feuda præsumantur propria?

Divisio feudorum Lusatiæ.

Jure communi conjecturæ, quod omne feudum *proprium* sit (i): contra in Lusaticis, quæ ordinarie sunt impropria (k).

Qui feuda præsumantur propria?

(i) *Propria* enim dicimus feuda illa, quæ instituta *ubique* sequuntur juris *Longobardici*: contra quæ ab his *declinant*, illa audiunt *impropria.* Ea vero, quæ *legis* sunt, contractibus inesse *præsumimus: pacta* vero legi *contraria* probare oportet eum, qui illa adducit. Nam juris ibi præsumtione utimur, quæ cedit veritati. Atque hoc fundamentum est axiomatis: *omne feudum præsumi proprium 2. F. 2. §. fin. I. F. 1. §. 3.*

Qui Lusatica feuda præsumantur esse impropria?

(k) Ex innumeris exemplis laudo unicum. *Lege Lusatica* vasalli alienare queunt feuda sua, pro alienandi igitur libertate præsumtio est in omni feudo Lusatico, usque dum pactis doceatur, jure hoc vasallum destitui. Sed quis negaverit, feuda alienabilia impropria esse jurique Longobardico adversa? Aut igitur juris axioma inverso ordine docendum: *quod Lusatia feuda præsumantur impropria*, aut alia definitione rei consulendum. Scilicet impropria feuda dicuntur vel intuitu *Longobardici* vel juris *provincialis*: adeo, ut, quæ *ultimo* sensu *propria* sunt, illa in *primo* maneant *impropria* & contra. Quæ invicem si distinxeris, tum dici non minus poterit: *Lusatia feuda omnia præsumi non minus propria*, id est, talia, quæ legibus provincialibus sunt conformia, in quo ratio versatur *proprietatis provincialis*. Quo intuitu feuda *alienabilia, fæminea, infurata* ceteraque adnumeranda *propriis*: quæ a Longobardici juris proprietate sunt alienissima.

DIFFERENTIA VI.

Num fundus in Lusatia præsumatur allodialis?

Feudi & allodii cognitio.

Jure communi conjecturæ, quod quilibet fundus sit *allodialis* (l): contra in Lusaticis nobilium, qui ordinarie sunt *feudales* (m).

Qui omnis fundus præsumatur allodialis?

(l) Quia quilibet fundus præsumitur *liber*; quia feuda non sunt ex natura rei, sed *ex facto*, quod opus habet probatione; quia leges id volunt *2. F. 26. §. 1. atque 2. F. 51. §. si contentio* & sententiæ forenses, ut *Carpzovius part. 1. const. 27. def. 7. 9. Struvius cap. 16. thes. 11. Sixtinus*, qui, quod improbum, idem adfirmat in ducatibus *lib. 1. regal. c. 4. n. 63. Anton. disp. 15. thes. 7.*

Qui nobilium Lusat. fundi præsum. ntur feudales?

(m) Rationes, quæ nos movent ad ita sentiendum, in his versantur. Nam inter tot nobilium possessorum prædia vix offendes unum aut alterum, quod proprium sit & allodiale. Itaque filum consecutionis est hoc: *quam indolem major pars habet, ea in cæteris est præsumenda*. Hoc vinculo consecutionis utuntur *Curtius part. 2. feud. quæst. 2. n. 40. Ruinus vol. 2. consil. 456 n. 6.* Quemadmodum etiam illud huc facit, quod una res non debeat jure diverso censeri *Dd. ad l. 23. ff. de usucap. Menochius conf. 180. num. 98. Treutlerus conf. 68. n. 4.* quod major pars trahat minorem Dd. ad *l. nulli ff. quod cujusque univers. nom. Mascardus* de *probat. conclus. 79. n. 17. Menoch. de præsumpt. lib. 3. c. 91. n. 62. 63.* quod eadem sit ratio partis, quæ universi Dd. ad *l. 76. ff. d. R. V.* Quorsum & ipsa verba decreti respiciunt 2. F. 41. Licet enim is contrarius esse videatur 2. F. 26. Poterunt tamen sententiæ ita conciliari, ut ultima tum vera sit, si minor prædiorum numerus versetur in clientelis. *Deinde*, cum prædia nobilium omnia in clientelam principi cesserint simul, alia porro inter allodia non fuerunt, nisi exemtione, quæ est *facti*. Docuit idem de vicinæ *Silesiæ* feudis *Schickfusius cap. 10. num 38. 39. 40.* Cui quidem ob numerum tantummodo majorem vix subscriberet philosophus, cum regula firmo maneat loco, quamvis ab ea plures aberrent; neque præsumtio libertatis pereat ideo, quod major pars humeros submiserit jugo.

DIFFERENTIA VII.

Qui pœnæ originem debeant Lusatia feuda?

De feudis pœnæ.

Jure communi feuda proficiscuntur ex domini *gratia* (n): sed Lusatiæ quædam allodia *ann. 1547.* pœnæ loco versa sunt a principe irato in clientelas (o).

Qui feuda tantum fiant gratiæ?

(n) Inprimis facit huc decretum 1. F. 27. §. 1. his verbis conceptum: *si quis obligavit aliquam rem pignori, eo pacto, ut, si* statuto tempore pecunia soluta non fuisset, res esset creditoris & eam pro *feudo* hab[eret], *potest debitor quandocunque pecuniam solvendo, pacto non obstante, pignus recuperare*. Feudum *enim non sub* prætextu *pecuniæ, sed* amore *&* honore *domini acquirendum*. Rationes non difficiles sunt ad investigandum. Ne scilicet clientelaria jura versarentur in sorditie; ne dominus acciperet vasallum lucro magis, quam fide sibi probatum; ne ipse vasallus officio suo clientelari hoc colore deesset, quod ob solutam mercedem illud haberet, non ob fidei & servitiorum spem.

Qui Lusatica feuda sint ita?

(o) Historia est notatu omnino digna. Imperaverat Lusatiæ civibus an. 1544. tributa Ferdinandus, Romanorum ac Bohemiæ rex ob impensas belli adversus Saxonem. Negaverunt illa cives, sacrorum causa, quoniam & ipsi Lutheri dogmatibus subscripserant, quæ Saxo armis tuebatur. Graviter id tulit Ferdinandus civesque destituit fundis ac prædiis, quæ ideo alia non lege reddidit, quam clientelari. Hac causa allodia civium a principe irato versa sunt in feuda. Quo nexu tenuit illa spatio quatuordecim annorum. Tum enim rogatione fœminarum præsertim, quibus durissima fuerat lex feudorum successoria, aliorumque intercessionibus, qui pristinæ fidei admonuerant regem, a civibus olim probatæ, eo res devenit, ut reciperent sua pleno jure cives nexuque feudali, quo constricti fuerant, liberarentur. Conceptum est hac de re diploma FERDINANDI an. 1558. quod dabimus in appendice *litt.*

litt. B. Tantum vero abest, ut hoc faciat ad civium contumeliam, ut potius hoc laudi & gloriæ eorundem sit tribuendum, quod extrema pati maluerint, quam purioris fidei socios bello impetere aut, qui illos impetierant, armis aut numis adversus conscientiam adjuvare. Ceterum Ferdinando, quin *feuda* hæc *ira* daret, non obfuit 1. F. 27. §. 1. supra exhibitum clientelare decretum. Partim quod possessoribus non traderet aliquid, verum alteram dominii partem eriperet: partim, quod tum etiam ea tempora essent, quæ sunt hodie, ubi clientelaria servitia vix alia expectantur a vasallis, quam præstent equestria tributa das Ritter-Geld oder Ritter-Pferde, ut adeo domini parum aut nihil intersit, quem habeat vasallum: partim tandem, quod, ipso Ferdinandi judicio, a perduellionis crimine cives crederentur abesse, quos ideo bonis privare noluit, sed bona nexu tantum constrinxit clientelari.

DIFFERENTIA VIII.

Qui Lusatiæ feuda vere sint nobilia?

De feudo nobili in Lusatia. Jure communi a feudorum, etiam militarium, possessione non excluduntur cives (p): Lusatico autem, hos feuda acquirere, est nefas idque publica sancitum lege (q).

Qui feuda acquirere liceat civibus ex plebe? (p) In quæstione: *num feuda Landsassiorum acquirere liceat civibus, quos homines dicunt ex plebe?* magna est rerum rationumque confusio & perturbatio. Neque enim dum constant sibi jureconsulti in *feudi nobilis* definitione ac significatu. Perverso certe judicio *nobile* dicunt, quod confert ille, qui jus nobilitandi habet, ut *Ludwel in synops.* p. 43. aliique, cum potius illud dici debeat nobile, quod *servitia* exigit non nisi a homine nobili præstanda, vel, quod eodem recidit, cujus possessionem acquirere potest nonnisi homo nobilis. Quid enim obstat, quo minus imperator vel rex feuda conferant *civica*, id est, præstationibus tantum adstricta *pecuniariis*, quæ etiam hominum ex plebe. Licet vero, si decretum 2. F. 10. expenderis, omnia feuda ordinarie apud Longobardos fuerint nobilia neque tulerint ignobilioris ordinis successores: ivit tamen hodie in plerarumque Germaniæ provinciarum mores, ut etiam homines ex plebe, quos cives dicimus, utpote mercatores, opifices virique alii opibus instructi, ad feuda emenda eodem iure admittantur, quo alii quique ex optima nobilitate. Ut adeo instituta hæc jus commune in Germania omnino absolvere videantur. Legi huc possunt *Knichen de vestit. pact. part. 2. c. 3. n. 91 Klockius vol. 3. consil. 28. n. 403. Wurmser class. 2. sect. 1. n. 10. Hertius de feudo nobili sect. 4. §. 7.* Neque pristinos forsitan mores migravimus prater rem. Nam hodie fere causas non invenies, ob quas emptores feudorum ignobiles olim sunt improbati. Olim vasalli versabantur in militia tantum *equestri*, qua indigni habiti sunt cives, *pedestribus* tantum cohortibus adscripti, imo miles nobilis inter dedecora retulerat, *ignobilem* habere *commilitonem*: hodie, postquam mercenario utimur milite, vasalli vitam colunt civilem in agris suis ac villis, solvuntque, militarium serviriorum loco, summam pecuniæ, quæ equestri adparatui respondet, einem halben, gantzen, doppelten, drey-oder mehr-fachen Ritter Pferd, instar civilium sive burgensium feudorum der Bürger-oder Bauer-Lehn, ut adeo neque domini neque vasallorum intersit, cujus demum ordinis habeat clientem. *Deinde* id potius agitur utrinque, ut prædia clientelaria emtores inveniant opimos ac liberales, in quo fere numero cives sunt, qui in quæstu ac mercatura versantur. *Olim* contra, quo feuda principis gratiæ debebantur, hanc purpurati magis provocare poterant, quam homines inferioris sortis. *Porro* cum olim & provinciales conventus essent frequentissimi & parium curiæ in judiciis denen Manngerichten consessus, si non juri, decoro certe aliquatenus videbatur adversum, inter tot viros nobiles offendi ignobilem collegam. Verum deest etiam hæc causa hodie, postquam in primo genere vix umbra superest, alterum vero sublatum desvetudine. Neque tamen exempla desunt, ubi ab ordinibus nobilitatis provincialis illi etiam cives, qui *prædiis equestribus*, mit Ritter-Gütern a principe inaugurati fuerant, exclusi sunt ab equestri conventu, man hat selbige nicht in die Land-Tages-Stuben lassen, noch auf Land-und Ritter-Täge verschreiben wollen. Legi potest *Tabor* de *suffragio peric. 5.* Imo de *Clivia* & vicinis regionibus testatur *Feltmann cap. 2. feud. th. 5.* quod *civis feudi* possessor dicatur tantum ein Innhaber eines Ritter-Sitzes, neque usum habeat juris *venandi regaliumque* ejus generis prædio adnexorum, quæ, donec res ad nobilem redierit, quiescant suspendanturque.

(q) Integrum *diploma*, quod editum non vidimus alias, exhibuimus in *Adpendice monumentorum litt. A.* Principio enim an 1669. *pactis* invicem se obstrinxit *nobilitas in Lusatia*, ne emtores equestrium bonorum der Ritter-Güter admitterent alios, quam viros nobiles. Daß sie niemand anders, als einem vierschildigen Herren-Standes oder vom Adel uhralten Geschlechtes und Herkommens, die Lehn Güter verkauffen Lusatiæ feuda qui acquirere possit nonnisi vir nobilis?

wollten, bey Verlust des halben Theils der Kauff-Summa. Post hæc pacta habuit rata ipse princeps an. 1667. Causæ legis fuisse dicuntur hæ: *Quod* prædia *equestria* inter provinciæ cimelia referenda, quæ omnino invidenda *civibus*, cum familiarum esse debeant illustrium in militia & bellis pro patria susceptis. *Quod* ita fiat, ut *cives*, majori pretio proposito, semper fere superent emtores nobiles, quos deinde oporteat vel cum egestate conflictari & vivere in sorditie, vel ex patria emigrare ad victum & cultum quærendum apud peregrinos. *Quod* civibus equestria prædia haud dubie semper majoris fiant, quam viris nobilibus, partim, quod illi ad lucra & quæstus sint nati, partim, quod magni faciant nomina, honores, titulos ex equestribus prædiis quæsitos, partim quod in illis domicilium non figant, aut si fecerint hoc, parcissimi tamen paruoque contenti sint, cum e contrario virum nobilem deceat, ut in conviviis sit lautus, erga hospites, præsertim nobiles, facilis & liberalis, in habitu & supellectili elegans & politus, quibus impensis prædiorum minuantur reditus, quos colligere possit civis possessor. *Demum*, quod talionis & repressaliorum jura id velint, ut cives equestrium prædiorum emtione prohibeant, cum in leges iverit, ne civitatibus adsignata prædia in manus veniant hominum nobilium, & quæ sunt generis ejusdem clarius & plenius ex ipso diplomate cognoscenda. Addo, quod Lusatiæ hoc institutum quibusdam etiam Germaniæ provinciis aliis sit probatum. Vicini *Saxones* an. 1609. in *conventu Torgaviensi* non minus ordini nobilium adseruerunt: daß die Ritter-Güter keinem aus dem Bürgerstande, wie auch denen Ausländischen nicht verkaufft noch verliehen werden möchten, quæ verba recitat *Auctor Germania Principis lib. 3. c. 5 §. 10.* Olim certe etiam Fridericus Marchio Misniæ sensit: *Burgenses debere jurisdictionem & advocatias minime possidere*, nisi qui privilegio essent muniti, quale exhibet *Schilterus ad jus Alem. §. 19.* & *Lehmannus lib. 7. c. 41.* Quæ loca cum aliis *Hertius* congessit *de feudo nobili sect. 4. §. 7.* qui omnino hic evolvendus. Ceterum in Lusatiæ institutis id videtur præterea admodum singulare, quod in feudi emtore illis ne quidem simplex sufficiat nobilitas, sed requirant vetustam & *quatuor majorum* insignibus illustrem. Ut adeo fere illa sacris collegiis concinna, quæ alios in Germania collegas non ferunt, quam gente oriundos, *quatuor*, *octo* quandoque & *sedecim* aut *triginta duabus* majorum nobilium, imaginibus. Qui certe mores peregrinis fere regnis nimium elati videntur ac insolentes in ipsumque principem injurii, quasi huic non liberæ manus sint in *nobilitandi jure* familiasque ex plebe illustrium ac nobilium numero adscribendi. Addo, quod *prohibitiva legis* non ratio aliqua superfit in homine, nobilium numero recenter licet, rite tamen adscripto. Verum hæc ad legislatoriam magis & consultatoriam jurisprudentiam pertinent, non autem forensem, quæ, quod semel placuit, sequitur, in quo nos hic versamur argumento.

DIFFERENTIA IX.

Num feuda Lusatiæ mascula acquirere liceat fœminis?

Fœmina habilis feudi emtrix in Lusatia.

Jure communi fœminæ ut a successione, ita ab *acquisitione feudorum*, excluduntur (r): quamvis autem in primo consentiant Lusatiæ instituta, dissident tamen in altero, *fœminaque* illis sunt *habiles* ad mascula etiam *feuda acquirendum* & possidendum (s).

Quæ fœmina excludatur a feudi acquisitione.

(r) *Fœmina* feudum neque *acquirere* neque in eo ordinarie *succedere* posse, decretum est 2. F. 36. Verum si tamen *fœmina* privilegio forte acquisiverit *feudum*, filum consecutionis est hoc, quod *filia* etiam in illo succedant 2. F. 30. 104. Quapropter, alii, licet, meo judicio, minus recte, fœmineum feudum a *qualitate* dicant *acquirentis*, *Carpzovius part. 3. const. 28. def. 10. 2.* cum eoque *b. m. Stryckius cap. 4. quæst 5.* Neque etiam in eo adsentior *Hornio cap. 4. §. 5.* qui jureconsultorum Wittebergensium suffragiis se tutum dicit, quod vinculum consecutionis nullum sit, fœminam *acquisivisse* feudum, ergo & *filiar* in illo posse succedere. Nexum certe *acquisitionis* & *successionis* hic rum *jura* tuentur 2. F. 30. cui decreto concinnum quoque illud est, quod 2. F. 104. habetur: tum *ratio* clientelaris. Cui enim domino fœmina, feudum comparans, semel arrisit, ei, improbum esset, si fœmina displiceret successor. Hodie, ubi servitia feudorum sere numaria & tum præsertim, ubi feudum est ære a fœmina redemtum. Verum aliter pactis posse rem definiri, inficias iverit nemo aut etiam lege, quæ est in Lusatia, nostro hic judicio aliena a jure communi.

Qui fœminæ acquirere liceat feuda Lusatiæ, non autem in illis liceat succedere?

(s) Instituti clientelaris in *Lusatia* verba sunt clarissima, concepta, ut sequuntur: Ingleichen, da Weibspersonen von Adel Lehn-Güter von neuem an sich erkauffen würden (quod fœminis Lusatiæ nobilibus facere est integrum,) solle denselben unverwehret und unbenommen seyn, andere Geschlechts-Verwandte männlichen Stammes (eo quod filiæ illarum in feudo recens a matre acqui-

sito

ſito nequeant ſuccedere) in die geſamte Hand und Mit-Belehnung zu nehmen. Weilen die Succeſſion auf die Mit-Belehnte männliches Geſchlechts allein gerichtet & quæ ſequuntur deinceps in der Laußnitz. Lehns-Ordn. *p. 73.* §. Wir wollen ꝛc. Ut adeo per Luſatiæ inſtituta verum ſit, quod a jure *fœmina* in feudo *comparando*, ad jus in *ſuccedendo* nullum ſit vinculum conſecutionis. Quapropter, ne lex videatur iniqua aut inconcinna, ſucceſſionis loco, fœminæ datum eſt, ut conſulat filiabus ſuis numero *ſimultaneæ inveſtitorum novumque* feudum acquirat jure *antiqui*. Id eſt, maſculos ad *reverſales* adſtringat ad ſatisfaciendum filiabus ære aut modo quovis alio. Quod jure communi fieri poteſt nonniſi ex ſingulari domini directi conſenſu: in Luſatia autem nobiles fœminæ id habene jure provinciæ ordinario.

DIFFERENTIA X.

Num feudis Luſatiæ jurisdictio ſit adnexa eaque ſuperior?

De variis jurisdictionis generibus vaſallorum denen Erb- und Ober-Gerichten.

Jure communi *jurisdictionis* nullum genus adnexum eſt feudis (t): Luſatiæ autem vaſalli principio *inferiori* den Erb-Gerichten gaviſi ſunt, poſt an. 1562. ſingulis etiam acceſſit *ſuperior* ſive merum imperium die Ober-oder Peinliche-Gerichte (u). Ut adeo in prædiis nobilium omnibus pro jure judiciario ſint conjecturæ.

Qui pro jurisdictione vaſalli non ſint conjecturæ apud Longobardos?

(t) Nam *judiciaria* jura pertinent ad *regalia*, a nobili feudo omnino diſtincta & ordinarie aliena 2. F. 56. Inde jureconſultorum axioma: *pago ſive caſtro in feudum conceſſo, non taco præſumi, conceſſam eſſe ſimul jurisdictionem.* Quod docent *Gailius lib. 2. obſerv. 62. Roſenthal cap. 5. concluſ. 6.* Neque præter rem & rationem etiam in Germanico imperio. Nam *jurisdictio civilis* ſive mixtum, ut vocant, imperium fuit quondam in manibus *comitum provincialium*, qui etiam verbo *judicis* ideo ſunt appellati. *Merum imperium* ſive *dux* habuerat ſive populus, in quo cum auctoritate præſederant *comites*. Quo rerum ſtatu nulla *Landſaſſiis* fuit jurisdictio. Verum, quod hæc poſt acceſſerit *fundis nobilium*, id quidem cauſas habet plures & varias, in variis provinciis. In *Bojoaria* ducatu an. 1311. Otto dux jurisdictionem adſcripſie fundorum poſſeſſoribus nobilibus, quod ſummam pecuniæ ſolverant, duci valde neceſſariam. Quæ jurisdictio domi nata voce adpellatur das Hofmarcks-Gericht, caſusque principi tantum relinqui tres, utpote 1) *homicidii* 2) *ſtupri* violenti 3) *publica rapina*, qua de re legi poſſunt *Manzius in Deciſ. Palat. decad. 2. Ertelius in relat. Boicis 40. p. 63.* auctor *Germaniæ principis lib. 4 c. 5. §. 6. p. 100.* idem fieri potuit, pretio interveniente, etiam in provinciis aliis. *Deinde* ex quo tempore e re ſua videbatur ducibus, ut *comites*, in quos ducatus jurisdictio per pagos aut tractus fuerat diſtributa, abrogarent: eo faciliores fuerunt, ad ſurrogandum illis nobiles, quemque in ſuo prædio clientelari. *Praterea* etiam illud obſervavi, plurimos ex nobilitate *allodia* ſua principi vel duci territoriali conceſſiſſe in feudum, hoc tantum fine, ut illa lege reciperent clientelari cum *jurisdictionis* acceſſione. Serius autem ita factum hoc fuerat in jurisdictione criminali; citius longe in *civili*, fundis quoque *allodialibus* & hæreditariis adſcripta, unde verbi der Erb-Gerichte eſt quoque adpellatio.

Qui in Luſatiæ feudis pro utriusque generis jurisdictione ſint conjecturæ?

(u) *Civilis jurisdictio*, id eſt ea, quæ ſex cauſas non habet der ſogenannten hohen Fälle, als 1) Mord. 2) Raub, 3) Brand, 4) Dieberey, 5) Lähmde, 6) Verrätherey, cuique fundo antiquiſſimis temporibus fuerat adfixa, ut ætas juris hujus tantum coæva ſit noſtræ reipublicæ. Quapropter etiam hoc genus jurisdictionis nomen habet der Erb-Gerichte, jurium ſcilicet, quæ tranſeunt ad *heredes*. Quoniam eo quoque tempore *civilis* jurisdictio penes *nobilitatem* fuerat provincialem, quo fundi illius adhucdum fuerant *allodia*. Verum enimvero *criminalis jurisdictio*, die Hohe, Peinliche oder Blut-Gerichte principi Luſatiæ adeo fuerat propria, ut cum eo neque *civitatibus* communis eſſet, neque provinciali *nobilitati*. Niſi quod illa, pace *Landvogtii* ſive prælidis provincialis, quandoque a *civitatibus*, & an. 1548. a nobilibus *Scabinis*, von Land-Richter und Adelichen Schöppen non *feudi*, ſed *adminiſtratorio* prorſus jure exerceretur. Factum eſt tamen *Anno 1562.* ut *Ferdinandus imperator*, qua marchio Luſatiæ, *privilegium, univerſis ordinibus commune*, promulgaret, quod fundi cujuslibet poſſeſſor nobilis gauderet *mero imperio*, id eſt, *jurisdictione*, quam vocant *alta*, præter civilem, quam habuerant olim. Auctor *Codicis Mscti* quem in *Dn Præſidis ſupellectili* conſulere licuit; inſcriptus: Bericht von des Marggrafthums Laußnitz Aemtern, Gerichten und Rechten *part. 2. artic. 5.* ita loquitur de hoc argumento, von Ober- und Erb-Gerichten: Es haben wohl etliche Herren und vom Adel, deren nicht ſo gar viel, beydes Ober- und Unter-Gerichte, und darüber Privilegia gehabt, ſonſten aber haben die Ober-Gerichte den regierenden Königen in Böhmen als Marggraf zu Laußnitz zu[illegible]anden, die haben dieſelbe weiland durch die Land-Vögte, und die Land-Vögte durch die Städte, (haud dubie, quod in civitatibus plures viri,

Verba codicis mscti de jurisdictione an. 1562. adſcripta fundis nobilium.

viri, jura docti disciplina ac usu, quam in nobilium pagis) verwaltet. Nachmals aber die **Ober-Gerichte** Anno 1548. durch den von Ihrer Majest insonderheit zubestellten **Land-Richter** und **Land-Schöppen**, so NB. vom Adel gewesen, handlen und verwalten lassen. Es haben aber Kayser Ferdinandus I. auf der Land-Stände *suppliciren*; und seiner Söhne Maximiliani II. Ferdinandi und Caroli *intercession*; wie auch zu besserer Haltung gemeinen **Land-Friedens; Sicherheit der Strassen;** Bestraffung des Ubels rc. allen von **Land-Ständen**, so zuvorn die Ober-Gerichte biß auf dieselbe Zeit nicht gehabt, und den **Sechß-Städten** der Ober-Laußnitz allergnädigst zukommen lassen. Vermöge Inhalts Privilegii, die **Obergerichts-Gnad** genant, gegeben **Prag den 12. Martii Anno 1562.** Diploma ipsum in *corpore juris* Saxonici primo omissum, sed post editioni *anno 1672.* eidem *p. 25.* est additum, ut adeo operæ pretium non sit, illud inde exscribere. Ceterum præter causas, in laudato *codice* enumeratas, mihi quidem aliæ se obtulerunt, dum legerem *ordinum* & *civitatum* invicem coram *Ferdinando I.* anno 1544. *Pragæ* prolata & Cæsaris tum judicio composita discrimina. Scilicet de limitibus *civilis* & *criminalis* jurisdictionis tum maxime fuerat litigatum, quoniam civitates retulerant ad *ultimum* genus, quæ in *primo* habuerant nobiles Landsassii. Quorum his verbis tum expositæ quærelæ: Die Ober-Gerichte gehören vor den **Land-Vogt** und nicht vor die **Städte.** Carolus IV. hätte Anno 1372. versehen, daß die Bürger keine Gerichte haben solten, wenn ihre Flur-Zäune wenden. Eben dieses wäre Anno 1384. wiederhohlet, auch Anno 1410. vom K. Wenceslao bestätiget. Was sie nach der Zeit an sich gerissen, da hätte nach Königs Uladislai Anno 1510. gegebenen Ausspruch keine Verjährung statt. Und ob man ihnen gleich die 6. Fälle, **Mord, Raub, Brand, Dieberey, Lähmde** und **Verrätherey** eingeräumet, hätten doch die Städte sich darnach durch derselben Mißbrauch auch dieser wieder verlustig gemachet. Dieser bestünde darinnen. I) Weil die **Blut-rünste** ihnen zu richten übergeben, so citirten sie öffters einen Bauren, der sich etwa in Finger geschnitten oder Nagel gekrätzet, von fünf und mehr Meilen in die Stadt vor Gericht. Machten ihnen mit Besichtigung der Barbirer, Bezahlung der Gerichts-Personen vergebene Unkosten, daß auch die Leute bey ihrer klaren Unschuld, öffters Rock und Kleider in der Stadt versetzen musten, um solche zu entrichten und wieder nach Hauß zu kommen. II) Geben sie [illegible] **Lähmde** aus, und bestraffen, als **Lähmung**, da doch keine nicht wäre, welches alles der arme Mann geschehen lassen müste. III) Wenn einen Herrn sein eigen Roß oder auch des Herrn Sohn und Knecht beißt, **schlägt** oder **abwirfft**, so muste dasselbige Roß dem Richter des Ortes gefolgen und verfallen seyn. IV) Zögen sie alle Geld-Sachen, Schuld-Sachen, liegende Gründe, Gräntz- und Wasser-Streitigkeiten, welche denen **Erb Gerichten**, folglich dem Adel aufm Lande selbsten zustünden, unter die **Blut-Gerichte**, so daß den **Erb Gerichten** nichts, als der blosse Nahme, und wie viel die Städte solchen übrig lassen wolten, verbliebe, V) geschehe alles aus Gewinn-Sucht, und würden die Richter in den Städten reich, baueten schöne Häuser, und kostete der Richter die Unterthanen so viel, als kaum die Steuren des Landes ausmachten. VI) Würden dadurch die Unterthanen gegen den Adel verhetzet, und von ihrem Gehorsam abgeführet. VII) Wenn sich gleich jemand auf den Land-Vogt bezöge, führen sie doch mit der execution, straffen, Erklärung in Acht und andern extremitäten fort. VIII) Daß sie von denen so heilsamen, ietzo fast aller Orten aufgekommenen appellationen nichts wissen wollten, & quæ sunt generis ejusdem. Hac igitur jurium & jurisdictionis maxima confusione ac perturbatione pestilentissima factum esse puto, ut, post alias causas, in ipso diplomate recitatas, imperator *Ferdinandus an. 1562. die 12. Martii* ordinibus *nobilibus*, *omnibus* atque singulis adscriberet jurisdictionem quoque *criminalem*, ut adeo pro hac apud illos omnino sint conjecturæ.

DIFFERENTIA XI.

Quæ inter Lusatiæ vasallos tutela nominativa?

Jure communi omnis tutela *trium* generum oritur ex aliquo (x); Lusatiæ instituta addunt quartum, cum vivo suis tutorem liceat nominare (y). De nominativa tutela in Lusatiæ clientelis.

(x) Tironibus juris nota sunt *tria* tantum genera tutelarum, *testamentaria*, *legitima* atque *dativa*. Neque porro aliud quid instituta habent Longobardica. Neutro igitur jure aliquis proficeret, si vivus suis vel tutorem *nominaret*, vel etiam ex simplici *conventione* alterum ad suscipiendam tutelam post mortem suam vellet obligatum. Ita clare §. 9. *Instit. de excus. tut.* & *l. 15. ff. eod.* iterumque *l. 29. ff. de testam.* Qui tutelarum apud Romanos genera tria?

(y) Clara est lex atque his verbis in der **Waisen-Ambts-Ordn.** §. 2. concepta: Wenn iemand von **Herrn** oder Adel (id igitur jure præcipui habet nobilitas) mit Todt abgehen, und bey seinem Leben iemand von seinen Freunden oder Verwandten (ne amici confundantur cum cognatis) in beyseyn anderer von Adel oder sonsten ehrlicher Leute darzu deputiret; solle es innerhalb sechs Wochen dem Amte, darunter der Verstorbene Qui in Lusatiæ feudis tutela in usu nominativa?

seß-

seßhafftig gewesen; zu erkennen gegeben, und confirmiert werden, Provida certe lex, quæ pietatis rationem, quam debemus orphanis, ut hanc illis probemus requisiti a parente, licet formularum neglecto concentu. Idem fere in *pactitia* tutela, veluti *quinto* genere, juris est, quod ostendit *Dn. Præses* in *differentia tutelari 4. litt. y.* Cui addi potest *Hertius de tut. regia cap. I §. II. p. 466.*

DIFFERENTIA XII.

Fundamentum legitimæ tutelæ num successio?

Fundamentum tutelæ in Lusatia non successio.

Jure communi fundamentum *legitimæ* tutelæ est successio in bonis pupilli (z): non Lusatico, ubi *sanguinis* vinculum cum *officio* conjunctum pietatis (a).

Qui communi jure fundamentum legitimæ tutelæ successio?

(z) Ea enim propter nulla est *curatela legitima*, quoniam puberes consanguineos suos commodo successionis possunt destituere facto testamento, quod cum a furioso nequeat fieri, hunc solum habere putant *legitimum curatorem*, *Vinnius*, *Hoppius* aliique interpretes ad §. 3. *instit. de curat.* Addunt ex eadem causa *vasallum*, cui pariter testamenti factio interdicta 1. F. 8. id est, facultas excludendi a feudali successione agnatum, ita b. m. *Strykius cap. 7. quæst. 27.* Cui merito subscribimus adversus *Rosenthalium cap. 12. conclus. 10. n. 46.* & *Schraderum part. 10. sect. 19. n. 48.* Nisi feudum vel hereditarium sit, vel *testandi de feudo* possessori concessa sit facultas. Quo casu iterum deest hic etiam *legitima* curatela.

Qui Lusatico jure sacra sit legitima curatela?

(a) Verba legis in der Waisen-Amts-Ordn. §. 3. sunt manifesta, quod agnatus aut simultanee investitus, licet commodo successionis nuntium velit mittere, nequeat is tamen declinare tutelam. Sollte sich der agnatus davon, durch renuncirung des Lehens Anwand- oder Erbschafft, nicht zu entbrechen haben. Ut conster doceaturque legitimam tutelam aut curam pietatis officio niti, non turpi spe & lucro successionis

DIFFERENTIA XIII.

Excusationi a tutela num sit locus ob numeros liberorum?

De excusatione a tutela vasalli.

Jure communi *excusamur* a tutela *numeris liberorum* (b): non autem Lusatico (c).

Qui πολυπαιδία excuset a tutela?

(b) Πολυπαιδίαν inter causas principes esse, quibus a suscipienda tutela excusamur, testatur *pr. instit. de excus. Tutor.* Et licet neque *tres*, ut *Romæ*, neque *quatuor*, ut in cetera *Italia* patriæ suffecerint: *quinque* tamen satis esse ad se excusandum propterea videtur, quoniam is numerus præscriptus est *provinciis* extra Italiam.

Qui numeri liberorum non excusent a tutelis in Lusatia?

(c) Verba instituti provincialis in der Waisen-Amts Ordnung § 3. sunt hæc: die agnati und cognati sollen durch den numerum fünff oder mehr Kinder der Vormundschafft sich nicht zuentbrechen haben. In Erwegung, daß sie durch diese Vormundschaffts Ordnung alles gefährlichen Zuspruchs entnommen werden. Est in hac sanctione inprimis sermo de tutela pupillorum ex ordine nobilium incolarum Ceterum fœcundior forte credita fuit Lusatia, quam ut ob liberorum numeros dari posset ab onere tutelari immunitas.

DIFFERENTIA XIV.

Num feudi loco pecunia?

Pecunia feudalis.

Jure communi ex feudo facta pecunia feudi loco non est (d): est tamen per Lusatiæ instituta (e).

Qui non feudi loco pecunia?

(d) Pertinet huc decretum clientelare 2. F. 26 §. *si vasallus*, ubi clare dicitur, quod illa *pecunia*, quam transactionis nomine acceperit cliens de feudo, non ideo in feudi sit nexu. Rationes adducunt plures Scilicet, quod pretium non succedat in locum rei b. m. *Strykius cap. 4. quæst. 26.* quod pecunia neque naturaliter sit res immobilis neque civiliter *Ludwell cap. 2. p. 28.* Quare feudum in *pecunia* sive nummis constitutum omnino *impropriis* annumeratur, quod frustra impetit *Hornius c. 4. §. 21 p. 89.*

Qui feudi loco pecunia in Lusaticis?

(e) Pacto fieri posse, ut pecunia feudi loco concedatur, nulli dubitamus & omnis ævi notavimus exempla. Verum patrio jure *pecunia* ex feudo soluta agnatis permanet in nexu clientelari Laußnitz. Lehns-Ordn. §. mit den Unmündigen ic. ita instituit: da einer die Lehen-Güter annähme und den andern oder mehrern successorn und Mitbelehnten eine satisfaction an Geld thäte: so soll derjenige, er sey In- oder Ausländer, verbunden seyn, das Geld aus dem Lehn-Gut entweder wieder an Lehn-Gütern anzuwenden oder dasselbe, wie bißhero vermittelst der Aemter aus dem Erbe zu Lehn zuerheben, damit auf den Fall der Succession und Lehnsfolge eine Gleichheit erhalten werde. Neque sine ratione ita est constitutum. Esset enim ita feudi possessor sortis longe pejoris, quam alter, cui summa æris assignata loco partis in feudo ipsi venditæ. Quoniam ultimus dominus & arbiter fieret rerum suarum, prætereaque successionem retineret in feudo universo post mortem possessoris: contra hujus opes in nexu permanerent clientelari neque ulla ei spes succedendi in mercedem a venditore acceptam. Ceterum melius hoc casu sibi consulere alterum, si pecuniæ summam, venditori coheredi solutam, inserat non minus in litteras

ras clientelares eaque dominus utrumque vasallum inauguret, quo neque domini neque agnatorum intuitu desit in pecunia, quod est consvetudinis feudalis, id quidem monet *L. R. de Lincker in analect. ad Struv, cap. 4. §. 6 n. 4.*

DIFFERENTIA XV.

Num ultra septimum gradum successio?

De successionis in feudo infinitate & nonnisi ad 7. gradum.

Jure communi in clientelis hodie succedunt, quotquot descendunt a sangvine primi acquirentis (f): aliter in Lusaticis, ubi cum septimo consangvinitatis gradu successionis jura omnino exspirant (g).

Successionis infinitas in jure communi.

(f) Licet enim feuda principio fuerint *precaria*, instar publicorum munerum; *deinde* firmitas illis data spatio *annuo*; tum perduraverint ad dies *vita*; post pervenire cœperint ad *liberos*; ad *fratres*; mox ad *patrueles* infra quartum gradum; demum ad agnatos intra *septimum* geniculum; *tandem* ad posterorum omnium gradus & numeros *infinitos*: quod omne claris verbis dicitur *1. F. 1. §. 1. 2. 3. 4.* in Germanico tamen Imperio nullo unquam tempore vixinus inter hos successorii juris multiformes vicissitudines. Longobardici sunt mores, quos descripsimus; non Germanici, qui noluerunt esse adeo multiplices. Nam Carolingorum ævo, quo feuda instar munerum fuerant, vasalli instar officialium, illa omnino fuerunt precaria. Sed post Carolidas, quum semel successio posterorum placuerat, illa in numeros ivit graduum infinitos, quibus moribus cum in *imperialibus*, tum provincialibus landsassiorum feudis vivimus etiamnunc. Concinnum est illis decretum *2. F. 50.* ut adeo discrimina feudi *antiqui* atque *paterni* nostris institutis nulla esse videantur.

Qui Lusatiæ feudorum successio exspiret in septimo gradu?

(g) Lusatiæ statutum est manifestissimum his conceptum verbis: Gnädigst verwilliget, daß im Marggr. Ober-Lausitz alle Lehn-Güter, die nicht mit besondern privilegiis der gesamten Hand anders weiter und mehr befreyet, auf alle Schwerdmagen Männlichen Stammes biß zum siebenden Grad nun hinfüro kommen und stammen sollen. Setzen demnach, daß nunmehro und zu ewigen Zeiten kein Mitbelehnter, Vermöge der allgemeinen (communis hic simultanea investitura intelligitur, quæ est in omni feudo antiquo vel novo etiam jure antiqui concesso, quoniam Saxones contra requirere præterea solent conjunctæ manus, vel domino mutato vel vasallo, renovationem) habenden gesamten Hand, er sey in weitern oder nahem gradu obbenannter siebenden zahl in oder ausländisch schuldig seyn solle die Lehen der gesamten Hand zu suchen und zu muthen. Novum hoc & insolens esse posset in Germaniæ provincia, nisi causa adparet, quæ hæc est. Nam voluerat princeps legislator anno 1653. ne alii in feudis succederent Lusatiæ, nisi illi, qui identidem jure ac ritu Saxonico renovassent conjunctam manum. Sed ab hoc onere clientelari propterea abhorruerunt ordines, partim, quod moribus obesset patriæ, partim etiam, quod Lusatiæ clientelis inconcinnum, quæ essent alienabiles adeoque frustrari possent conjunctæ manui addicti commilitones ex successioneque prorsus excludi, ut operæ non foret pretium, impensas simultaneas fieri ob spem adeo incertam & in voluntate positam vasalli multiplicem ac mutabilem. Tertium itaque placuit, ut Saxonum conjuncta manus jure quidem ordinario exularet in Lusatia, verum nulla quoque agnatio attenderetur in successione, post *septimum gradum*. Ut adeo lex hæc non avita, sed nuper demum nata esse videatur. *Ceterum* neque sic etiam exempla desunt in Germaniæ clientelis, quæ Lusatiæ his institutis respondent. Ita *Gailius lib. 2. Observ. 150. n. 4.* scribit: *Brevior & verior opinio est, aut feudum* antiquum *semel ad descendentes transitum fecit, postea vero pervenit ad collaterales & tunc agnati succedunt in* infinitium *per textum 2. F. 50.* etiamsi feudum venerit per mille manus: *aut feudum non fecit semel transitum ad descendentes, sed* pacto *venit ad collaterales & tunc locum habet successio ad* septimum *tantum gradum per textum 1. F. 8.* Etiam *Zasius part. 8. n. 5. 34. hanc opinionem dixit communem in ipsa Germania: quam & cameram imperialem, constat, esse secutam.* Vereor, ut verum sit, quod scripsit Gailius, qui ideo tantum ad sententiam provocavit curialem, ut suæ opinioni conciliaret auctoritatem, quod eum fecisse etiam alias queruntur supremi collegii illius adsessores. Illud prorsus est singulare & juris longe durioris in episcopatu *Bambergensi*, ubi in successione feudali attenduntur posteri tantum cujusque possessoris nec quicquam fratres illius aut ulteriores agnati, licet & ipsi a primo oriundi sint acquirente feudumque sit eorum intuitu haud dubie antiquum, teste *Justo Veracio consuetudinum Bambergensium quæst. 2.* Eandem etiam consuetudinem esse dicunt in *Borussia* clientelis. Uti enim illæ *quinque* sunt generum vel juris 1) *Culmensis*, quæ allodiorum instar, ob avitam libertatem, qua gentes vixerunt principio 2) *Magdeburgici* ejusque vel simplicis sexus, ubi fœminæ a feudis excluduntur vel 3) *Magdeburgici* ad sexum utrumque, ubi admittuntur fœminæ in successione clientelarum 4) *Longobardici*, ubi hujus populi regnant instituta 5) *Borussici* Lehn zu Preussisch Borussica feuda.

sisch Recht: ita omnium durissima feuda generis sunt ultimi, ubi pariter omne feudum novum est, excluduntur que ab ejus successione ultimorum possessorum fratres & agnati omnes, licet de posteritate sint primo acquirentis. Ratio legis mihi hæc est. Nam ultimi generis hæc feuda mere sunt beneficiata, ut adeo, quod supra diximus Longobardica jura illis justo mitiora esse videantur, præsertim in successionibus omnium numerorum. Hoc lumine illustrari debet *lib. 4. tit. 15. artic. 5. seqq.* des Preußischen Land-Rechts, quo carent alias illius commentatores. Id ultimo restat, ne cui patriæ clienti successoria hæc lex dura videatur, quoniam antiquis Germaniæ moribus displicuere etiam in ipsis allodiis successiones in numeros graduum consangvinitatis infinitos, adeo, ut *Carolus IV.* Imperator in *Bohemiæ legibus*, quæ promulgatæ sunt nomine *Majestatis Carolinæ* voluerit (*): *ut, liberis deficientibus, bona defuncti cederent fisco.* Et vero animi pendeo utique, qui factum sit, quare summi principes migraverint mores hosce locoque successionis, ad *quartum, septimum* aut *decimum* gradum adligatæ, probaverint alias, quæ fierent sine modo cum infinitate: præsertim, in tantis hodie pro fisco studiis, non fuisse, qui hujus eum juris admonuerit postliminio.

DIFFERENTIA XVI.

Num alienatio juris sit in feudis Lusatiæ?

De consensu in feudis alienandis.

Communi jure nefas est, feuda alienare sine *domini* & *agnatorum* consensu (h): neutris opus est per Lusatiæ statuta (i)

Qui in alienatione feudorum opus sit domini & agnatorum consensu?

(h) Sceleris est in jure communi, *alienare feuda* sine domini consensu, illudque punitur rei clientelaris *privatione.* Neque hæc instituta quis postulaverit injuriæ, quoniam alienando obtruditur domino vasallus, ut fieri potest, ingratus, quoniam conjecturæ sunt, vasallum id fecisse in domini contemtum: quoniam ita extingui facile posset nexus feudalis memoria & quæ alia sunt tradita doctoribus ad *2. F. 24. §. si vasallus* sub finem.

Qui alienatio feudorum sit concessa Lusatiæ vasallis, neutrius quæ sito consensu?

(i) Vivitur his moribus, in Lusatia vetustissimis, quos ratos habet probatque Saxonica constitutio, his verbis: Anlangend die 2. clausel, daß ein jeder von dem andern (mitbelehnten und Lehns-Herren) unbehindert mit seinem Lehngut frey zuthun und zu lassen vollkommene Macht und Gewalt haben solle und möge. Ob nun zwar in Käyserlichen Privilegiis insgemein mit den Lehn-Gütern zu thun und zu lassen verstattet, und dahero sich ansehen lässet, daß auch solches insgemein auf alle actus mortis causa oder inter vivos zu deuten, die Käyserl. Majest. auch so wohl, als die Agnaten den einmahl (für allemahl insgemein) ertheilet: Dieweilen aber dardurch denen Lehn-Gütern die Eigenschafft der Lehen deßwegen nicht benommen, noch dieselbe zu Erbe gemachet, oder aufs weibliche Geschlecht gebracht werden mögen, vielmehr denen Agnatis biß auf den siebenden Grad, und alsdann dem Lehen-Herrn anfallen: als erkläeen Wir hiemit diese clausul, daß, der allgemeinen gesambten Hand ungeachtet, ein ieder Besitzer vor den andern Mitbelehnten Agnaten oder Schwerdmagen ohngehindert, sein Lehen-Gut per actus NB. inter vivos alieniren und veräussern, verkauffen, und verwechseln judicialiter & extrajudicialiter, (doch solches den Aemtern zu benachrichtigen) verpfänden, vergeben und verändern, Leib-Geding, Innhalt der Amts-Ordnung darauf machen, Fug und Macht haben, und solches alles ohne der Mitbelehnten Consens, so auch dißfalls die alienirte Lehn-Güter zu revociren nicht berechtiget seyn sollen. Ne vero hæc lex de *feudis Lusatiæ alienabilibus* esse videatur justo aliquantum licentior: rationibus illam adjuvabimus ex moribus Germaniæ repetitis. *Principio* feuda, postquam *emtitia* & *oblata* sunt facta, etiam liberiores indulgent manus vasallo. *Deinde* postquam servitia clientelaria non ipsi præstant in militia vasalli, quod factum olim, domini jam parum interest aut nihil, quem feudi habeat possessorem, qui summam æris solvat, in matricula notatam clientelari das Ritter-Pferd. *Post* in mores universæ ideo Galliæ & pleræque Italiæ provinciarumque Germaniæ ivit hodie, ut vasallis alienare feuda, id est, de illis instar rei propriæ liceat disponere sine intercessu consensuque vel domini vel agnatorum. Quæ ex schedis *dn. Præsidis* dari possent, nisi loca essent a Lusatiæ limitibus aliena. Ceterum, qui expenderit hæc, ille hos ordinum Lusatiæ mores oculo adspexerit irretorto.

DIFFERENTIA XVII.

Quæ feudorum jura in testamentis?

De testamentis in re clientelari.

Communi jure *testamenta* de feudis ipso sunt jure *nulla* (k): neque per Lusatiæ instituta aliter, nisi successor nominetur *agnatus* intra *septimum* gradum,

(*) Insolens ac incredibile institutum recito verbis, quibus est conceptum, ne videar aliquid de meo addidisse. Sunt autem hæc: *curia nostræ, quæ ex priscorum temporum usu sunt probata, tueri volumus. Sancimus igitur, quando regnicola a vita migraverit, nullis relictis liberis legitimis, quod bona omnia defuncti ad nostram regiam cameram sive fiscum totaliter devolvantur.* Carolinæ majest. *tit. 58.*

dum, qui ex testamento in Lusatiæ feudis utique succedit (l).

Qui de feudo nequeat condi testamentum jure communi?

(k) Verba decreti feudalis *2. F. 8. pr.* clara sunt & aperta: *Si quis* (vasallus) *decesserit, succedunt tantum filii: nulla ordinatione* (testamento) *defuncti in feudo manente vel valente.* Ratio ad investigandum est facilis, quoniam *primo* vasallus alienare feudum nequit actu inter vivos, multo igitur minus ultima voluntate: *deinde* fieri nequit, ut cliens patrono sive domino obtrudat clientem. Ex adverso testamentum vasalli etiam de feudo est *validum*, si consenserit dominus vel principio vel deinceps idque vel tacite vel expresse, quod de Carolo V. imperatore est dictum, qui *Renato* & *Philiberto* principibus Arausionsis ducatus testatoribus suo accessit consensu, ob singularia principum in Cæsarem merita. Documenta ejus rei publica in medium protulit cotumque rationes amplissimas *excell. dn. præses* im Preußischen Neuburg, id est, libello, pro juribus Porussiæ regis in Novicastri principatum, scripto jussu regis, ordinumque Novicastri adprobato auctoritate *part. 2. §. 35. 36. sq. p. 135. 136. 137. sqq.*

Quæ de Lusatiæ feudis valeant testamenta?

(l) Lusatiæ instituta hæc sunt. *Possessor feudi potest illud omnino alienare, nullo neque domini neque agnatorum impetrato consensu: debet autem fieri alienatio actu aliquo inter vivos, nec quicquam Testamento vel ultima voluntate, nisi institutus sit successor* agnatus inter septimum *gradum. Qui solus recte feudi heres nominatur a testatore.* Verba der Lehns-Ordn. p. 73 sunt hæc: diesemnach obberührte clausel (de alienando) keines weges auf Testament und letzten Willen zu ziehen, daß nehmlich dadurch der Besitzer den Lehns-Vettern hiedurch die succession und dem Lehns-Herrn die Lehns-Fälligkeit entziehen möge. Weiln aber die succession, vermöge privilegii (de feudis alienandis) auf die Mitbelehnte Männliches Geschlechts allein gerichtet und ohne derselben Einwilligung nichts destominder einem jeden die freye alienation vorbehalten und zugelaßen, so wollen wir aus Chur-Fürstlicher Macht vielberührte clausel (de alienando) nicht nur auf obgedachte Fälle (ad actus inter vivos) sondern auch dahin gnädigst extendiren und erstrecken, daß auch ein jeder Mitbelehnter freye Macht und Gewalt haben solle, von seinen Lehns-Gütern, quoad habiles personas (excludendo filias) so innerhalb des siebenden Grades seyn, und ohnebem die Anwartung haben, Testament und letzten Willen zu machen. Neque hic ratio legis obscura est. Nam causa tum prohibendi deest, si agnatus inter *septimum* instituatur gradum, qui omnes habent jura succedendi alias, ut adeo *domini* non intersit, quis inter illos primum, quis deinceps vel ultimo loco vocetur ad successionem. Interesse autem hic agnatorum, quorum unus alteri præfertur, nullum est dubium. Sed tamen, intuitu horum, feuda Lusatiæ sunt instar allodii: ut adeo nihil obstet, quo minus suam hic sequi possit voluntatem testator. Licet in jure illud etiam sit manifestum alias, quod a libertate alienandi inter vivos ad alienationem ultima voluntate sive testamentariam vinculum non sit alicujus consecutionis, quod vulgo etiam Icti docent ad *tit. Instit. de Lege Fusia Can. toll.* cetera.

DIFFERENTIA XVIII.

Num feudi inauguratio fieri possit per procuratorem?

De investitura feudi per procuratorem.

Jure communi investitura suscipi potest ab absente per *procuratorem* (m): non Lusatio, quod requirit, ut præsens sit vasallus (n).

Qui Longobardico jure investitura suscipi queat per procuratorem?

(m) Decretum feudale hic clarum est *2. F. 3. §. sed utrum* his conceptum verbis: *sed utrum ipse vel alius pro se investituram faciat sive suscipiat, nihil interesse putamus. Potest enim hoc negotium & per* procuratorem *ab utraque parte expediri.* Aliter forte moribus imperii Germanici, quod ex historia medii ævi constat, olim ipsos principes non præsentes solum investituram suscepisse, sed hanc quoque fuisse negatam absentium legatis. Exemplo id constat *Quedlenburgensis* abbatissæ. Licet enim hanc vel ratio excusaverit sexus: Carolus tamen IV. imperator illius procuratorem non alia audivit lege, quam abbatissa ipsi spem faceret, fore, ut ipsa *præsens* renovaret clientelam, quam absenti imperator, ex indulgentia singulari, detulisset. Quapropter hodieque legati principum clientelares suorum principum absentiam excusare solent apud imperatorem. A qua tamen formula alieni sunt legati regum, quoniam hodie in mores ivit, reges non ipsos investituram rogare suscipereque, sed eorundem legatos. Unde est, quod hac olim sparta filii regum sint defuncti & primogenitus ab ejus generis feudo adpellatus *Delphinus*. dux *Holsatia*, princeps *Wallisius*, cetera.

Lusatiæ instituta adversa investituræ per procuratorem.

(n) Quamvis enim *procuratorem* nominatim non excludat Lusatiæ statutum: cum tamen vasallum, inaugurandum, velit esse præsentem, vinculum consecutionis videtur hoc esse, ut absentis ratio non habeatur. Sunt verba der Lehns-Ordn. §. mit den 2c. p. 71. fere hæc: Daß der Unmündigen abwesenden Lehns-Folger, die nechsten Freunde, an statt derselben, die Lehen

muthen,

muthen, und nachmahls, wenn sie zu ihren mündigen und vogtbahren Jahren kommen, welche wir biß auf das XXI. Jahr complet erstrecken, die Abwesenden zu ihrer förderlichsten Wiederkunfft binnen Jahr und Tag, a die scientiæ, anzurechnen, in Person die Erb-und Lehns-Pflicht zugleich ablegen, und die Lehen würcklich, auf vorgehende Muthungen, empfahen sollen. Neque est, quod forte id intelligas de absentibus extra provinciam tantum, contra in ipsa provincia, qui morantur, curiaque absunt clientelari tantum, judices ex decreto 2. F. 3. Nam præferendi potius imperii nostri mores, quos supra dedimus; adversi omnino investituræ per procuratorem.

DIFFERENTIA XIX.

Quid Lusatiæ institutum der Vorritt?

De virium clientelarium experimento dem Vorritt. Jure communi nefas est, feuda alienari, nisi domini rogato acceptoque consensu (o): cujus loco per Lusatiæ instituta requiritur virium & vigoris periculum equestre (p) der Vorritt.

Alienatio qui domini velit con. sensum LL. Longobardicis? (o) Clarum est clientelare decretum 2. F. 24. *in fine* ubi non solum ille, qui absque domini consensu alienat feudum, nihil agit: sed etiam illo privatur. Instar illius, qui deliquit in dominum perfidia. Unde sunt porro, qui existimant, etiam parte feudi tantum alienata, nescio domino, totum amitti.

Alienatio feudorum qui fieri queat in Lusatia? (p) In eo certe Lusaticæ clientelæ aliquid habent admodum singulare & ingenuis momenti, quod alienatio feudi recte atque impune fiat, domino inscio neque consentiente. Verba decreti Ferdinandini an. 1544. his verbis sunt concepta: Wo sichs begäbe, daß einer (de vasallis loquitur legislator) seine Lehn-Güter zu verkauffen willens, solle derselbe solches unserm Land-Vogt anzeigen, der ihn über einen Monath nicht aufhalten solle, daß derselbe das Seine ungehindert verkauffe. Sed tamen hic casus respondetur, ubi ære alieno urgetur vasallus ad alienandum. Anno itaque 1575. Maximiliani II. constitutio est hæc: und doch ein ieder ungehindert mit dem Gut frey zu thun und zu lassen vollkommene Gewalt haben solle. Quamvis vero aliqui sint, qui posterius decretum ampliores limites habere putent, ego tamen sentio hic ex adverso, partim, quod in feudis *oblatis*, quamlia *Lusatica* esse *differentia* I. evictum, non rara sit alienandi libertas, partim etiam, quod *Maximilianus II. repetat* legem, non *ferat*, ut adeo, domini intuitu, alienandi facultas antea quoque vasallis fuisse videatur. Verum, ne quid fieret ex æmulatione invidiaque domini, *aperturam feudi* expectantis, illud est cautum institutumque, ut vasallus, alienator, liberis agnatisque destitutus, faciat equestrium juvium pericula experimentaque, quæ in patria nato vocabulo den Vorritt solent adpellare. Verba decreti clientelaris accipe, quæ hæc sunt: Wo einer keine männliche Erben hätte *Von dem Vorritt der Lausnitzischen Lehen.* (hos enim si habuerit feudum apertura non est proximum adeoque nullæ adsunt æmulationis adversus dominum suspiciones, qua ipsum spe destituere velit successionis) und so jung, gesund und starck, wäre (qui enim has vires habet, eum nefas est, habere impotentem, ad procreandum successores clientelares) daß er in seinem Küriß von der Erden auf ein hengstmäßiges Pferd sitzen mag, wann er dasselbige vor dem Land-Vogt gezeiget, soll et alsdann auch Macht haben, seine Lehn-Güter zu verkauffen, männigliches unverhindert. E re esset, hanc Lusatici juris consvetudinem amplius explicare notareque ex vetustate ritus atque solennia illius: verum ante nos huic desiderio satisfecit *Bornius dissert. de transmut. feud. in allod.* § 25. Qui omnia momenta, solennia, ritus ac mores patriæ sacros, in hoc periculo equestri dem Vorritt plene luculenterque explicavit. Ut adeo in rebus per alios explicatis nobis liceat esse eo brevioribus. Ceterum in aliis Germanici imperii provinciis vel libertas alienandi feuda prorsus est libera, vel tum concessa tantummodo, si *oculi* sex luceant trium vasallorum. Wenn noch sechs Augen seyn, und das Lehen nicht auf dem Faß stehet. Ex his enim unico extincto, nefas est, alienare feudum, ne domino temere subtrahatur spes succedendi & *consolidandi* proxima, quod omnino improbum neque sine æmulatione & odio esse videtur.

DIFFERENTIA XX.

Qui feuda Lusatiæ sint alienabilia?

Jure communi neque *alienare* licet feuda, *agnatis* invitis (q): sed *Lusatico* neque horum opus est consensu (r). *De consensu agnatorum.*

(q) Vasallus, alienans feudum, agnatis insalutatis, vocatur in jus *tripliciter*. Habent agnati 1) jus *προτιμήσεως*, contractu nondum consummato 2) jus *retractus* postea 3) jus *delatæ* successionis & actionis *revocatoriæ*. Primo casu & altero pretium reddunt, non ultimo, siquidem venditoris defecerit posteritas successioque ad agnatos devoluta. Habes in ultimo, de quo hic sermo est, decretum clientelare 2. F 26. §. *Titius*, quorsum consulendi sunt doctores. *Qui feuda nefas sit a-l lienare invi-[illegible] ultranee [illegible]?*

(r) De *προτιμήσεως* & retractus jure hic opus non est differere, quoniam exinde nullum fere damnum vasallo, cujus parum interest, feudi venditi pretiumne ab agnatis accipiat, an vero ab extraneis. Verum *Qui Lusat' feuda alienare liceat, agnatis invitis?*

rum cardo rei versatur in ultimo. Scilicet id quæritur, an, venditoris posteritate extincta, emtor ab jure agnatorum vindicatorio sit immunis? Quod Lusatiæ tantummodo volunt instituta. **Laußnitzische Lehns-Ordnung** *p. 81. 82. 83.* Daß obgleich denen Agnatis das jus succedendi eingeräumet wird, doch dem Besitzer des Lehens ungehindert mit seinem Gut zu thun und zu lassen frey stehen solle, ohne daß ermeldter Agnaten consens vonnöthen, noch sich selbige des juris prohibendi, redimendi, oder revocandi anzumassen, welchem Recht der Agnaten auf einhelliges Begehren der Stände derogiret worden. Dergestallt, daß deren ohngeachtet, ein jeder Besitzer vor den andern Mitbelehnten Agnaten und Schwerdmagen ungehindert, sein Lehn-Gut per actus inter vivos zu alieniren und zu veräussern Fug und Macht haben solle. Verum integra sunt agnatorum jura *delata successionis* 1) si Saxonicam habeant *conjunctam manum* investiti, eamque toties quoties renovaverint, ne coinvestiti impensis excidant, factis in renovationes, wenn sie der Sächsischen gesamten Hand so offt Folge gethan. 2) si in familiis quibusdam mores sint alii, quos omnino sequi oportet vasallos. 3) si alienandi libertati adversæ fuerint conventiones, quibus non minus est standum. Quod autem de *agnatis* diximus, idem etiam repetendum est in extraneis, quos sui causa vasallus adscivit in simultaneam investituram, jure communi talem. Nefas enim est, plus juris largiri extraneo, quam consangvineis & agnatis, præsertim in prædiis ejus generis, quæ numero habentur bonorum avitorum. Absit enim, ut contrahamus hic vela, ob juris communis decreta adversa, quod patriæ singularia hæc jura lumen aut normam non accipiant ex legibus & institutis peregrinis.

DIFFERENTIA XXI.

Tempus juris προτιμήσεως quantum?

De jure, quod [illegible] Vorkauff.

Jure communi non est statutum, quo tempore expirent jura *προτιμήσεως* der Vorkauff (s): Lusatia tamen spatium dedit *trimestre* protoemtori (t).

Jure communi quæ tempora des Vorkauffs.

(s) Decretum clientelare *2. F. 26. §. Titius* his quidem verbis est conceptum: *Quod si consensit alienationi* (agnatus aut quod idem est simultanee investitus) *vel per annum, ex quo scivit, tacuit, omnino removebitur.* Quamvis autem doctores illud trahant ad *προτιμήσεως* jura: sensus tamen illius respiciunt ad jura *retractus*, venditione scilicet jam perfecta & consummata. Ut adeo, in primo casu, cum desit lex, illum ex altero soleamus respondere. Quod jure an vero injuria fiat, jam quidem non disputo.

Lusatica προτιμήσεως jura spatio extinguuntur trimestri.

(t) Verba instituti Lusatici hæc quidem sunt: Wollen auch ferner gnädigst, um Verhütung allerhand inconvenientien willen, in alienationibus extrajudicialibus dem nechsten Agnaten, so viel den Vorkauff, der ihme hiermit auch solle ausgesetzet und vorbehalten seyn, antrifft, eine gewisse Zeit, als nemlich **drey Monath** zur Loßsage oder zum Kauff des Lehens des Mitbelehnten designiret und beraumet haben. Und da er, nach beschehener Antragung in solcher Frist bey den Aemtern und durch dieselbe bey dem Verkäuffer und Käuffer sich nicht angeben lassen würde, daß er nachmahls in den Kauff zu treten, nicht befugt seyn solle. Scilicet, jubetur vasallus alienator non consensum impetrare ab agnato, huic tamen feudum offerre ad emendum, antequam in extraneum illud transferat. Ne tamen agnatus (*de vulgariter simultanee investito idem est judicium*) moras nectat adferatque tædium emtori, trimestre ei est spatium propositum, post quod jura *προτιμήσεως*, quæ habuit, expirant extingvunturque. Neque præter rem, quia in tanta alienandi libertate, qua Lusatiæ gaudent vasalli, quod hic agnatis est datum in dem Vorkauff, ad jura patriæ derogatoria pertinet, cujus tempora jure meritoque spatio fuerunt inclusa *trimestri*. Nam ubi *investitura Saxonica*; ubi *fidei commissaria* feuda; ubi *pacta* de non alienando: ibi trimestre tempus habetur angustum minus. Cum ipsa Lusatiæ statuta claris verbis velint, ut huic generi vasallorum jura 1) *προτιμήσεως* 2) *retractus* 3) *revocationis* salva maneant atque integra ad normam decretaque juris communis.

DIFFERENTIA XXII.

Num retractui locus in alienatione necessaria?

De venditione feudi necessaria.

Disputant jure communi doctores, num in alienatione necessaria locus sit retractui (u); qui tum etiam salvus est intra annum & diem jure Lusatico (x).

Qui locus non sit retractui sub hasta jure communi?

(u) Plurimi retractus jura negant, in alienatione necessaria locum habere ob auctoritatem quidem *hastæ fisc. alii arg. l. 4. C. de Fide & autoritate hasta fiscalis*, *Klockius de Contrib. C. 13. n. 70.* quia nullus alias licitationum foret finis.

Qui Lusatico jure locus sit retractui sub hasta?

(x) Hic juris communis rigor rursus in Lusatia exulat. Nam cum nimium quantum in venditionibus necessariis licitatorum fraudes, manifesto cum debitorum detrimento conjunctæ, licitatoribus avaris soleant exerceri: placuit hisce obviam ire, legeque publica sancire, ut debitori agnatisque, intra septimum gradum constitu-

ſtitutis, feudum, *proſcriptione publica* alienatum intra annum & diem oblato eodem pretio ab omni emtore reluere retrahereque, vel pingviorem emtorem offerre liceat. Vide **Ober-Laußnitz Amts-Ordnung** *P. 2. §. 4.* nec non diſſert. de *jure reluendi feudum Luſatiæ ſub haſta venditum*, a me anno 1712. *Lipſiæ.* loco ſpeciminis valedictorii, habitam præſ. *Dno. D. Troppanneger P. P. & ſcabino meritisſimo*, ad quam, brevitatis ergo, benevolum lectorem remitto.

DIFFERENTIA XXIII.

Num domino jus ſit προτιμήσεως in feudo?

De protoemtione domini.

Jure communi domino adſeritur jus *protoemtionis* in feudo (y): quod vix ac ne vix quidem adfirmaverim per Luſatiæ inſtituta (z).

Qui domino adſeratur protoemtio in feudis?

(y) Verba decreti clientelaris *2. F 9. ſub fin.* ſunt hæc: *Porro ſive de bona conſvetudine ſive de prava quaramus, conceſſa erat domino pro* æquali pretio redemtio. *Niſi hoc beneficium amiſerit dominus, per refutationem vel annali ſilentio. Potior erat tamen proximi* agnati, *quam* domini *conditio in redimendo.* Quod omne etiam in Germaniæ feudis vulgo adfirmant doctores jureconſulti, *Schrader pars. 8. de feud. c. 3.* omnesque alii.

Qui negetur, domino protoemtio in feudis Luſatiæ?

(z) Reſpondit ad hoc dubium an. 1701. ordo jureconſultorum Wittebergenſium, *Hornio* interprete *in adpend. 2. num. 16.* cui vicinus eſt *num. 17.* utrique hic omnino conſulendi. Licet vero pro *domini* jure *protoemtionis* adlegentur varia, ſcilicet, quod domino id debeatur ex jure communi, neque illi negatum ſit per Luſatiæ ſtatuta nominatim; quod dogma favore nitatur conſolidationis dominii utilis cum directo, inſtar bonorum emphyteuticorum *l. f. C. de bon. emphyteut*, quod feuda, in uno impropria, maneant tamen propria in altero; quod a jure alienandi ad neganda protoemtionis jura nullum ſit vinculum conſecutionis, cetera: verum enim vero cum de plerisque Germaniæ feudis provincialibus doceatur, quod res ſint *infeudari ſolita*, quas princeps non ſibi retinet, ſed iterum aliis adſignat easdem, in Luſatia præſertim, neſcia domanii; deinde *favor* hic *conſolidationis nullus*, quod potius e re ſit ordinum, ne feudorum in provincia *contrahantur numeri* & onus accreſcat reliquis, tuendi patriam armis, nummis, conſilioque; poſt, ne ita ordinum *decreſcat auctoritas* ac robur in provincialibus comitiis; præterea cum *agnatorum* protoemtionis jura *nominata* ſint, quæ tamen hic ſunt majora *2. F. 9.* contra jura domini, quæ minora illis, ſunt omiſſa prorſus, filum eſt conſecutionis, quod domini protoemtio Luſaticis inſtitutis videatur eſſe inconcinna. Vere *Schraderus* videtur arguere; ubi feudum eſt *alienabile*, ibi nulla eſt domini protoemtio *part. 8. cap. 3.* ad *extremum* feudi improprietas non ſolum ex ſtatutis, ſed potius ex indole atque rationibus æſtimanda, quæ cujusque provinciæ feudis ſingularia; taceo, quod *different. 3.* ſit negatum, Luſatiæ inſtituta explicanda eſſe ex jure peregrino: itaque domini hic jura ſatis quidem erunt ambigua, quæ in legibus Longobardicis ſunt clariſſima.

DIFFERENTIA XXIV.

Qui Luſatiæ deſint domania?

Jure communi, poſt feuda, principi ſunt *domania* (a): verum Luſatiæ marchionatus ab his eſt alieniſſimus (b). *De Luſatiæ domaniis.*

(a) Non eſt opus, ut, in *domanialium bonorum* mentione, conſvetudines laudemus Neapolitanas earumque feuda *quaternata* cum *Wurmſero claſſ. 3. feud. improp. ſect. 19.* neque ad obſonia clientelaria Noribergenſium cum *Ittero c. 3. § 27.* hic deveniamus, aut rem hanc Gallis habeamus propriam cum Ren. *Choppino lib. 1. de Doman. tit. 7.* Res omni poſt Carolingos ævo cognita & principatibus Germaniæ omnibus, tam ſacris, quam civilibus ſolenniſſima, quod ordines cujusvis provinciæ domino territorii, quem fecerant, bona adſignaverint ad victum & cultum, nominibus ſacra, in Germania natis, **des Herren Tiſch-Güter, Tafel-Güter, herrſchafftliche Aemter, Cammer Güter, herrſchafftliche Stücke**, cetera. Ex innumeris locis medii ævi documentorum laudo unicum ab *Henrico Leone* anno 1170. his conceptum verbis: *Henricus Bojariæ & Saxoniæ dux. Notum facimus, quod pro remedio animæ noſtræ ad propagandam chriſtianam religionem in terra Slavorum transalbina, in loco honoris & vaſtæ ſolitudinis, tres* epiſcopatus *conſtruximus, allodiis,* reditibus menſæ noſtræ, *dotavimus, inſuper ea, quam gladio & arcu noſtro quæſivimus, hereditate ampliavimus* & quæ ſequuntur deinceps. *Acta ſunt hæc VIII. Id. Sept. anno 1170.* Quod ſi ergo dominus territorii quilibet in Germania, *menſalia habuit* ſive *dominica prædia*: pro his certe ubivis ſunt conjecturæ. Plenior eſſem in hac ſcena, niſi *dn. præſes* libri, de *Germania domaniis* edendi, feciſſet ſpem.

Qui jure communi bona ſint domanialia?

(b) Mireris forte, qui tandem factum ſit, quod Luſatiæ marchionatus neſcius ſit alicujus domanii. Sed vox ordinum eſt hæc: **Was bißhero Sr. Königl. Majeſt. in Pohlen und Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen von denen Standen des Marggrafthums Ober Laußitz abgetragen worden, iſt als eine**

Qui domanium neſcia ſit Luſatia?

freye und gutherzige Bewilligung anzusehen. Und weiß man dahero (denen Schwed. Commissariis, qui matriculam *domaniorum Lusatiæ* postulaverunt ab ordinibus Lusatiæ anno 1706.) von Domainen gantz nichts zu specificiren. Quantum ego quidem adsequor conjecturis, patet inde, quod Lusatia neque bellis subacta sit, neque alio jure acceperit elegeritque principem, quam hoc, ut ex provinciæ reditibus viveret aliis abstineretque cetera a bonis domanialibus.

DIFFERENTIA XXV.

Cujus sumtibus in militia vasalli?

De impensis militaribus vasallorum.

Jure communi ad quævis servitiorum genera obligantur vasalli, suis quidem sumtibus, quod feuda illis instar *stipendiorum* (c): ex adverso Lusatiæ vasalli, ex quo militiam extra fines patriæ sequuntur, vivunt de stipendio, quod a domino expectant (d).

Qui suis vasallus servire teneatur impensis?

(c) Habes decretum clientelare 2. F. 23. quod hoc est: *transit ad vasallum feudi ususfructus, ut domino serviat sive servitium sit expressum sive indeterminate sit promissum.* Inde formula clientelaris *& si scivero, te* (dominum) *velle juste aliquem offendere & inde generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum tibi, sicut potero, præstabo auxilium 2. F. 7.* sub finem. Inde etiam Germanica formula: Will und solle mir angelegen seyn lassen, die Lehen getreulich zu verdienen. Neque hoc est præter rem & rationem. Habet enim eo fine reditus feudi vasallus, ut ipsi stipendiorum sint loco, quæ in militia mereri, obligatur. Imo si etiam subditi est, arma sumere pro patriæ tutela idque gratis, quid quæso inter *officium* civis & *servitia clientelaria* vasallorum interesset demum, si ultimi ad alia non tenerentur, quam illa, quæ pro aris & focis, id est patriis laribus suscipiuntur.

Qui Lusatiæ vasalli stipendia rogent a domino?

(d) Nisi prorsus fallor, Lusatiæ quondam vasalli extra patriæ limites ad servitia obligati fuerunt nulla prorsus, quod patet ex reversalibus *Sigismundi* an. 1431. apud *Lunig n. 18.* postea autem Ferdinandus I. an. 1550. illos ideo vocavit in jus. Quem, ne pristino jure offenderent, hac lege sunt adstricti: Daß die Ritterschafft in der Ober-Lausitz mit CLXXIII. wohlgerüsteter Pferde Sr. K. M. dienen sollen. Daß sie wollen schuldig seyn, auch über die Gräntze des gemeldten Marggraffthums konfftig zu dienen. Doch wie Ihre Maj. Sie, als über die Gräntzen zu dienen erfodern, so solle Ihro Majest. so bald sie über die Gräntze gedachtes Marggraffthums kommen, und nicht ehe, ihnen die Besoldung, wie andern Ihro Majest. daselbst habenden Kriegs-Volck geben, dasselbe gemäß unterhalten, und da einer selbsten persöhnlich aus tragenden Ursachen zu ziehen ungeschickt, soll er eine andere taugliche Person mit seiner Anzahl, so viel auf ihn kommen, schicken, transactionis tabulas exhibet *Lunig in archivo part. spec. contin. 2. n. 11. 29. p. 12. 57.* Neque est, quod hæc pacta habeas pro capite juris derogatorii. Primo enim sunt *Pomerana, Mecklenburgica*, feudaque aliarum provinciarum, ubi eadem habentur instituta. Deinde cum cliens in feudo oblato nequeat dici *mercenarius* domini *miles*, ex causis supra laudatis: certe mirum non est, laxiori eundem nexu teneri, quam beneficiarium Longobardorum.

DIFFERENTIA XXVI.

Dominii directi alienatio num consensu facienda vasallorum?

De alienatione dominii directi.

Jure communi *directi dominii* alienatio fieri potest, inscio ac dissentiente vasallo (e): non *Lusatico*, provinciæ jure testatissimo (f).

Num alienare liceat dominium directum sine consensu vasalli?

(e) Est quidem nostræ sententiæ adversum decretum feudale 2. F. 34. §. 1. ita conceptum: *Ex eadem lege* (Corradi) *descendit, quod dominus sine voluntate vasalli feudum alienare non potest; quod Mediolani non obtinet.* Verum enim vero de Germanici imperii curiis locuples est testis *Rosenthal c. 9. concl. 62. n. 28.* his quidem verbis: *video hic plerumque usu hoc servari, ut, cum tota curia, castra, jurisdictiones, comitatus cum omnibus suis juribus & pertinentiis alienentur, jura vasallorum simul transeant, idque sine ulla contradictione* (vasallorum puta) *sic fiat.* Et sane superius decretum, meo quidem judicio, factum est præter rem & rationem. Nam *principio* dominus dum eligit vasallum, ipse non accipit beneficium, sed confert; *deinde*, servitiorum causa, vasallo relinquit feudi usumfructum, ut adeo non habeat is, quare huic ponere limites porro velit in alienando; *post*, cum plerique vasalli hoc in argumento sibi prospiciunt, consecutionis est vinculum, quod idem lege non habeant; *taceo*, quod ipsi Mediolanenses improbent decretum, cum tamen ad exemplum curiæ illorum pleraque Italiæ feuda sint composita, ut, quod de lege Corradi dicitur in decreto, vix opinabile esse videatur.

Dominium Lusatiæ qui nequeat alienari, invitis ordinibus?

(L.S.) Melchior von Löben.
(L.S.) Caspar von Gerßdorff.

(L.S.)

(L. S.) Wencel von Hund.
(L. S.) Jacob von Gerßdorff.
(L. S.) Heinrich von Metzrad.
(L. S.) Heinrich von Zetzschwitz.
(L.S.) Wolf von Muschwitz.
(L. S.) Bernhard von Heinitz.
(L. S.) Nicol von Lüttichau.
(L.S.) Rudolph von Bünau.
(L. S.) Reinhard-Belwitz von Nostitz.
(L. S,) Wolf-Magnus von Baudißin.
(L. S.) Feitdrich von Weigßdorf.
(L. S.) Hans Ludwig von Rosenhagen.
(L. S,) Hans-Nicol von Nostitz.
(L. S.) Hans von Jornitz.
(L S) E. v. M.
(L. S.) Heinrich-Otto von Gerßdorff.
(L. S.) Hieronymus von Gerßdorff.
(L. S.) Elias von Nostitz.
(L.S.) Hans-Bernhard von Klix.
(L.S.) Wolff Caspar von Gerßdorff.

Anhang,

Wie und welcher Gestalt die am 27. Augusti 1654. versammlet gewesenen nachbenahmten Land-Stände vorstehendes Pactum aufs neu beliebet und unterschrieben.

(L.S.) Christian, Freyherr von Nostitz.
(L. S.) Johann-Wolffgang, Freyherr von Rechenberg.
(L.S.) Andr. Buccovius, Sen. Cap. Budiss.
(L.S.) H. A. von Haugwitz.
(L.S.) Gottlob-Ehrenreich von Gerßdorff.
(L.S.) Heinrich von Metzrad.
(L.S) Christianus Johannes von Schönberg.
(L S.) Loth-Gotthard von Minckwitz.
(L. S.) Christoph von Hohbeeg.
(L. S.) Wolf-Friedrich von Nostitz.
(L. S) Johann Friedrich von Seettin.
(L. S. Heinrich von Rabenau Kloster-Voigt.
(L. S.) Abraham-Benno von Luttitz.
(L. S.) Wolf von Wehrtern.
(L.S.) Valentin-Nicol von Ponickau.
(L. S.) Caspar von Rechenberg.
(L.S.) Christoph-Volckmar von Gerßdorff
(L. S.) Carl-Heinrich von Nostitz.
(L.S.) Wolf-Rudolph von Ziegler und Klipphausen.
(L.S.) Joachim Ernest von Ziegler und Klipp-(hausen.
(L S, H. Chr. von Bischoffswerder.
(L.S.) Heinrich Otto von Zetzschwitz.
(L. S.) H. George von Ponickau.
(L.S.) Wolf Heinrich von Ponickau.
(L.S.) Hans-Friedrich von Ponickau.
(L.S.) Wolf-Cunrad Thäler.
(L.S.) Melchior von Döbschitz.
(L. S.) Caspar von Ponickau.
(L.S.) Hans-Hartmann von Staupitz.
(L.S.) Christoph von Nostitz.
(L.S.) Hans-Eenst von Warnsdoeff.
(L.S.) Hans-George von Geeßdorff.
(L.S.) Otto-Heinrich von Nostitz
(L.S.) Abeaham von Luttitz.
(L.S.) Hans-Christoph von Ponickau.
(L.S.) Wolf-Wilhelm von Bolberitz.
(L.S.) Wolf Christoph von Nostitz.
(L.S.) Hans-Wenzel von Gerßdorff.
(L.S.) Hans Heinrich von Luttitz.
(L.S.) Hans-Georg von Temritz.
(L.S.) Peter von Pentzig.
(L.S.) Wolf-Friedrich von Luttitz.
(L.S) Caspar-Adolph von Metzrad.
(L.S.) Carl von Ponickau.
(L.S) Georg-Jobst von Carlowitz.
(L.S.) Hans-Christoph von Temritz.
(L.S.) Hieronymus von Gabelentz.
(L.S.) Nicol von Klix.
(L. S.) Hans-Adolph von Zetzschwitz.
(L.S.) Hans-Abraham von Raussendorff.
(L S.) Hans-Henning von Blanckenfeld.
(L.S.) Hans von Nostitz.
(L.S.) Wolf-Heinrich von Spor.
(L.S.) Hans-Wolf von Metzrad.
(L S.) Wolf-Heinrich von Klix.
(L.S.) Wolf-Wilhelm von Bolbritz.
(L.S.) H. E. von Kalckreiter.
(L.S.) Geoeg-Rudolph von Pentzig.
(L.S.) Caspar-Heinrich von Rodewitz.
(L.S.) Joachim von Gerßdorff.
(L.S.) Rudolph-Abraham von Leibnitz.
(L.S.) Heinrich voa Seidlitz.
(L.S.) Caspar-Cheistoph von Gerßdorff.
(L.S.) Ernst von Gerßdorff.
(L S) H. W. von Hund.
(L.S.) Heinrich Ernst von Rackel.
(L.S.) Hans-Heinrich von Ponickau.
(L.S.) Ludwig von Kahle.
(L.S.) Caspar Christoph von Minckwitz.

Und Wir bey solcher Bewandniß der gehorsamen Stände unterthänigsten Bitten in Gnaden statt gegeben: Als haben Wir demnach das vorstehende Lehens-PACTUM in allen und ieden seinen Puncten, Inhalt und Meinungen, gnädigst bekräfftiget; Bekräfftigen und bestätigen auch dasselbe hiermit, aus Chur-fürstlicher Macht und als Marggraf in Ober-Lausitz, wissentlich in Krafft dieses Beieffes, meynen, setzen und wollen, daß solcher Ordnung nun hinfüro von denen getreuen Land-Ständen des Marggrafthums nachgelebet, und darwider nicht gethan noch gehandelt werde. Und gebitten darauf jetzigem und künff-

tigem Land-Voigte, Haupt-und andern Befehlichs-Leuten mehrgedachten Marggrafthums Ober Lausitz, daß sie über den offterwehnten Lehens-PACTO festiglich halten, und darwider nichts fürnehmen oder gestaten, oder daß solches geschehe, nachlassen sollen, jedoch abangeführten Reservat, auch unsern Landes-Fürstlichen Regalien allenthalben unschädlich. Zu Uhrkund mit unserm anhangenden Churfürstlichen grössern Insiegel besiegelt, und geben zu Dreßden am 1. Februarii Anno 1666.

Johann-Georg Churfürst.
(L.S.)

Heinrich Fhr. von Friesen.

Ant. Weck.

WJe Curt Reinicke, Freyherr von Callenberg, Herr der Erb-Herrschafft Mußkau auf Wettesingen und Westheim ꝛc. Churfürstl. Durchl zu Sachsen ꝛc. bestallter Ober-Hof-Marschall, würcklich Geheimer Rath, des Marggrafthums Ober-Lausitz vollmächtiger Land-Voigt, Cammer-Herr und Obrister, ꝛc. Entbieten denen Wahlgebahrnen, Edlen, Gestrengen und Ehrenvesten, Herren, Prælaten, denen von der Ritter- und Landschafft dieses Marggrafthums Ober-Lausitz, so wohl auch denen Erbaren und Wohlweisen, Bürgermeistern und Rathmannen der Städte daselbst, unsere freundliche Dienst günstige und geneigte Willfahrung in allen Guten bevor;

Und haben E. Liebd. und ihr die sämtlichen Herren Land-Stände beyder Creysse sich nothdürfftig zu erinnern, was Gestalt Uns Dieselben und Ihr, dasjenige Pactum, so von Dero und Euren Varfahren, wegen Erkauff- und Veräusserung der Lehen-Güter, bereit in Anno 1619. aufgerichtet, und im 1654sten Jahre von damahls gegenwärtigen Land-Ständen von neuen beliebet und unterschrieben, von höchstgedachter Churfl. Durchl. zu Sachsen ꝛc. Unserm gnädigsten Herrn ꝛc. als regierenden Marggrafen im Ober-Lausitz aber, sub dato Dreßden am 1. Februarii 1666. gnädigst confirmiret worden, zu männigliches Wissenschafft, in Druck zu publiciren, Amtsgehorsamlich angelanget:

Wann wir dann derer Herren und Eurem Suchen statt gegeben: Als haben Wir solch Lehens-Pactum nicht allein zum Druck befördern, sondern auch hiermit zu Jedermänniglisches Wissen bringen und publiciren wallen, dergestalt: daß Ew. Liebd. und Ihr, gnädigst anbefohlener Massen, steiff und fest darüber haltet, selbst darweder nichts vornehmet, noch andern zu thun gestattet.

Uhrkundlich mit Unserm grössern Ober-Amts-Insiegel und eigener Hand Unterschrifft bekräfftiget. So geschehen aufm Churfürstl. Sächsischen Schlaß zu Budißin, am 24. May des 1667ten Jahres.

Litt. B.

Litteræ Ferdinandi regis, quibus Anno 1558. *feuda pœnæ* postliminio vertit in *allodia*.

WJr Ferdinand ꝛc. Bekennen, nachdem Wir verschienen 47 Jahres unter andern Straff-Articuln von wegen unser Städte in Ober Lausitz Verwürckung auch der Bürger und Innwohner unserer Stadt N.N. Erb-Güthern, so sie auf dem Lande haben, aus der Erbschafft zu Lehn gemacht, wie denn auch salche Güter in der Lehn-Natur bißher verblieben, haben an uns die Ehrsamen unsre liebe getreue Bürgermeister und Rathmänner itzo gemeldter Stadt N.N. unterthänigst suppliciret. und uns demüthigst zu erkennen gegeben, daß sie nicht allein von obbemeldten Straffen zu Ablegung der uns überreichten Poen-Fälle in grosse Schulden, darinn Sie noch täglich hafftetten. gerathen, sondern, daß auch itzgemeldter Articul, der von uns gemachten und verwandelten Erb-Güter in Lehen der verlassenen Wittiben, Weysen, Frauen und Jungfrauen, sa zu abgedachter Verwürckung keine Ursache gegeben, im Außsteuern und Verheyrathen, dieweil sie derselben nicht fähig werden, zu grossen Schaden und Nachtheil reicheten, wie denn itzo gedachte Wittiben Weysen, Frauen und Jungfrauen insanderheit gehorsaml. an uns suppliciret und *S.T. Ferdinand* Ertz Hertzog zu Oesterreich unser freundl. lieber Sohn und Fürst Sr. Lbden freundlich und gehorsamlich für sie intercediret, mehrgedachten Articul verwandelter Erb eigener Stadt-Güter in Lehn denen sondern und Privat-Personen, Bürger und Einwohner unser lieben Stadt N. N von wegen derer in ihrer Supplication ausgefundenen Ursachen zu cassiren und die Natur (wir vor Alters) der

Erb-

Erb-Eigenschafft allergnädigst von neuen kommen zu lassen: Als haben Wir gnädigl. angesehen, itzo und Wahlgedachten Ertz-Hertzogs Ferdinands Sr. Lbden intercession euers Raths unserer Stadt N. N. gehorsamst suppliciren, desselben und der Gemeine Anliegen und höchste Beschwerde von wegen der Schulden-Last, auch betrachtet die geleistete gehorsamste Dienste, so die von N. N uns und unsern Vorfahren vielfältigst und unterthänigst gethan, auch künfftig wohl thun können und sallen und mögen. Und dann zu Gemüthe geführet, als ein Oberster Vormund und armer verlassenen Wittiben, Wäysen, Frauen und Jungfrauen demüthiges Flehen, Anruffen und Bitten, denen Wir aus angebohrner Kayserl. Milde und Güte zu Hülffe zu kommen allezeit mit Gnaden geneiget seyn, und also mit wohlgedachter unser Cron Böhmen Offecirer und rechten guten Wissen aus sonderl. Kayserl Gnaden alle und jede unser Stadt N. N. Bürger und Inwohner Land-Güter aus der Natur der Lehn zu Erb und eigen gemacht, allermassen und gestalt damit zu handeln und zugebahren, wie sie dieselben Güter für der Verwürckung aus ihren *Privilegien* in *Possess*, Besitz und Gewehr vor Alters erblich gewest, derselben genossen und gebraucht haben. Machen dann vielgedachter Stadt N N. und derselben Bürger und Innwohner jetzo gedachte Land-Güter aus der Natur der Lehen hinführo künfftig und zu ewigen Zeiten als König zu Böhmen, Krafft dieses neuen Briefes zu Erb-Eigen Gütern, dieselbe ohn uns, unsere Nachkommen und männiglichen Vorwissen und willen, Eintrag und Hinderung zu versetzen, zu verkauffen, zu verwechseln und damit zu thun und zu lassen, wie die Art Erbeigener Güter erfordert, auch dieselben, wie vor Alters, vor den Stadt-Rechten zu übergeben, zu quittiren, zu vertreten, und zu verfechten rc. Prag, den 18. Decembr. 1558.

Litt. C.

Ehrenholds Beförderung bey der Ritter-Tafel.

Nachdem die löbliche Ehren-Ritter Tafel dieses Königl. Marggrafthums Ober-Lausitz, auf Ansuchen etlicher Parts, durch gnädige Verordnung, des Wahlgebohrnen Herren, Herren Graffen und mächtigen Land-Voigts abbemeldtes Marggrafthums an statt der Röm. Kayserl. Majest. als Marggrafen zu Lausitz, unsers allergnädigsten Herrn, einen jeden seiner Ehren-Nothdurfft, nach alten Herkommen und Gebrauch dieses Marggrafthums geheget und besetzet, so sallen sich vermöge solcher Bedingung, die Parthen, so für derselben zu thun, folgenden Articul gemäß zu verhalten schuldig seyn.

Erstlich gebeut der Herr Marggraf mit seinen zugeordneten Beysitzern und zwölff Geschlechten, daß var und bey dieser Ehren-Tafel sich männiglich und sonderlich die Partt, gegen einander, in Worten und Thaten verhalten, und zu keiner Injurien keine Ursache soll gegeben werden, bey Straffe nach ihrem Erkäntniß.

Zum Andern, soll niemand für dieser gehegten Ehren-Ritter-Tafel dem andern sein Wort reden, er sey dann ein Rittermäßiger vom Adel, und habe sich das bey der Ehren-Ritter-Tafel angedinget.

Zum Dritten, so soll mündlicher Vortrag von einem und dem andern Partt, dermassen deutlich und langsam fürgebracht werden, damit Klage, Antwort, und andere Nothdurfft aus dem Munde in die Feder gefast werden könne.

Zum Vierdten, sall kein Theil des andern in seinem Fürbringen verhindern noch einfallen.

Zum Fünfften, behält ihme der Herr Marschall, Beysitzer und Geschlechter bedinglich bevor, ob sichs durch Schickung des Allmächtigen oder ander fürfallenden Ehehafften begebe, daß ihr einer oder mehr aus der Ehren-Ritter-Tafel auffstehn und abtreten würde, daß doch nichts destoweniger ihme oder ihnen fürbehalten seyn solle, andre Rittermäßige Persanen, an seiner oder ihre Stelle, in die Ehren-Ritter-Tafel einzusetzen, und was recht, zu befördern.

Und derowegen so ruffe ich Christoffen von Haugewitz, als zu dieser Ehren-Ritter-Tafel von Wohlgedachten Land-Vogt Sr. Gnaden an statt ihrer Kays. Maj. verordneter Ehrenhalde solche gegenwärtige und mehrgedachte Ehren-Ritter-Tafel, so mit Urthel und Recht einen jeden zu seiner Ehren-Nothdurfft nach Ritters-Art, auch alten löblichen Herkammen und Gebrauch dieses Marggrafthums Ober-Lausitz gnugsam geheget und besetzet, als zum ersten, zum andern und zum dritten mahl mit diesem Anhange, ob jemandes seiner Ehren-Nachdurfft nach, vor derselben zu thun daß er in berührter massen und auf die erzehleten Artickel bescheidenelich wolle vorkommen, und nach ihren Ritter-Rechts-Art Rechtens gewarten.

Marschalls Beförderung bey der Ritter-Tafel.

Der Marschall zum ersten Beysitzer zur rechten Hand in Dingung der Ehren-Ritter-Tafel.

Ich frage euch, weil auf Ansuchen etlicher Paet, ein Eheen Ritter-Tafel zu bestellen, vonnöthen, und ich von den Heeren Graffen und Land-Vogt S. Gn. an statt der Röm. Kays. Maj. meines alleegnädigsten Herrn, hiezu, zum Maeschall verordnet, ob es an der Zeit, damit solche Ehren-Ritter-Tafel mit Gericht und Recht möge bestallt werden?

Die Beysitzer zur Rechten.

Herr Marschall, weil Parten fürhanden, so für der Ehren-Ritter-Tafel ihren Ehren-Nothdurfft nach, zu thun, und ihr van wohlgemeldten Herrn Land-Voigt S. Gn. an statt Ihr Kays. Maj. zum Marschall verordnet, so möget ihr die Eheen-Ritter-Tafel mit Gericht und Richt wohl bestellen.

Zum 2. Beysitzer auf der rechten Hand.

Ich frage euch, wie ich diese Ehren-Ritter-Tafel dingen soll?

Der 2. Beysitzer auf der rechten Hand.

Herr Marschall hegets mit Urthel und Recht dem Kläger als dem Antworter, und dem Antwoeter als dem Klägee.

Marschall zum Dritten.

So hege ich solche Ehren-Ritter-Tafel mit Urthel und Recht, allermaßen und gestalt, wie solche nach Ritters-Art Alten Herkommen und Gebrauch, dieses löblichen Marggrafthums Ober Lausitz vor Alters und ietzo, am alleekräftigsten und beständigsten hat können, sollen oder mögen gehalten werden, und hegt solche Ehren-Ritter-Tafel einem ieden zu seinem Rechten und zu Erhaltung Ihr. Kayserl. Majest. 2c. Marggrafen en Ober-Lausitz, als Landes-Füesten Hoheit, in diesen Ihrer Kays. Maj. Marggrafthum Ober-Lausitz, im Nahmen GOttes des Vaters, des Sohnes, und GOttes des Heiligen Geistes, Amen.

Zum 3. Beysitzer zur rechten Hand.

Ich frage euch, ob diese Ehren-Ritter-Tafel nach Ritters Art und Alten Herkommen dieses Marggrafthums Ober-Lausitz, einem ieden Rittermäßigen zu seiner Ehren-Nothdurfft geheget und bestellet habet.

Dritte Beysitzer zur rechten Hand.

Herr Marrschall, weil ihr solche Ehren-Ritter-Tafel einem ieden zu seiner Ehren-Nothdurft und zu Erhaltung Iheer Kays. Majest. als des Landes-Fürsten Hoheit in diesem Ihr. Kays. Majest. Marggrafthums Ober-Lausitz mit Urthel und Recht und im Nahmen der Allerhöchsten Dreyfaltigkeit geheget, so habt ihrs einem ieden untadelhaftig und zu Recht genungsam geheget.

Nach Erledigung eines Ehren-Handels soll Ehrenhold zu den Beyständen nachfolgenden Fürtrag zu dreyen mahlen, doch durch ein wenig intervallum repetiren.

Ob iemandes, so für dieser Ehren-Ritter-Tafel, seiner Ehren-Nachdurfft nach, was weiter fürzubeingen bedacht, der thue es, dann ohne diß, seind der Herr Marschall, Beysitzer und Geschlechter, die Ehren Ritter-Tafel aufzuheben Vorhabens, zum ersten mahl.

Nun folget die Anmeldung des Ehrenholdes gegen den Parten und Beyständen wie oben zum andern mahl.

Hernach soll Ehrenhold ein wenig warten, und wie oben stehet zum dritten mahl.

Nach diesem, wenn von der Ehren-Ritter-Tafel weiter niemand was vorzubringen, fragt Marschall den ersten Beysitzer auf der lincken Hand.

Zum ersten Schöppen auf der lincken Hand.

Ich frage euch, weil niemand zur Stelle, der für dieser Ehren-Ritter-Tafel weiter zu klagen, ob es an der Zeit sey, solche Ehren-Ritter-Tafel wieder aufzuheben.

Der nechste Beysitzer auf der lincken Hand.

Herr Marschall, weil niemand für dieser Ehren-Ritter-Tafel, zu klagen, so ist es an der Zeit, daß ihr dieselbe aufheben möget.

Zum andern Schöppen auf der lincken Hand.

Ich fragt euch, wie ich solche Ehren-Ritter-Tafel aufheben soll.

Der andre Beysitzer zur lincken Hand.

Herr Marschall hebet auf mit Uethel, Recht und Göttliches Nahmens.

So hebe ich solche Ehren-Ritter-Tafel auf mit Urthel und Recht, im Nahmen GOttes des Vaters, GOttes des Sohnes, und GOttes des Heiligen Geistes, Amen.

Litt. D.

Litt. D.

Historia fori in Lusatia supremi, a quo ultima tandem ad ipsum principem provocatio, fide codicis Mscti.

Vom Amt oder Gericht deren von Land und Städten.

DAs Ober-Amt oder die von Land und Städten, oder das Gericht von Land und Städte, ist ein wohlhergebrachtes ordentliches Gericht und Recht des Landes.

Dasselbe besitzen oder halten, der Herr Land-Vogt, der Herr Kayserliche oder Landes-Hauptmann, die beyden Amts-Haupt-Leute, vier Landes-Aeltesten.

Und welche Personen von Herren Ritter-Stand ein Land-Vogt nach Wichtigkeit der Sachen mehr darzu erfodert.

Und die Abgesandten von den Sechs-Städten aus den Städten Budißin, Görlitz und Zittau, aus jederer Zwo, aus den andern drey Städten, aus jederer eine, auch nach Gelegenheit vorstehender Sachen, mehr Personen und fürnemlich die Raths-Aeltesten, welche pflegen Bürgermeister zu seyn, von Land-Vögten oder ihren Amts-Verwaltern verschrieben, von den Städten abgefertiget werden und sitzen sollen.

Für diß Gericht oder Ober-Amt, oder fürs Amt, Land und Städte kommen die Sachen, welche zuvor durch die Amts-Hauptleute und ihre verordneten Beysitzer jedes Amt vorgenommen, genugsam verhöret, tractiret durch gühnliche Vergleichung oder rechtmäßige Verabscheidung erlediget, und von den Abschieden in gebührlicher Frist der zehen Tage appellirt worden.

Oder welche Partheyen, die Amts-Hauptleute, und ihre Beysitzer hochwichtiger Ursachen halber zu verabscheiden bedencken, und sie ins Ober-Amt remittiren und weisen, und die Part beyde darein willigen.

Oder da einer im Ober-Amte verklagt, und er gutwillig darinnen antworten will,

Dieselbigen Vorbeschiede, so fürm Amt, Land und Städte geschehen, nennet man sonsten alter Gewohnheit nach, General-Vorbeschiede,

Und es soll einem jeden, der fürs Ober-Amt erscheinen soll, zum wenigsten Sächsische Frist darzu gegeben werden.

Der Cantzler sitzt ietzo auch beym Verhören ans Herren Lands-Vogts Tische, welches für alters nicht gewesen, sondern Cantzler bey einem andern Tische gesessen, hält das Protocoll, colligirt die Vota, zeigt den Parteyen der von Land und Städten Meynungen an, stellet die Abschiede, redet und fördert, was ihme befahlen wird,

So denn von den Partheyen Klag und Antwort, Exception, Replica und Duplica fürgebracht, und die Parten nichts mehr einzuwenden, oder vorzubringen haben, und wie gebührlich zur Sache, alle mügliche Mittel und Wege fürgenommen und vorgeschlagen, die Part darein nicht willigen wollen, und die Sache entstanden oder sich zerschlagen, läßt man die Part abtreten, alsdenn giebt der Herr Land-Vogt den Verordneten vom Land und Städten, die Sache zum Rath, Bedencken und Erwegung, und es stehet der Herr Landes-Hauptmann, und der Görlitzische Amts-Hauptmann, die Landes-Aeltesten, und was mehr erforderte Personen vom Lande zur Stelle seynd, auf, gehen beyseits zusammen alleine,

Die Verordneten von Städten, seynd so wol abgetreten und beysammen allein,

Im Gleichniß der Hr. Land-Vogt, mit seinem Hauptmann und Cantzler auch alleine bleiben,

Und unterreden sich beyderseits ihres Bedünckens, was gesprochen, und zum Abschied gegeben, oder ferner gefodert werden soll.

Wann dann die von Land und Städten, mit ihrem Gutbedüncken und Stimmen gefaßt seynd, so fodern sie die von Städten zu sich, berichten sie ihrer Meinung, wofern die Städte mit ihnen gleichstimmig seynd oder werden, gehen sie zugleich für den Land-Vogt, zeigen ihm an, daß sie sich eines Sententzes und Stimmen miteinander entschlossen und vereiniget,

Können sich aber die Assessores van Land und Städten nicht vereinigen oder vergleichen, so zeigt ein jeder Stand, als erstlich der Land-Stand, nachmahlen die Städte, dem Land-Vogte ihre Meynung an,

Der Land-Vogt, der mit seinem Hauptmann und Cantzler auch Rath gehalten, erkläret sich erstlich, seines Aufsatzes, welches Gutbedüncken oder Stimme dann der vom Land oder Städte ihme Land-Vogten beyfället, bey demselben verbleibets, und werden die Abschiede darauf gestellet, den Beysitzern vorgelesen, den Parten publiciret, und alsdann ins Amts-Buch einverleibet und geschrieben, und dem begehrenden Theil, dessen eine vom Herren Land-Vogt besiegelte und unterzeichnete Abschrifft mitgetheilet.

Wann aber Land und Städte sich einhelliger Meynung verglichen, des Land-Vogts Aufsatz aber der zuwider, und kein Theil von derselben weichen will, sa gehet es wie es pfleget, daß er mit den mehrern Stimmen schliessen muß.

Welches Theil dann die Abschiede nicht annehmen will, und inner zehen Tagen davon an die K. Majest. oder derselben Appellation-Räthe aufs Prager Schloß appelliret, dem

kan noch soll solches nicht verwiedert werden,

Wann die Schrifften alle eindracht worden, die Parthey zu Collationirung und Inrotulirung der Acten erfodert, die Acta collationiret, rotuliret und zuverspruchen in die Appellation überschicket, so offte dann Interlocutoria Bey-oder End-Urtheil einkommen, werden die Part erfordert, und ihnen das Urthel publiciret, hernach ferner, was der Parte Suchen Rechtens, der Billigkeit und bräuchlich ist, gefordert,

Wann aber Parten zu Collationirung oder Rotulirung der Acta ungehorsamlich aussen bleiben, sollen die Acta nichts minders in contumaciam callationiret werden.

Das gehorsame Theil soll die Cantzeley-Taxe allein geben, und demselbigen wegen der halben Unkosten, sein Recht wider das ungehorsame Theil fürbehalten seyn,

Würde aber von den gegebenen Abschieden auf unverwandten Fuß, oder innerhalb zehen Tagen nicht appelliret, so kommen die Abschiede nach Verschrinnung der zehen Tagen in rem judicatam, und in ihre wircfliche Krafft.

Und es seynd, altem Brauch nach, die General Vorbescheide balde nach den dreyen willkührlichen Land-Tagen angestellet und gehalten worden, damit die Beysitzer vom Land, welche bey den Land-Tagen seyn müssen, sonderlich die Görlitzschen, nicht vergeblich hin und herwieder reisen dürffen.

DISSERTATIONE INAUGURALI,
Differentias juris
COMMUNIS ET LUSATICI
IN
LEGITIMA ATQUE DOTE,
Vom Lehens-Pflicht-Theil.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIÆ DOMUS PRINCIPE AC DOMINO,
CAROLO,
PRINCIPE PORUSSIÆ, CETERA,
In Fridericiana,
MODERATORE CONFLICTUS
D. JOANNE PETRO Ludewig, JCto,
REGI A CURIALIBUS CONSILIIS, PROFESSORE JURIUM ET HISTORIARUM ATQUE MAGDEBURGICI TABULARII ARCHIVARIO,
PRO DOCTORIS IN JURE PRIVILEGIO rite consequendo,
RESPONDEBIT
JOANNES GODOFREDUS Steudner,
BUDISSA-LUSATUS, ADVOC. JUR. ORD.
DIE XIX. MENSIS SEPTEMBR. clɔ iɔcc xvi.
H. L. Q. C.

Differentiæ juris feudalis Communis atque Lusatici in Legitima atque Dote.

*** *** ***

PROOEMIUM.

Ratio instituti.

CUm egomet, tum *dn. Præses* olim themata scripsimus (*) Lusatico juri propria a communique diversa. Utriusque igitur e re esse videbatur, in eodem instituto occupari etiam nunc, postquam ipso usu intelleximus, quod hæc patrii juris argumenta Lusatiæ foris judiciisque eo magis sint commendata, quo frequentiores illius a *Romanis*, *Longobardicis* atque *Saxonicis* legibus dissensus ac differentiæ. Quamvis autem supersint hic spicilegia cum

cum alia plura (**) tum præsertim in *Lusatia clientelis*: nos tamen, ne instituti limites egrediamur, illa tantum ex hoc promptuario decerpemus, quæ faciunt ad *Jura Legitimæ* atque *Dotis Filiarum Sororumque ex feudis*. Supremum numen adsit scribendis.

De jure Lusatico biga dissertationum.

(*) Nam *Dni Præsid. differentia juris feudalis communis & Lusatici die XXII. August. M DCC XIV.* prodierunt: mea autem dissertatio *de hominibus gleba adscriptis Lusatiæ superioris Lipsiæ* est ventilata *die X. Maii M DCC XV*.

Manuscripta in tabulariis.

(**) Sermone aliorum nobis constat, quod in Lusatia plures sint, qui patrii juris *decreta*, *consilia*, *sententias*, *rescripta* multis abhinc temporibus collecta in privatis tabulariis adservant. Ejus generis quoque volumen satis magnum, nomine inscriptum: *Miscellanea Juris Lusatici Dn. præses* ostendit in supellectili *MSctorum*. Sed inprimis laudari solet ingens *rerum juriumque patriæ adparatus*, quo museum instruxit Lusatiæ h. t. cancellarius *Joan Gottl. Platz*, vir cum de Lusatia universa, tum de re imprimis judiciaria ac forensi meritissimus, insignis litterarum rerumque nostrarum patronus, honoris causa adpellandus.

DIFFERENTIA I.

Qui filiabus ex feudo dos & legitima?

De Longobardica dote filiarum legitimaque.

Jure communi *filiabus* neque *dos* neque *legitima* ex feudo, licet *novo* debetur (a): utrumque, juxta Lusatiæ instituta, vasallus testator & filiæ deferre potest & sorori (b) eoque onere gravare feudi successorem.

Qui nulla Longobardico jure legitima?

(a) *Unicus* enim in decretis Longobardicis est casus, quo successor feudi alere tenetur vasallum, ob *corporis vitia* a successione exclusum *2. F. 6. §. 2.* Extra quem ipse ab omni onere sui decessoris ejusque familiæ est immunis beneficiumque accipit omnino liberum *Petr. Heigius part. 1. quæst. 25.* atque dn. *Præses* in juris *communis & Porussici differ. xxi. atque xxxvii.* Sigillatim in *legitima* filiabus exsolvenda neque jussu voluntateque patris tenetur successor neque ulla alia lege. Num ex officio *humanitatis* obligatus sit, dubito proboque judicium *Carpzovii part. 2. const. 46. def. 36. Joh. Kopen decis. 54. n. 85.* quodque, communi jure, neque ex *feudo novo* debeatur *filiabus* antecessoris legitima *Fachinæus libr. 4. contr. 33. L. B. de Lyncker decis. 1206.* Partim, quoniam tum non ratio habetur vel *voluntatis* vel *consanguinitatis* defuncti, a quo succedendi nulla est causa: sed *egestatis* tantummodo & indigentiæ. Quam *morum* doctrina regit; non *clientelaria* instituta. Et sane tantum abest, ut jura communia justo hic sint *duriora* in *filias* & *sorores*: quantum abest, *successorem* obligari ad *alimenta*, dotem, *legitimam* sui in munere *decessoris filio*, filiæ, viduæ, sorori præstandam, cum videt, unam earundem conflictari cum extrema *egestate*, *P. Heigius part. 1. quæst. 25.* & *Finckelthaus disp. 6. thes. 31.* ubi confutant *Hartm. Pistoris lib. 2. qu. 38. n. 3.* aliosque in gratiam filiarum sententes.

Qui ex Lusatiæ feudis legitima defeeratur.

(b) Habent id claris verbis *instituta Lusatiæ feudalia* an. 1653. Ita enim legitur in der Lehens-Ordn. §. Wir wollen einem Vater oder Bruder dieses nachlassen, wenn er keine männliche Leibes-Lehens-Erben verlässet, von seinen Lehen-Gütern zu Ausstattung der Töchter und Schwestern, nach art und weise der in denen gemeinen Sächsischen Rechten observirten *Legitimæ*, per ultimam *voluntatem* zu disponiren.

DIFFERENTIA II.

Quid in dote filiarum ex feudo LL. Saxonicæ?

De dote ex feudo Saxonico jure 1) ducali 2) electorali

Saxonica jura successorem obligant ad *dotem* filiabus decessoris ex feudo solvendam, si quidem desit allodium (c); imo, licet hoc adsit, debito, dotis causa, a patre contracto, nihilominus feudum onerat legislator *Augustus*, instituto tamen prorsus inconcinno (d): Lusatica autem decreta *patris* hic stant

a Lusatico alienis.

ultima voluntate, si ille filiam dotare jussit ex feudo, divitem licet, sive suis (e) sive paternis sive utriusque bonis (f).

Qui dos ex feudo debeatur filiabus?

(c) Ita enim est, intempestiva hic commiseratio jureconsultos egit in transversum. Instituta certe Longobardica, quæ successorem feudi liberant cum a *dote*, tum ab *alimentis*, decessoris sui filiabus exsolvendis, sunt quidem & naturæ & beneficiarii juris rationibus concinna. Nam liberum esse debet ab omni onere feudum tum vasalli causa, ne pauper minori serviat adparatu; tum domini, ut reditus feudi majores eo etiam alacriorem reddant vasallum, ad probandum domino genera officiorum quævis. Quas etiam rationes habet vir insignis *Petr. Heigius part. 1. quæst. 25.* qui omnino hic consulendus. Verum enimvero numeri & tempora errantium errori huic fecerunt jus. Nam, audacter licet, edicunt Saxonici jureconsulti: *universam Germaniam obligare feudi successores, ad solvendam decessoris sui filiabus dotem & alimenta, si quidem desint vires allodii*, ita *Schrader part. 8. c. 1. n. 38. Mod. Pistoris vol. 1. cons. 5. qu. 2. n. 22. Hartm. Pistoris part. 2. quæst. 37. Carpzovius lib. 4. respons. 65.* centumque alii. Imo ipse legislator in der *Process.* Ordn. *tit. 45.* §. Es trägt sich offt zu,

daß

daß die Söhne ihre Schuldner auf das Lehen versichern lassen und denen Schwestern ihre gebührende Ausstattung nicht ablegen. Damit sie nun nicht um das, was Ihnen aus den Lehen-Gütern gebühret, gebracht werden, wollen wir, daß in solchen Fällen die Töchter, wofern sie 1) sich an den Erb-Gütern nicht erhohlen, 2) auch in dem Lehen ein solches Recht haben sollen, daß Sie sich in allen demjenigen 3) was Ihnen von ihrem Vater her zu ihrer Ausstattung zustehet, 4) vor allen andern NB ihrer Brüder Gläubigern, an das Lehen, 5) ob es auch schon in andere Hände kommen, halten mögen, iedoch daß 6) das Lehen nicht allzusehr beschweret werde. Id vero hic velle dicunt legislatorem Saxonem; *primo* ut filiabus, allodio destitutis, dos ex feudo solvatur; tum ut jure gaudeant prælationis filiæ intuitu quidem creditorum a fratribus contractorum. Quid vero si filiæ aliunde habeant, unde vivant? quid si bona illis sint materna, exhaurientia vel æquantia dotem? Tum sane mallem, expirare hanc jureconsultorum intempestivam commiserationem. Sed etiam hic curiæ pleræque nihilominus sequuntur *Carpzovium part. 2. decis. 172.* quasi patris officium sit, filiam dotare etiam divitem, quod filius, feudi successor, teneatur explere. Ego contra putaverim; neque divina neque humana jura velle, ut quis liberalis sit de alieno. Quod in alio casu magis est verum. Nam hoc quoque docent aliqui scriptores forenses: quod filiæ ex feudo paterno dotari debeant, licet illud non sufficiat ad solvendum creditoribus, qui filiabus ea in re debeant postponi: quos recte notat refellitque *Carpzovius part. 2. const. 46. def. 17.*

Licet aliunde divites sint bonorum.

Licet patris creditoribus solvi nequeat.

(d) Ita enim verba legislatoris se habent *Part. 2. Constit 46.* Wann die Schuld wegen Aussteurung der Töchter oder Schwestern aufgenommen, sollen solche Schulden aus dem Lehen durch die Lehensfolger vergnüget, und die Land Erben damit verschonet werden. Stupent ad hanc legem ipsi jureconsulti Saxones. Nam hac ratione quilibet pater agnatos suos ad *dotem*, filiabus, etiam allodii ditissimis, ex feudo solvendam potest obligare, suo quodammodo arbitratu: cum tamen jure electorali quoque *dos* tum demum ex feudo debeatur, si illa nequeat haberi aut expectari ex allodio, quod dictum in notula præcedente. Sed hæc portenta edere solet in lucem intempestiva & rationibus beneficiarii juris adversa commiseratio. Ipsi *Carpzovio* hic aqua hæret in *lib. 4. resp. 65. n. 13.* ubi dicit: *rationem hic invenire solidam difficile videtur & forsan locus hic dari debet effato* l. non omnium 20. ff. de leg. Quæ enim ipse post, dicis gratia, fingit, illa ne inanium quidem speciem habent. Ut veniam vix mereatur, quando *Part. 2. decis. 173.* hanc sibi gloriam tribuit eo provocando: *de ratione diversitatis* (legum sibi adversarum) *ne simus anxii, repetere illam licet ex jam traditis a me.* Id potius dicendum est; cum juris Augustæi diversi fuerint scriptores, mirum non esse, illud quandoque sibi non constare. Nam auctor *Part. 2. const. 46.* haud dubie *dotem filiarum* habuit pro *debito feudali ordinario*: alter autem in der *Process* Ord. *tit. 45. §.* Es trägt ic. pro *subsidiario*, *allodio* scilicet *deficiente.* Sed facile esset principi, scopulos rescripto tollere & leges male cohærentes emendare in tantis jureconsultorum Saxonicorum otiis, numeris, operisque.

Licet ex allodio dotem queant habere.

Juris Saxonici electoralis manifesta antinomia.

(e) Admonuit me nuper patronus aliquis casus ejusmodi, quo fuit requisitum: *utrum pater diviti filia dotem potuerit ex Lusatia feudis legare?* Quod autem nullus dubito *adfirmare.* Licet enim contra sentientes forte opposuerint nobis *primo*, quod tum causa dotis non adsit, quæ facere debeat ad onera sustinenda matrimonii & habenda alimenta *Aleiatus lib. 8. parergo 3. Surdus de aliment. tit. 5. quæst. 1. n. 43. deinde* præjudicium habeatur *Scabinorum Lipsiensium anno 1616.* qui absolverint a dotis præstatione vasallum, ob filiæ opes divitiasque; Weil die Töchter sonsten wohl begütert, so bleibet der Lehensfolger mit deroselben Ausstattung, welches ihr sonsten aus dem Lehen zukommet, billig verschonet; tum ipse *Carpzovius in decis. 173. n. 29.* & *de onerib. feud. dec. 3. pos. 3. n. 16.* dubitet titubetque; *præterea* aliquid ex feudo tum demum debeatur filiabus, si defecerit allodium, perinde autem sit, sive filia allodia ejus generis patri, sive matri debeat sive etiam extraneis *Jac. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 122. n. 33. Ziegler disput. de debitis feudal. c. 2. §. 22.* ad *extremum* licet Romana forte jura in dote faveant etiam filiæ diviti, id tamen propterea fiat, quoniam dos fuerit tum instar portionis hereditariæ, cum tamen instituta Germaniæ se habeant aliter, filiamque elocatam ideo non destituant hereditate paterna, & quæ sunt generis ejusdem. *Verum enim vero* cum *primo* ipsi etiam Romani velint, ut filia dives nihilominus ex *patris substantia* dotetur *l. si pater dotem 7. §. ult. C. de dotis promiss.* idque propterea, quoniam filia, semel dotata, non vocata fuerat deinceps porro ad patris hereditatem, deinde *ultimum* hoc quoque in Lusatiæ feudis sit verum, ex quibus, post dotem, non habent filiæ, quod porro expectent, licet feuda olim Lusatiæ fuerint, opinione plurium, hereditaria; *post*, quæ dicta sunt de similitudine alimentorum & dotis matrimoniique oneribus, illa trahi huc non debeant, cum dotis ratio potius portioni re-

Num ex Lusat. feudis dos filiæ diviti aliunde?

Rationes negantium.

Rationes affirmantium.

respondeat *hereditaria* atque *legitima*, quam etiam filia dives jure requirit *Heigius part. 1. qu. 25. n. 63. porro* ideo etiam filiæ opes, aliunde paratæ, patrem non liberent, licet eum liberarent, si ex substantia patris provenissent; *praeterea* ipsas etiam Saxoniæ curias puduerit pigueritque sententiæ adversæ, teste *Carpzovio part. 2. decis. 173 n. 29. tum* in Lusatiæ feudis, olim certe hereditariis, plus juris esse filiabus, credi debeat; *tandem* hic non de officio fratris aut agnati vasalli quæratur, sed de voluntate patris testatoris, utrum illa hic sit attendenda; *ad extremum* auctoritas quoque adsit ipsorum Lipsiensium *Scabinorum*, quorum sententia mens. *Maio an 1697.* lata est quidem hæc: Obwehlen die Schwester vor sich Mittel genug, folglich es scheinen möchte, daß sie nicht befuget, sich an das Lehen zu halten: dieweilen aber die Ober-Lausitz. Lehens-Ordn general und zwischen denen Töchtern und Schwestern, ob sie begütert oder nicht, keinen Unterscheid machet; so ist die Schwester das Theil an dem Lehen-Gut zu fodern wohl berechtiget V. R. W. ideoque nulli dubitamus: *filiam sororemque divites dotem repetere posse ex Lusatia feudis sibi a defuncto patre aut fratre adsignatam.*

Num ex Lusat. feudis dos filiæ paternorum bonorum diviti? Rationes negantium; (f) Non leves dubitationes sunt, quam sententiam quæstio juris mereatur: *Num filia paternis jam bonis dives, nihilominus dotem aut legitimam requirere possit ex feudis Lusatiæ?* Qui negaverint hoc casu jura filiarum, eorum rationes sunt hæ. *Principio* putant, nulla ratione fieri posse, ut filia, *paternorum* bonorum jam dives, postea nihilominus conqueri possit de *dote* aut *legitima*, quoniam bona tum paterna debeant vel ab eadem conferri vel desisti a querela: *deinde*, licet instituta *Lusatia* favere videantur filiabus in dote ex feudis repetenda, esse tamen in dubio contrahenda hæc jura ob decreta cum Longobardica, tum Saxonica, quoniam in his filia vel prorsus vel partim a largitione ex feudo repellatur, si patris sufficiant allodialia bona *Ordin. Process. elect. Sax. tit. 45. Hartm. Pistoris part. 2. q. 37. Schurffius cent. 1. consf. 24. n. 11. Carpzov. part. 2. const. 46. def. 16.* statutorum vero interpretationem repetendam esse ex jure communi, *Gailius lib. 1. obs. 50. n. 8. Mynsing. lib. 1. obs. 5. Færster lib. 2. de interpret. cap. ult. Carpzovius in pract. crim. part. 2. qu. 68. n. 36.*

rationes adfirmantium. Verum enim vero cum Lusatiæ quondam feuda fuerint *hereditaria*, in quibus filia excluserat in succedendo fratrem, in dubio eadem omnino favorem merebitur. *Deinde* Lusatiæ instituta propterea dare solent patris aut fratrum ultimæ voluntati, ut filiæ & sorori, *successionis* loco, tantum ex feudo adsignent, quantum requirere solet legitima. Eaque, non allodii intuitu, sed *feudi*, cujus negata fuit illis successio. Igitur tantum abest, ut opes in allodio, spem filiarum ex feudo evertant: quandum abest, *legitimam* ex bonis paternis filiæ negari, diviti *maternorum* vel aliunde quæsitorum bonorum *Fach. l. 5. contr. 83. Berlich. part. 2. dec. 2.* atque *dec. 242. n. 19.* Præterea est juris axioma: *ubi lex non distinguit, ibi nostrum non est distinguere*; sed Lusatiæ statutum conceptum verbis absolutis, indulgendo parentibus & fratribus, ut, instar legitimæ ex feudo, filiabus & sororibus dotem possint adsignare in ultima voluntate. Quid? quod, si aliqua ejus generis intelligi debuisset restrictio: *quando scilicet filiabus non sit dos ex allodio paterno*, tum lex & otiosa fuisset & nullius favoris, quem tamen in Lusatiæ hereditariis quondam feudis desideravimus. Notum enim est, quod & Saxoniæ & Germaniæ propemodum universæ statuta atque consvetudines velint: *dotari filias ex feudo, allodio deficiente.* Ut adeo hic neque voluntate patris aut fratris neque singulari lege opus fuisse videatur. *Tandem*, quod de interpretatione ex jure communi dictum, illud & falsum est & nullius hic loci. Nam Germaniæ provinciarum statuta potius ex rationibus illustranda, quam ex jure peregrino Latii, *Mevius ad jus Lubec. pr.* atque *dn. praes. in different. jur. Lus. litt. hh.* vel etiam pars una ex altera statuti parte Dd ad *l. 5. C. de LL. Hartm. Pistoris part. 1. qu. 33. n. 5.* Deinde si verba statuti clara sunt, illis est inhærendum, neque opus auxilio legis alius. Dd ad *l. non aliter 69. pr. ff. de legat. 3. Finckelthaus observ. 18. n. 11. Sim. Pistoris post consil. Modest. Pistoris cons. 11. n. 5. 6.* Ad extremum ita etiam in *suprema Lusatiæ curia adpellationis anno 1696. die 10. april* judicatum esse, accepi, hac quidem formula: daß adpellat von dem Werth des dritten Theils an dem Lehngut Rammenau dasjenige, was adpellantin zu ihrer Väterlichen Ausstattung empfangen, abzuziehen und inne zu behalten nicht befuget. Quæ sententia etiam post confirmata est, quam leuterationis remedio sibi consulere voluerat pars rea, idque *die 7. decembr. 1697.* accepitque illa vires auctoritatemque judicati *præjudicique* forensis.

DIFFERENTIA III.

Quid de legitima filiarum ex feudis?

Legitima ex feudis 1) novis in subsidium

2) antiquis absolute.

Saxonica jura ex feudis, nonnisi *novis* aut, si mavis, ne ex his quidem, filiabus adsignant *legitimam* (g), si quidem illæ non habeant, quod eandem expectent repetantque ex *allodio*: Lusatiæ autem moribus legitima filiabus deferri potest ex feudo etiam *antiquo* (h) allodiique parata licet facultate.

Num filiæ legitima ex feudo novo?

(g) Olim sane acriter scriptum ac disputatum est: *utrum filia ex feudo novo debeatur*

Negatur. *cur suppleaturque legitima?* Doctus jureconsultus *Petr. Heigius part. 1. quæst. 25.* negavit quæstionem eo certe adparatu rationum ac legum, cui nequedum satisfacere potuerunt jureconsulti. Heigiana enim olim jam dispulerunt & confutarunt, quæ pro filiarum ex feudo novo legitima adferre solent *Carpzovius part. 3. Const. 9. def. 28. Struvius de feud. cap. 14. §. 19.* & quotquot hosce magno numero sequuntur, qui ea recoquere solent, quæ pro legitima ex feudo *novo* & hereditario *Jacob. Tomingius in decis. 27.* atque *Hartm. Pistoris lib. 2. quæst. 42. n. 36.* olim congessere. Nam argutiæ ex *tit. de inofficiosis donationibus* stupidæ & obtusæ sunt: cum pater emendo feudum non donet neque filius, stipendia merendo, haberi queat pro donatario. Accedit, quod ordinariis de *inofficiosis* testamentis, donationibus, dotibusque regulis exemta sint militaria, quæ clientelaribus respondent *l. ult. C. de inoff. testam.* Taceo, quod *in feudis* imperii, *primigeniis* ac *majoratibus* neque etiamnunc sit locus inofficiosæ donationi. Imo, quod magis est, Germanica jura portionem quidem *alimentariam* adsignant liberis, nequicquam vero legitimam, cujus causæ desunt Germanis, quod *dn. præs.* ostendit in *dissert.* Legitima exul *cap. 4. segm. 2. §. 3. 4. 5.* Quicquid vero

Adfirmatur. sit, certe apud Saxones *constit. elect. 2.* huic liti attulit finem idque in gratiam filiarum legitimæ ex feudo novo.

Qui legitima ex feudo debetur antiquo filiabus? (h) Cum *Lusatiæ feuda* virgula olim æstimata sint *hereditariorum*, neque tamen legislator vellet, ut filiæ porro in feudo succederent, loco sublatæ successionis, datum est hoc patri fratrique, ut legitimam ex feudo cum filiabus adsignarent, tum sororibus aut, quæ legitimæ responderet, dotem. *Decretum an. 1653.* conceptum recitavimus *differ. 1. litt. b.* superius. Idque factum est sine ullo discrimine feudumne esset *novum*, an vero *antiquum*; *pactitium*, an *hereditarium*, vel etiam *mixtum*. In feudo enim *hereditario* aut successionis fœminarum subsidiariæ filiabus per masculos exclusis *legitimam* deberi, olim singulari instituto contuti sunt *Bursatus lib. 2. cons. 132. lib. 3. cons. 295. Hartm. Pistoris lib. 2. qu. 38.* aliique. Hos autem, licet confutaverit *Heigius part. 1. quæst. 25.* videtur tamen illorum dogma secutus esse Lusatiæ legislator, adsignando filiabus, sublatæ successionis loco, ex voluntate quidem ultimo defunctorum, dotem æqualem legitimæ.

DIFFERENTIA IV.

Qui legitima ex Lusatiæ feudo mereatur favorem?

De odio & favore legitimæ. Jure communi *legitima*, ex feudo præstanda filiabus, meretur *invidiam* ac odium cum intuitu *domini*, tum *vasalli*, quibus adfert damnum; *illi* quidem onerando feudum, *huic* autem obligando eum, ut allodium profundat pro re, quæ est in nexu clientelari (i): aliter in *Lusatiæ* feudorum *legitima*, quæ *domino* viam parat ad excludendum fœminas, parum habiles clientes; *vasallo* autem ad antevertendum proximioris gradus *fœminas* heredes in feudi successione (k): ut adeo utrobique mereatur favorem.

Qui legitima in odio juris? (i) Legitimam *filiabus* ex feudo adsignant jureconsulti vel *hereditario* vel *novo*. Utrobique & *domini* juribus derogatur & *vasalli*, adeoque, instar derogatoriæ legis, hoc quoque institutum juris odia habet & limites arctiores magisque adstrictos. Quod non difficile est ad probandum. Nam, reditibus feudi deminutis, depri- (Intuitu a) domini.) mitur vasalli animus, ardor, alacritas, adparatus in serviendo militiam curiamque. Unde domini jactura, injuriæ, damna, incommoda plurimi generis. Quo fieri solet, ut principes, in servitiis aulæ militiæque præstandis, singulari lege salaria officialium privilegiis munire instituant adversus cujuscunque generis arresta, nomina, creditores. Cum ejus generis stipendia servitia exigant, digno habitu, elegantia, cultu, adparatuque præstanda, quod omne frustra expectatur ab homine, qui ære premitur alieno. Neque minor jactura tum est vasalli. Ipse enim pro feu- (b) vasalli.) do, sive clientelari prædio, solvere tenetur legitimam filiabus, atque adeo profundere veluti numos in spem incertam, emere ventos, suosque & ipse quandoque lædere in legitima. Finge enim casum, quo Titius sororibus ex feudo solvit legitimam moriturque ἄπαις. Quis miseris reddet obolum æris, feudi causa, profusi? Urges, illas expectare tamen posse ex feudo alimenta & dotem. Repono, hoc dari solummodo, deficiente allodio, egestateque laborantibus: imo modicum esse, quod ideo datur, neque ad legitimæ mensuram adsurgere, id quidem dicendum erit inferius.

Qui legitima ex feudo juris habeat favorem? (k) Quantopere etiam in vicina notula *odia juris* defendi adversus *legitimam* filiarum ex feudo: tantopere *legitima* ex *Lusatiæ* feudis propugnabo *favorem*. Scilicet ex ejus indulgentia & *dominus* commoda tulit & *vasallus*. Ille quidem in eo, quod, (Intuitu a) domini.) cum olim *fœminæ* quoque successissent in Lusatiæ feudis, nunc, illis clausa porta clientelari, ex feudo tantum indulta sit, testatore sic volente, legitima. Quantum vero emolumenti in dominum redundet,

si,

ſi, fœmineorum feudorum loco habeat maſculina, ille demum intelliget, qui cogitaverit, in fœmineis feudis vix caſum expectandum *apertura*, qui multoties accidit in maſculinis. Taceo dignitatem familiæ, rationes ſervitiorum, provinciali um ordinum robur pluraque alia, quorum omnium melior conditio & ſtatus in feudis maſculinis, omnino tribuendus noſtræ in Luſatia legitimæ. In *vaſallo* longe major ſeges utilitatum, ex noſtra legitima expectandarum. Nam in Germaniæ feudis hereditariis plerisque, præſertim provincialibus, fœminæ non demum ſuccedunt in ſubſidium, maſculis deficientibus; ſed potius fœminæ propiores excludere ſolent maſculos remotiores. Quapropter raro evenit, ut, feudo ſemel fœminæ ejusque poſteris delato, redeat iterum ad agnatos. Quo rerum ſtatu dici poteſt vere: *quod maſculi agnati ſucceſſionem unice debeant filiarum ex feudo legitima.* Neque eſt, quod urgeat quis, nummos tamen, legitimæ ergo ſolutos etiam ſic profundi in rem *bonitatis* tantummodo dominii. Cum enim Luſatiæ feuda ſint *alienabilia*, omni tempore integrum eſt vaſallo, contrahendi de feudo, vendendi illud, oppignerandi, dandique in creditum ac ſolutum ſine ullo, qui alibi locorum requiritur, vel domini interceſſu vel agnatorum. Quod expoſuit *dn praſ. Luſat feud. differ 16. litt. t.* & in *different, 20. litt. r.* Videant igitur intelligantque maſculi ſucceſſores, quanta illis beneficia adferant filiarum ſororumque ex feudo legitimæ, ut adeo improbos & ingratos eſſe oporteat, qui hanc illis invident juraque hæc intuentur oculo mœrente alienis. Taceo, quod conjecturæ ſint, ex ſchedis Luſaticis *dn. praſ.* firmæ, quod olim etiam teſtamento diſponere licuerit de feudi ſucceſſione, quod ipſum etiam non alia cauſa ſublatum, quam legitimæ filiarum ex feudo indulgentia.

b) vaſalli.

DIFFERENTIA V.

Qui legitima debeatur ex Luſatiæ feudo filiæ dotatæ.

De jure dotis filiæ jam dotatæ.

Communi jure filia a patre *dotata* porro non habet, quod ex *feudo* repetat aut expectet (l): aliter in Luſatiæ feudis, ex quibus filiabus etiam *dotatis* & elocatis nova debetur *dos* inſtar *legitimæ* (m).

Qui dos ex feudo non detur filiæ dotatæ?

(l) Illud quidem certum eſt, jure communi *Longobardico* filiæ etiam inopi nihil ex feudo deberi, multo minus dotem. Ivit tamen in mores apud Germanos, ut filiæ ex feudo dotentur inopes. Quæ dubia ſint, ſi *filia* ſit *locuples*, ſed non paternis, verum *aliunde* quæſitis *bonis*, vel etiam, ſi ex *allodio patris* habeat, quantum ſuffi it ad dotem, illud quidem oſtendimus ſupra *differ. 2. litt c. d.* Non memini vero ullius, qui adfirmare auſus ſit, *filiam* a patre *dotatam* ex bonis propriis, porro etiam dotandam eſſe ex *feudo paterno*. Id enim adverſum eſſet rationibus non ſolum *feudalibus*, quæ dotem filiabus vel nunquam vel tum demum tribuunt, ſi bona patris propria, id eſt, *allodia deſint*: ſed etiam *civilibus*, duplicis dotis ac dotationis repetitæ prorſus ignaris, præſertim ſi, dotis loco, aliquid ab extraneo requiratur. *Trentler. conſ. 37. n. 48.*

Qui dos ex feudo requiratur a filia dotata?

(m) Accepi enim ita deciſum eſſe multoties: *quod pater etiam ex feudo Luſ. filiæ jam dotatæ atque elocatæ adſignare poſſit dotem vel eandem adaugere.* Sententia *anno 1684 die xxiii. Martii* concepta eſt verbis, quæ ſequuntur: daß Beklagter N. Lehnsfolger Klägerin (als leiblicher Tochter des verſtorbenen Vaſallen) die Ihr zukommende legitimam, das iſt den gantzen dritten Theil des Lehengutes N. oder deſſelben Werthes auszuantworten ſchuldig. Widrigen falls iſt Klägerin (ihres von ihrem Vater empfangenen dotis und genoſſener Ausſtattung ohngehindert) darein billig zu immittiren V. R. W. Et licet pars rea ab hac ſententia provocaverit, poſt tamen, rectiora cliens doctus, nuntium miſit provocationi. Neque præter rem cauſamque. Nam *primo* decretum clientelare in Luſatia in arbitratu ponit teſtatoris, utrum ex feudo filiabus *legitimam*, dotis loco, velit adſignare. Lex vero abſolute & univerſim ſcripta ad filias innuptas ac indotatas non poteſt reſtringi. *Deinde* legitima ex Luſatiæ feudis juris meretur favorem, ob cauſas in *differ. 4. litt. k.* laudatas, adeoque illius limites potius proferri debent, quam contrahi. *Tum* jure etiam civili fieri poteſt, ut pater dotem olim datam augeat porro reddatque numeris ampliorem Dd. ad *l. 29. §. 2. C. de donat. ante nupt.* atque *Nov. 97. c. 2.* *Tandem* quoque alias cauſas legitima habet ex allodio, alias iterum ex Luſatiæ feudo. Tantum igitur abeſt, unam alteram tollere: quo eſt certius, filiæ, *matris legitima* diviti, ideo non jura negari ad *legitimam* ac *dotem a patre* petendam & acceptandam. Id potius ſtatuunt docentque juteconſulti, diverſarum *cauſarum dotationes* invicem neque tolli neque impediri *Fachin. lib. 5. contr. 83 Brunnemann conſ. 5. n 95.* Sic filiam jure requirere a patre dotem: licet hanc ante acceperit a ſtupratore, volunt ſententiuntque *Berſatus l. 2. conſ. 215. n. 12. Cacheranus deciſ. 107.*

DIFFERENTIA VI.

Qui legitima ex pretio an feudi ipsius parte filiæ debeatur?

De legitima feudi partis aut pretii.

Communi jure, sive *dos* sit sive *legitima*, non fundi clientelaris *pars* debetur, sed *pretium* illius (n): aliter in Lusatiæ feudis, quorum pars aliquoties adsignata est filiabus loco dotis aut legitimæ (o).

Qui legitima non ex feudi substantia, sed pretio ejusdem debeatur?

(n) Non legi juris clientelaris consultum, qui velit, *legitimam filiabus ex ipsius feudi novi substantia deberi*. Contra id omnes docent, quod in numis, portione rite facta, tantum *solvi* illis debeat, quantum pater æris *impendit* in feudum, non quod *pretium* illud habeat, eodem demortuo. Ita patroni *legitima ex feudo novo* (exulis alias a jure communi) *Hartm. Pistoris part. 2. quæst. 38 n. 63. Carpzovius part. 3. const. 9. n. 89* Neque sentire aliter licet cum *domini* causa tum *vasalli* tum *filia* ipsiusmet. Interest enim *primi*, ne feudum deferatur fœminis; ne dividatur; ne dissipetur: *alterius*, ne, quod ipsi, patris investitura, tributum, a filiabus temere eripiatur illisque plus tribuatur juris in adrogatione feudi partis, quam ipsi conceditur vasallo: *ultima*, ne, exigendo partem feudi, dominum offendat fratremque, excidatque omni jure legitimæ reducaturque res ad rigorem & æquitatem Longobardici decreti. Quid enim si *frater solvere* recuset, dicendo se nolle suo ære *emere* feuda; *dominus* autem alienationi in extraneum nolit consentire? Nulla certe spes superesset filiæ, quam in annuis feudi reditibus: quos tamen ipse dominus liberare potest, si prohibuerit rescripto, deminui vasallo illos, ne eum oporteret vitam agere sordidam indignamque. Et quid si filius, a sorore in jus vocatus, feudum domino refutaret, posteaque dominus nova ipsum gratia eodem iterum donaret inauguraretque? His machinis opus non esse, si rationes, leges, decreta sequeremur juris communis ab *Heigio part. 1. quæst. 25. Schurffio cent. 1. cons. 24 n. 1. Beustio ad l. 31. ff. de jurejur. n. 874.* aliisque propugnati, quod etiam scripsimus superius. Quæ tamen omnia ex adverso se habent in juribus feudorum Lusatiæ.

Qui legitima filiabus debeatur ex ipsius feudi substantia aut parte?

(o) Principio hanc differentiam muniemus forensibus præjudiciis, ita quidem factis: *successorem feudalem obstringi ad tertiam feudi partem adsignandam filiabus aut sororibus neque liberari pretio ejus oblato.* Ita *Scabini Lipsienses mense majo anno 1692.* responderunt in causa C. H. V. S. auf R. a S. requisiti.

Responsa Scabinorum Lipsiensium anno 1692.

Hat einer von Adel in der Marggraffschafft Ober-Lausitz seinen letzten Willen auffgerichtet darinnen er seine Schwester zur Erbin aller seiner Verlassenschafft eingesetzet und ihr hierüber aus seinem Lehngut N. das dritte Theil zur Ausstattung vermachet. Daher ihr, ob die Schwester die tertiam von dem Lehngut selbst oder nur den Werth davon fodern möge, und was dißfalls Rechtens, zu wissen verlanget. Ob nun wohl vorgewendet werden mögte, daß der Lehngüter Zertheilung verbothen: Dieweil aber dennoch in der Ober-Lausn. Lehens-Ordn. daß der dritte Theil der Lehngüter denen Schwestern und Töchtern vermachet werden könne, deutlich versehen, welches von dem blossen Werth nicht verstanden werden kan, vielmehr daß der Landes-Fürst in die Theilung damit gewilliget, daraus zu schliessen: so ist die Schwester das dritte Theil von dem Lehengut selbst zu suchen befuget, und mag den Werth davon wider ihren Willen anzunehmen nicht gedrungen werden. V. R. W.

Francofurtensium an. 1681.

Neque aliter antea consulei *Francofurtenses*, requirente eos H C. v. W. Cujus responsi mense Jan. 1681. concepti summa est hæc: daß Cajus den dritten Theil des Lehengutes und nicht des Werthes von selbem H. C. v. W. einzuräumen und abzutreten schuldig.

Sententiæ curiales im Churfürstl. Ober-Amt anno 1684.

Etiam præterea sententias accepi supremæ curiæ electoralis in Lusatia: *quibus* tertia *feudi* pars *filiabus nominatim adsignata*. Idque factum est *mense Mart. die 23. anno 1684.* Neque præter rem causamque.

Rationes. Quod a) Lusatiæ olim feuda testabilia.

Principio enim illud semper est in oculis animisque habendum, quod olim vasalli de *universi feudi* successione *testari* potuerint per jura Lusatiæ & indulgentiam *Maximiliani II. die 9. m. Aug. anno 1576.* conceptam, *usu* probatam, quem docet *Brunnemannus cons. xxxix. n. 3. p. 308.* his quidem verbis: Ob wohl die constitutio Max. II. etwas zweiffelhafftig scheinen möchte: so ist doch dieselbe durch eine beharrliche observanez, auch auf die testamenta und andere mortis causa dispositiones declariret und unzehlige testamenta von Lehengütern in Ober-Lausitz, nach der Zeit des allergnädigsten privilegii gemachet und vor beständig gehalten worden. Ex quo testimonio clara quidem est interpretatio usualis. Est igitur *Johann. Georgii* electoris *Novella anno 1653.* concepta juris *derogatorii* dicandumque, quod, sublatis *testamentis* de *feudo universo*, indulgentia *tertia feudi partis* pro reliquiis habenda sit parvis ex magno naufragio.

b) hereditaria.

Quod ipsum etiam ulterius firmatur historia clientelari, quod feuda olim *Lusatia fuerint fæminea*: ut adeo, cum filiabus feudum universum quondam delatum, illis nunc *tertia* pars non debeat invideri.

c) Lege delata filiabus

Præsertim etiam, quod totum feudum ipsis quondam tribuerit *lex*; cum *tertia* nunc pars tantum a testatoris pendeat arbitratu. Unde regulæ *juris hermeneutica* volunt: ut, in ambiguo, interpretatio fiat, quo *minus* corrigatur *lex* vetustior; tollatur *ordinum* pro-

provincialium pristina *libertas*; jura deminuantur *fœminarum* olim in Lusatiæ feudis celebrata; ruantque Lusatiæ clientelæ in jura Longobardica peregrina, a quibus tantopere fuerunt aliena. *Deinde* sibi tribuit legislator, pristini juris corrector, quod non conceperit legem verbis clarioribus. Adeoque interpretatio etiam hic facienda adversus scribentem. *Praeterea* ne quidem hisce argutiis ea in re opus est; cum ipsa legis verba clara, certa, manifesta, simplicia absoluta. Neque enim dicitur: **Wenn der Lehens-Mann keine Männliche Leibes-Lehens-Erben verläſſet, wollen wir nachlaſſen, ſeine Tochter aus dem Lehen aus-ſteuern zulaſſen:** sed his verbis utitur legislator: **wollen wir ihme nachlaſſen von ſeinen Gütern zu Ausſtattung der Tochter biß auf die** legitimam per ultimam voluntatem **zu disponiren.** Quæ verba statuti cum absolute posita sint, **von ſeinen Gütern zu disponiren** illa etiam accipi debent absolute de ipso *feudo*, non **von dem Werth der Güter**, pretio ejus Dd. *ad l.25.69.pr.ff. de leg. 3. Harem. Pistoris part. 1.qu.31.n.5. Finckelthaus obs.18.n.11.* Tandem si verum est, statuti unam partem explicari debere per aliam Dd ad *l.5.C.de LL* atque *l.7.pr.ff.leg 1*, neque legum peregrinarum, quales hæ sunt & Longobardiæ, adhibendas rationes peregrinas *Mevius pr. ad jus Lubec. Finckelthaus observ. 18. n. 12.* dn *præs.* sigi latina in *Lusat. feudis diff. 3. lit. b.* omnia fere corruunt, quæ ab adversa parte urgeri solent, curandum esse, ut statuta exigantur ad Latinam assim & ne peregrina Romanorum & Longobardorum jura æmantur. Quoniam ultima juris axiomata illos tantum habent patronos, qui non expendunt, statuta Germaniæ juris peregrini receptione esse antiquiora neque ideo sublata aut arctioribus constricta limitibus, quod late consutavit *dn. præs. in juris Rom. & Germ. differentiis pr lit. b. p. 3.* Ad extremum in Lusatiæ feudis omnia desunt, quæ *legitima, parte feudi præstanda*, solent obesse in jure communi. Non enim habet, de quo hic conqueratur *dominus*, quem alias oportuerat in feudi successione admittere fœminas & testamentarios heredes; neque *vasallus*, quem alias filiæ & sorores poterant a successione feudi excludere, quique feudum ære suo acquirit *alienabile*: neque dubitare filia poterat de suo postulato, quoniam domini consensus in ejus præstanda legitima & ipse est legitimus. Ut adeo nihil porro obesse videatur, quo minus illud verum esse, dicamus; *ob legitimam filiabus & sororibus feudi ipsius partem aliquam deberi, nequaquam vero obligari illas ad accipiendum ejus pretium.*

d) interpretatio adversus scribentem.

e) nefas distingui, quæ dicta absolute,

f) statutum ex statuto explicandum.

g) nullius ita læditur interesse,

DIFFERENTIA VII.

Qui sororis etiam legitima ex Lusatiæ feudis triens?

Communi jure *sororis* legitimam mallem esse *quartam* (p): in Lusatiæ autem feudis *tertiam* esse, ipsa verba jubent legislatoris (q), filias sororesque uno eodemque habentis loco.

Sororis legitima num quarta aut tertia?

(p) Quamvis enim Justinianus in *Nov. 18.* adauxerit liberorum legitimam a *quadrante* ad *trientem*, aut, si quinque liberi ad *semissem*; tamen utrum idem ad legitimam fratrum sororumque trahendum, de illo quidem non Justinianus disposuit, sed requirere tamen hoc solent doctores forenses. *Negantium* certe castra sequimur. Idque propterea, quoniam *primo* liberorum legitima naturæ est, ad quam provocat novella, non fratrum, non sororum; *deinde* liberi cum acquirant patri, ideo hæc etiam causa exigit, ne paternæ hereditatis portio vel negetur illis vel justo parcius tribuatur, quod iterum dici nequit de fratre sororeque: *tum* obsequia, demissio, cultus, honor aliaque a liberis patri præstanda exigunt, ut legitima eundem liberaliorem habeat mensuram: *tandem* eo etiam pertinent alimentorum vincula, quibus, patri egestate presso liberi obstringuntur, a quo onere personæ aliæ immunes, ut tantum in legitima non mereri videantur favorem: *denique* fratris & sororis legitima non favoris est, sed odii adversus infamia notatos heredes, sed intendisse hoc odium *Novellam 18* quæso quis dixerit? *ad extremum*, si in causa forensi sententium numeri valent, etiam hos conduxere *Rittershusius p. 6. c. 5. n. 11. Stephani ad nov. 18. Natta cons. 478. Afflictus decis. 204.* aliique.

Qui sororis legitima sit quadrans hodieque?

(q) Conjecturæ, quibus utimur, ad probandum, *sororis etiam legitimam ex Lusatia feudo esse trientem*: hisce rationibus nituntur. *Primo* quoniam decretum clientelare Lusaticum 1653. conjungit cum *sororibus filias* uno eodemque loco, jure, contextu: *deinde* eo tempore, quo legislator scripsit, Saxonicæ curiæ opinionem contutæ sunt, etiam *sororum* legitimam adauxisse ad *trientem* usque *Novellam 18.* unde colligendus est animus legislatoris: *praeterea* sororis *legitima* non universim mentio fit, verum **nach Art und Weiſe der in denen gemeinen Sächſiſchen Rechten** observirten legitimæ, quæ est etiam *triens* intuitu sororis: *tum* habet quoque de *sororis triente* ex Lusatiæ feudis responsum singulare a *Francofurtensibus* conceptum mense *Jan.* an. 1681. *S. Strykius de succ. ab intest. dissert. 3. cap. 2. §. 18. p. 230.* *tandem* etiam in vicinia Lusatiæ, Silesia in mores ivit *triens*

Qui sororis etiam legitima triens?

in legitima sororis *Schickfusius de feud. Siles. cap. 7. §. 17.* ad *extremum* sententias taceo in Lusatiæ curiis de *sororum triente* conceptas & *Electorale* de sororum *triente* rescriptum die 3. Mart. (23. Febr.) an. 1682. authenticæ decisionis loco, promulgatum.

DIFFERENTIA VIII.

Num legitima ex feudo jura accipiat allodii?

De legitimæ indole feudali?

Communi jure *legitima* debet esse libera atque loco allodii (r): verum *Lusatici feudi* portio *legitima* permanet in *nexu clientelari* (s). Ut adeo filiabus consultum magis sit, malle *numos*, quam feudi ipsius *trientem*.

Qui legitima esse debeat libera?

(r) Ne scilicet, quod una manu datur nomine *legitimæ*, eripiatur iterum altera sub prætextu *gravaminis*, *oneris*, *nexus*, *clientela*. Claris verbis *l. 30. 32. 36 §. 1. C. de inoffic. testam. Molina lib. 2. de primog. c. 1. 13. Harpprechtus de duabus quartis tract. 2. c. 6. dn. præs. in legitima exule ex fideicommissis familia cap. 5. §. 3. litt. f.* Unde facile est ad intelligendum, neque ex feudo novo legitimam permanere in nexu clientelari, ut potius jura consequatur allodii.

Qui legitima in nexu maneat clientelari?

(s) Licet igitur *filia sororque* ex Lusatico feudo, legitimæ loco, accipiat *tertiam* partem: illa tamen in nexu permanet juris beneficiarii. Nam *primo* universim instituta clientelaria volunt, ut, si quis vasallus de feudi parte pro lubitu disponere sibi reservet, biß auf einen gewissen Lehen-stamm in dem Gut freye Hände zu haben, illa tamen ea propter non induit indolem allodii *Schrader de feud. part. 7. c. 2. n. 13. Carpzovius lib. 6. resp. 80. n. 9.* *Deinde* licet fœmina Lusatiæ feudum acquirere possit, ideo tamen nequit masculinum feudum vertere in hereditarium aut fœmineum, quod ostendit *dn. præs. in Lusat. jur. differ. 9. litt. c. p. 23. 24.* Præterea post duo ejusdem decreti singularia, scilicet 1) legitimæ ex feudo antiquo & 2) trientis feudi ipsius: tertium credi temere nequit, nempe 3) versio trientis feudalis in allodium, quod in alio casu arguit *Carpzovius part. 3. decis. 206. n. 13.* idem *lib. 2. Consist. tit. 6. def. 104. n. 11.* idemque *part. 2. decis. 29. n. 15. atque decis. 33. n. 9.*

DIFFERENTIA IX.

An legitimæ quantum explorari debeat sub hasta?

De indagatione quanti legitimæ.

Jure communi legitimæ *quantum* indagari & exquiri solet publica eaque voluntaria *subhastatione* (t): moribus Lusatiæ rectius fieri id solet boni viri judicio pretiique privata aut publica impositione (u).

Qui legitimæ quantum subba[illegible]one exquirendum?

(t) Licet enim *subhastatione* tantummodo in aliquibus rebus opus sit, scilicet *pupillorum*, *minorum*, *fisci*, *ecclesiæ*, *universitatum*, ne scilicet minori veneant pretio, quam habent: aliis autem æstimatio boni viri aut judicis sufficere satisque debeat esse, neque temere ad subhastationem deveniri. Quod si tamen *creditor* rem, judicio arbitrorum æstimatam, in solutum vel accipere recuset vel de justo majoris æstimarinne conqueratur: *subhastatione* omnino opus est, quæ tum creditori, cujuscunque is sit generis, nequit denegari *Philippi de subhast. cap. 3. sect. 12. n. 13. 14. Colerus in process. execut. part. 3. c. 9. n. 55.* Et vero *legitima* debetur instar *crediti* æris alieni. Ut adeo dubium non sit, *hasta* tum locum fore, si *actor legitimæ* causas habeat conquerendi de pretii justo vilioris impositione rerum hereditariarum, quarum computatione ante est opus, quam legitimæ quantum potest definiri.

Qui legitimæ exploratio fieri non debeat per hastam?

(u) Præeanr sua decisione *Scabini Lipsienses mense Octobr. an. 1675.* edita verbis, quæ sequuntur: und seyd ihr, de Lusatiæ feudo sermo fuerat, durch vereydete taxatores die von Eurem Vater hinterlassene Lehen-Güter, des dritten Pflicht-theils halben, in einen Landüblichen Anschlag bringen zu lassen, verbunden. *Principio* enim parcendum forte dignitati successoris: *deinde* cum integrum sit filiæ, pretii loco, feudi ipsius requirere trientem, quod ostendimus in *differ. VI. litt. o.* facilius lites æstimationis evitantur: *tum* in casu subhastationis voluntariæ majorem fidem meretur *taxa judicialis*, quam *hasta*, quoniam licitatores operas & impensas facere nolunt, cum videant, utrasque ludi remque eum habere exitum, ut vasallus tanti redimat *trientem*, quantum sibi pretium proposuit ultimus licitator e *sacco* quoque tempora esse posse, ubi res emtores habeat pretii justo nunc majoris iterumque minoris.

DIFFERENTIA. X.

Qui dos ex feudo solvenda filiæ in cœlibatu?

De jure cœlibis in petenda dote.

Communi jure *dos*, quantumvis promissa, non debetur ex feudo, nisi *post nuptias* (a), filiæ enim *cœlibi*, ejus loco, interea erogantur *alimenta*: contra ex Lusatiæ feudis, quod *dotis* loco est adsignatum, sine ullo discrimine etiam *innuptis & cœlibatui* devotis illico est numeranda, aut ob moram usuræ solvendæ a feudi successore (b). Quippe ejus generis *dos* imaginem habet *legitimæ* ejusque jurium: ut etiam a cœlibe, innupta, viduaque in quemvis alium possit transferri (c).

Nam

Qui dos, licet promiſſa, negetur innuptis?

(a) Nam *Romano* jure, quod etiam ſequimur in feudis, ſi *opes* deſint *allodii*, dos, etiam *promiſſa*, adnexam habet conditionem: *ſi matrimonium fuerit ſecutum*. Claris verbis *Ulpianus in l. 21. ff. de jure dot.* reſpondet: *ſtipulatio* dotis *habet in ſe* conditionem, *ſi nuptiæ fuerint ſequutæ, quamvis* non *ſit expreſſa*. Nuptiis *igitur* deficientibus *deficit obligatio*. Idem fere legitur in *l. 48. pr. ff. de jure dot.* Neque enim dos ſine nuptiis poteſt exiſtere: *ubicunque igitur matrimonii* nomen *non eſt, ibi nec* dos *eſt*, verba ſunt *l. 3. ff. de jure dot.* Adde *l. 24. C. de nupt.* atque *§. ſi quis I. de nupt.* etiam *l. 71. §. 3. ff. de condit. & demonſtr.* Baldus de *Bartholinis de privil. dot. c. 76. Menochius lib. 4. præſ. 146.* Ivit igitur in mores etiam feudales, ut *filia* pauperi dos tum demum ſolvatur, cum inierit matrimonium, interim eidem dentur alimenta neceſſariaque ad victum & cultum *Carpzovius part. 2. conſt. 46. def. 20.* atque *part. 2. decif. 72. n. 15. Hartm. Piſtoris part. 2. qu. 37.* Si ergo moreretur innupta, ejus generis dotem ad heredes nequit transmittere: ſed tum feudi ſucceſſor ab ejus præſtatione omnino liberatur *Rauchbar part. 1. qu. 38. n. 2. Petr. Heigius part. 1. qu. 31. n. 10.* Quoniam hoc caſu dos æſtimari ſolet virgula ac jure alimentorum *Gailius lib. 2. obſerv. 88. n. 13. Colerus de aliment. lib. 2. c. 12. n. 44.* Atque his juribus occupati *Lipſienſes Scabini* menſe *majo an. 1692.* pronuntiarunt: *quod ſoror ex Luſatia quoque feudis ſibi adſignatam dotem ante rogare & exigere nequeat, quam inierit matrimonium*, daß die Schweſter den ihr zur Ausſteuer vermachten dritten Theil aus dem Lehen-Gut eher nicht, als bis ſie ſich verehelīget zu ſuchen befugt. Quos altero menſe poſt an. 1692. ſequuti ſunt in eodem caſu *Wittenbergenſes*. Noſtro judicio utrique minus recte ob neglectas patrii juris a communi *differentias*. Qua de re jam nunc erit agendum.

Qui dos ex Luſatia feudis etiam debeatur filiæ cœlibi?

(b) Illud igitur probandum nunc eſt, *dotem ſive ſororibus ſive filiabus, ex Luſatia feudis adſignatam a teſtatore, deberi illico, innuptis, etiam devotis cœlibatui*. Neque hic ſine ratione manifeſta a ſententiis aliorum ſumus alieni. *Principio* enim illud verum eſt, dotem, *legitima* cauſa legatam adſignatamque ex jure quoque æſtimandam eſſe *legitimæ*, quæ neque gravamen patitur, neque conditionem neque moram *l. 30. 32. 36. §. 1. C. de inoff. teſtam. Mangilius de imputat. in legitimam quæſt. 17. S. Strykius de caut. teſtam. c. 17. §. 15.* Et *Bartholus ad l. qui negotiationem 58. §. pupillæ ff. de adminiſt. tut.* clare decidit: *quod ſi pater* dotem *abſolute legavit* ſtatim *debetur, ſi non eſt major Legitima. Petitur illa, non expectato tempore nubili.* Idem dicit *Baldus de Bartholinis de dotis privilegio LXXVI. p. 90. 91.* Tum enim *nuptiæ* non cauſa, ſed *modus*, qui legatum neque ſuſpendit neque extinguit: quamvis, *conditionis* loco, haberi queat in *contractu*. Imo in dote *abſolute* legata, ſi fingi non poteſt legitima, fingatur ſimplex donatio bonæ mentis ad pium uſum *Baldus ad l. generaliter 52. C. de epiſcop. & Cleric.* Supra autem diximus, quod legata ex feudis Luſatiæ ſint inſtar *legitimæ*, ſive *verba* attendas *legislatoris* nach Art und Weiſe in denen gemeinen Sächſiſchen Rechten obſervirten *legitimæ*, ſive *cauſam*, quoniam olim feuda Luſatiæ fuerant *hereditaria fœmineaque*, ut legata ejus generis pro reliquiis omnino habendæ naufragii in ſucceſſione, quod oſtendimus *in differ. 2. litt. e.* atque *litt. f.* *Præterea* ipſius *vocabuli* Ausſtattung ſeu legati ex feudo zu Ausſtattung ſeiner Töchter *ſignificatus* eſt *generalis*, ut non ſolum *dotem* ein Heyrath-Gut pro fine habeat; ſed etiam univerſim *ſtatum*, ut queat vivere filia cum dignitate & adparatu. Dicimus enim Germani Ausſtattung, etiam de filiorum *apanagio*, von dem gehalt eines Sohnes, de ſeparatione liberorum von der Abtheilung, Abfindung mit den Kindern; unde formula: ſeine Kinder haben alle ihre Ausſtattung, Abfindung; de liberorum emancipatione, wenn die Kinder auſſer der Väterlichen Gewalt geſetzet werden; de paterno auxilio impenſisque ad militiam in toga & ſago, er hat ſeinen Sohn wohl ausgeſtattet, mit aller Nothdurfft zu ſeiner Einrichtung verſehen. Ut adeo mallem, verbi Ausſtattung ſignificatum *generalem*, quam ſpecialem *dotis* aut *nuptiarum*. Quod ſi enim ultimum voluiſſet legislator, clarius dicere potuiſſet, zum Heyrath Gut ſeiner Tochter und Schweſter. Neque eſt, quod dicat pars adverſa: in *dubio* tamen liberandum eſſe feudi ſucceſſorem; id enim eſt, quod in hoc genere Luſatiæ feudorum negavimus: Opinati, potius favorem habendum legitimæ. *Porro* verbi Ausſtattung dotalem ſignificatum eſſe vulgarem. Id enim non ſolum negatur: ſed etiam generalis ſignificatus argumenta ſunt, cum nefas ſit, filiarum legitimæ addi, *ſi nupſerint*, conditionem. *Præterea* licet hæc lex communi juri ſit adverſa, ideo tamen neque *arctiores* limites meretur neque juris *odium*. Non illud, quoniam hæc regula juris in Germaniæ foris eſt inconcinna, quod dictum in *differentia 2. litt. f.* neque *alterum*, quoniam priſtina feudorum Luſatiæ indoles potius ſvadet favorem, ut oſtenſum *in different. 2. litt. f.* Ceterum non extra oleas hic eſſe videtur reſponſum juris, a patrono nobis communicatum, verbatim in hoc argumento addere. Eſt autem hoc: Ob dergleichen *Legitima* und Vermächtniß aus

Ausſtattung verbi ſignificatum.

Adpendix reſponſi num dos debea-

ſi.

tur innuptæ ex feudis Lusatiæ?

einem **Laußnizischen Lehen-Gut** einer noch **unverheyrathetrn Tochter** oder **Schwester** ehender als biß sie sich **verheyrathet, abgestattet werden dürffe?** *Negative* responderunt Scabini *Lipsienses* ad interrogationem Sempronii zu Budißin in

1) Lipsiensium anno 1692.

causa C. H. von S. zu Ramenau hinterlassenen **Testaments**, und seiner überlebenden unverheyratheten **Schwester** zu ihrer Ausstattung, titulo institutionis hinterlassenen und ausgesetzten **dritten Theils** vom Lehn-Gute Ramenau M. Maj. anno 1692. Zum andern, und auf die andere Frage sprechen wir: Obwohl das *Benefic. L. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.* auch in testamentis judicialibus, wie von denen insinuationen gnugsame Nachricht vorhanden, statt hat, und solches hier zu finden, diesemnach, daß auch der Schwester sich dessen zugebrauchen, unbenommen, davor gehalten werden möchte: Dieweil aber dennoch Testator seiner Schwester das **dritte Theil** des Gutes nicht ohne Unterschied, sondern zur **Ausstattung** vermacht, solches aber pro institutione pura nicht zu achten, sondern die Bedingung, wenn sie zur **Heyrath** schreitet, in sich hält, demnach bevor sie **erfüllet**, das benef. d l. ult. nicht statt, noch sie sich einiges Rechtes an dem feudo anzumaßen hat, nach mehrern Jnhalt der Beylage und eurer Frage; So ist die Schwester zwar das dritte Theil von dem pretio selbst, **iedoch nicht eher, als wenn sie sich verehliget, zu suchen befugt, des** *L. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.* **hat sie sich mit Bestande nicht zu gebrauchen.** Similiter etiam resp. ICti Wittebergenses ad ejusd. Sempronii in-

2) Wittebergensium an. 1692.

terr. M. Aug 1692. Quanquam pro *negativa* facere videatur, quod dos promissa semper *conditionem* habet annexam, *si matrimonium fuerit* secutum, per *l. plerumque 10. §. si ante 4. l. 21. & 48. ff. de jur. dot.* & dos sine matrimonio nequeat existere, *§. si quis adversus I. de nupt. l. 3. de jur. dot l. sancimus. 24. C. d. nupt.* proindeque dotis debitum, conditione nuptiarum deficiente, plane fiat irritum. *l. Titio 71. §. 3. ff. de condit. & demonstr. Carpz. P. 2. C. 46. d. 20.* ubi dicit, quod hac conditione nondum existente filiæ in dote constituta nec interesse, nec aliud quicquam juris sibi queant arrogare, *& P. 2. Dec. 72 n. 15.* ubi porro dicit, quod hoc casu, loco usurarum, certa filiabus adsignetur pecunia ex feudo solvenda, unde, priusquam nupserint, sustentare se queant. *Affirmativa* tamen verior esse videtur, per trad. *Carpzov d. P. 2. C. 45. D. 22. n 1.* ubi dicit, quando patet dotem in vicem legitimæ per testamentum filiæ relinquit, tum conditionem, si nupserit, exspirare, & velut purum ac sine dilatione debitum censeri per *l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff. testam.* ubi *n. seq. 2. & 3.* in terminis dicit, quia legitima ex feudis novis & emtitiis hodie in ditionibus electoratus Sax. filiabus debetur, si nimirum pretium eorum allodium patris absumserit, vel majorem ejusdem partem æquaverit, prout sancitum in *Const. Elect. publice non edita*; **Ob Töchter aus unverkaufftem Lehn-Gütern** *legitimam* **zu fordern haben?** Hinc dotis istius, velut legitimæ vicem sustinentis & pure debitæ, emolumentum ad heredes, quos filia instituit, vel ab intestato reliquit, non immerito pertinebit, etiamsi mors matrimonium filiæ prævenerit, scc. *Andr Rauchbar. P. 2. qu. 38. n. 43.* Welches denn dißfals vors andere um so viel mehr statt finden wird, weil nicht allein die Ober-L. Lehens-Ordn. de an. 1653. §. wir wollen &c. so wohl einem Bruder als einem Vater ausdrücklich nachlässet, wenn er keine Männliche Leibes-Erben verläst, zu Ausstattung der Töchter und Schwestern, von seinen Lehen-Gütern nach Art und Weise, der in gemeinen Sächsischen Rechten observirten legitimæ per ultimam voluntatem zu disponiren. Welche Art und Weise der in gemeinen Sächsischen Rechten observirten legitimæ darinnen bestehet, daß das quantum legitimæ, wann der Kinder nicht über 4. sind, gleich wie de jure civ. den dritten Theil des hinterlassenen Vermögens ersteiget, und daß diese legitima per testamentum relicta, denen Töchtern nicht sub conditione, si nupserint, sondern tanquam pure relicta abgefunden werden müste, und so gar ad heredes filiæ allodiales etiam ab intestato transeat, sondern auch vors dritte der seel. Bruder, Hr. Christian Heinrich von Seidewitz auf Rammenau, in seinem testamento den dritten Theil seines hinterlassenen Lehen-Gutes Rammenau seiner Fräulein Schwester zu ihrer Ausstattung, vermöge hiesigen Lande eingeführter Lehens-Ordnung, titulo institutionis, und zwar mit nachfolgenden Worten, daß sie solches ohne männigl. Eintrag, Zu- und Ansprüche vor sich behalten, und damit, als mit ihrem Eigenthum schalten und gebahren solle, zugeeignet hat. Welchemnach auf die angeführte rationes dubitandi leicht geantwortet werden kan. Illam sic tum demum procedere, nisi aliæ circumstantiæ arguant, dotis legatum esse purum, per tradita *Cravetta Cons 107. n. 2. Menoch. Cons. 251. n. 31.* quos refert & sequitur *Brunnem. ad. L. dotis 31. 4. ff. de jur. dot.* quemadmodum etiam jus illud regulare in terminis limitat *Carpzovius d. P. 2 C. 46. D. 22. n. 1.* quando sc. pater filiæ in testamento reliquit dotem in vicem legitimæ *& in Tr. de Oner. Vas. fend. dec. 3. pos. 5. n. 28.* ubi dicit, legitimam non admittere conditionem, si nupserit, per *Nov. 115. c. 3.* ac proinde fieri non posse, ut tale legatum non sit purum & ad heredes transitorium, per

l. quo-

Rationes dubitandi.

Rationes decidendi.

Dissolutio adversæ partis argumentorum.

l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff. testam. Manticam de conject. ult. vol. l. 4. t. 3. n. 25. Rauchbarum d. qu. 38. n. 35. non obstante, daß Carpzovius und die von ihm allegirten doctores nebst *Menochio d. consil. 251. n. 32.* allein de dote per testamentum a patre relicta filiæ diese præsumtion, quod pure relicta censeatur, stabiliren. Denn weil die Ober-Lausn. Lehens-Ordn. in hoc casu einem Sohne, so keine Männliche Leibes-Erben hat, eben diejenige Macht von seinen feudis paternis pro elocatione filiæ, secundum naturam & formam legitimæ de jure comm. Sax. observatæ zu testiren, conferiret, welche einem dergestalt ohne männliche Descendenten sterbenden Vater mitgetheilet wird, so ist auch von des Sohnes Testamento de elocatione sororis disponente, eben diejenige præsumtio elocationi pure sorori relicta zu concipiren, welche die Dd. de ejusmodi dispositione patris concipiret haben. Und dieses hat in gegenwärtigem Fall um so viel weniger Zweifel, weil unser Testator ausdrücklich verordnet hat, daß seine überlebende Frl. Schwester, diesen ihr pro elocatione, titulo institutionis assignirten dritten Theil ohne männigl. Eintrag, Zu- und Anspruch vor sich behalten, und damit als mit ihrem Eigenthum schalten und gebahren solle. Inmassen denn niemand zweiffeln wird, quod elocatio tam per filium sorori, quam per patrem filiæ de feudo jure constitui possit. Dat. den 12. Jul. anno

Wittebergensium. 1692. Es haben zwar die Herren JCti Wittebergenses, als sie super præcedente quæstione *ex facto emergente*, gefraget worden, pro *negativa* respondiret, wie zu sehen, aus

Rationes dubitandi, dem folgenden Responso: Hat ein unverehlichter junger von Adel Seidewitz von Rammenau, von 17. Jahren in der Ober-Lausitz seine Schwester zur Erbin seiner gantzen Verlassenschafft in Dreßden, ingleichen des dritten Theils an dem nachgelassenen Lehngute zu ihrer Ausstattung, vermöge selbiger Lande eingeführten Lehens-Ordn. vor denen Gerichten zu Camentz eingesetzet. Als nun der Testirer Todes verfahren, will hierüber, ob angeregter dritter Theil, gedochten Testirers Schwester vor getroffener Heyrath auszuantworten, Zweiffel entstehen, nach mehreren ꝛc. Wann nun gleich an seiten der überlebenden Schwester vorge-

(1.) wendet werden möchte, 1) daß der Testirer in dem aufgerichteten Testamente, so viel den gedachter seiner Schwester an dem Lehn-Gute nachgelassenen dritten Theil betrifft, sich auf selbiger Lande eingeführte Lehns-Ordn. ausdrücklich beziehe, darinn aber, daß einem Bruder nicht weniger als einem Vater, wenn er keine Männliche Leibes Lehens-Erben verlässet, von seinen Gütern zu Ausstattung seiner Schwester nach Art und Weise der in denen gemeinen Sächsischen Rechten observirten legitimæ per ultimam voluntatem zu disponiren nachgelassen seyn solle, mit deutlichen Worten geordnet, gestalt denn derer Brüder legitima an einem Theil bewährter Rechtslehrer Meinung nach, an und vor sich selbst mit einem onere füglich nicht beleget werden möchte *Vasqu. de success. tit. de testat. potent. l. 1. §. 10. n. 266. 268. Francisc. de Barry de success. lib.*

16. tit. 10. n. 2 andern Theils derer Kinder (2.)
Pflicht-Theil dißfalls gleich geachtet, insonderheit wenn an statt desselben ein Vater im Testament der Tochter die Mitgifft geordnet, selbige disposition pro pura gehalten werde, worzu komme, daß gemeldter Testirer angezo-

genes dritte Theil gedachter seiner Schwester (3.)
titulo institutionis honorabili, auch dergestalt, daß sie solches ohne männigliches Eintrag, Zu- und Ansprüche, vor sich behalten, und damit, als ihrem Eigenthum schalten und gebahren solle, bescheiden, bey welcher Bewandtniß um so viel destomehr es das Ansehen gewinnen wolte, daß mehrberührter Testirer keines weges obige Verordnung eine gewisse Bedingung anzuhencken, und dadurch selbige zu differiren, sondern allein den in obangeführter Lehens-Ordnung enthaltenen

Zweck anzuzeigen gemeinet gewesen: Dennoch Rationes decidendi.
aber und dieweil vermöge gemeiner Kayserl.

Rechte die Mitgifft mit der Ehe dergestalt ver- (1.)
knüpffet, daß bey Versprechung angeregter Mitgifft jederzeit diese Bedingung, wenn die Ehe erfolgen wird, mit zu verstehen, also das Ehe-Geld immittelst füglich nicht gefordert werden mag, sowohl, wofern angezogene Be-

dingung hinweg fället, gäntzlich verleschet, ge- (2.)
stalt denn in gegenwärtigem Fall des Testirers Meinung mit ausgedruckten Worten dahin gehet, daß der dritte Theil an dem nachgelassenen

Lehen-Gute seiner Schwester zur Ausstat- (3)
tung geordnet seyn sollen ingleichem die Lehens-

Ordnung selbiger Lande dahin deutlich gerich- (4.)
tet, hierüber, was darinnen dißfalls von der legitima enthalten, allein von dem dritten Theil zu verstehen, keinesweges aber auf die übrigen

sonst selbiger legitimæ anhängigen Eigen- (5.)
schafften, zu erstrecken, da besonders vor angezogene Lehens-Ordnung in diesem Stücke denen gemeinen Lehen-Rechten zuwiderlauffet,

auch denen Lehens-Folgern zu Nachtheil gerei- (6.)
chet, und also um so viel mehr einzuschrencken, so erscheinet dannenhero so viel, daß die Lehens-Folgere des Testirers überlebenden Schwester den derselben in dem aufgerichten Testament geordneten dritten Theil des Lehen-Gutes vor ihrer Ausstattung abzutreten, oder den Werth desselben zu erstatten, nicht schuldig. V.R.W. M. Aug. anno 1692. Ich kan aber die von denen ICtis Witteb. vor ihre opinionen angeführten rationes decidendi von solcher Erhebligkeit nicht befinden, daß ich denselben beyzupflichten mich bewegen las-

sen solte. Denn ad 1.) ist die Antwort in mei- Repositio ad rationes adversæ partis.
ner 1. ratione decidendi allbereit zu finden, daß

daß nemlich die Nothwendigkeit der Verheyrathung ad hoc ut dos promissa peti possit & solvi debeat, alsdenn ihren Abfall leyde, quando filiæ dos relinquitur in vicem legitimæ. Ad 2.) wird geantwortet, es sey vielmehr vermuthlich, daß Testator der Schwester, die er sehr geliebet, die præstation solches Vermächtnisses biß zu ihrer Verheyrathung nicht habe suspendiren, sondern alsbald nach seinem ableben gereichet wissen wollen, indem er seine Schwester, Jfr. Johannen Veronicen von Seidewitz zu einer universal Erbin seiner gantzen Verlassenschafft und überbleibenden Vermögens in Leipzig, ingleichen auch zum dritten Theil des Lehn-Gutes Rammenau zu ihrer Ausstattung, vermöge hiesigen Landes Lehns-Ordnung aufs kräfftigste instituiret und eingesetzet, dergestalt und also, daß sie solches ohn männigliches Eintrag, Zu- und Ansprüche vor sich behalten, und damit als mit ihren Eigenthum schalten und gebahren solle, und also hieraus unschwer abzunehmen, daß der Testator sich der exception ad jus regulare habe conformiren wollen. Ad 3.) obgleich die Lehens-Ordnung von der Ausstattung redet, so disponiret sie doch, daß das Vermächtniß zur Ausstattung nach Art und Weise der Sächs. legitimen eingerichtet werden möge. Ad 4.) die Lehens-Ordnung redet nicht restrictive, allein von dem dritten Theil, so der Tochter oder Schwester zu ihrer Ausstattung vermachet werden sollen, sondern sie tribuiret absolutam facultatem, nach Art und Weise, h. e. secundum naturam, qualitatem & quantitatem legitimæ in foro communi Sax. observatæ zu disponiren. Welche qualitas darinn bestehet, wenn die dotatio oder elocatio in vicem legitimæ per testamentum hinterlassen wird, daß dieselbe quoad proprietatem der filiæ vel sorori absque restrictione ad tempus nuptiarum, gebühre. Ad 5.) und obgleich die Lehns Ordnung hoc in puncto denen gemeinen Lehens-Rechten zuwider laufft, so ist doch dieser Punct von dem Landes-Fürsten per preces durch die Herren Land-Stände erbeten, und denen Hrn. Land-Ständen als ein beneficium ertheilet worden, und muß derowegen liberaliter interpretiret werden. Ad 6.) die Herren Lehns-folger haben diese Freyheit, als eines communis beneficii ad preces suas a principe impetrati für ihre Kinder gleichfals zu geniessen, und derowegen kan es nicht, als etwas nachtheiliges angezogen werden, quando enim ex eventu dependet damnumve an lucrum res paritura sit, damnum attendimus *Hartm. Pistoris lib. 1. qu. 4. n. 25. Coler decis. 57. n. 72.* adeo ut quando aliquid favore quorundam & aliorum odio statutum est, illa dispositio non odiosa, sed favorabilis dicatur, sec. *Decium in l. Venia 2. C. de in jus voc. Cravettam cons. 118. n. 10. vol. 1.* & quod statutum, ad juris communis correctionem directo tendens, secundum jus commune interpretandum non sit, tradit *Cephalus Cons. 137. n. 27. Hartm. Pistor. T. 1. qu. 31. n. 30.*

(c) Utriusque momenta pendent ex decisione superiori. Si enim *dos* adsignata, loco *legitima*, statim illa debetur, quod adfirmavimus *notula* præcedente *litt. b.* Tum certe debitor dotis constituetur in *mora* moræque sequela *usuris* exsolvendis, sique decesserit filia, dos non feudi successoris erit, verum ad filiæ transmittetur heredes *l. fundum per §. 1. ff. de leg. 1.* atque *l. si quis Titio ff. de leg. 2. Baldus de Bartholinis dotis privil. LXXVI. p. 90.* Quapropter hic locum non habet, quod dicitur alias, matrimonio nondum existente legatæ dotis loco a feudi successore præstari alimenta *Carpzovius part. 1. decis 72. n. 15.* atque *part. 2. C. 46. def. 20. 22.* Unde etiam frustra est cautela, quam suggerit Lusatiæ vasallis *Muhlpfort in jur. feud. caut. 18.* ut scilicet in dote filiabus & sororibus legata verba addant, *loco legitimæ.* Ubi enim leges nobis prospiciunt, ibi opus non est formulis & pactis.

Num ob debitam innuptæ dotem usuræ præstandæ?

DIFFERENTIA XI.

Quod legitimæ genus ex feudo sorori?

Jure communi nulla ex *feudo* legitima *sorori* (d): *Lusatia* autem feuda id habent singulare, quod *vasallus* etiam *sorori legitimam* ex feudo queat ultima voluntate deferre (e), invito, dolente ac recusante licet feudi successore eoque sive agnato sive extraneo sive domino ipsomet.

De legitima sororis ex feudo fraterno.

(d) Nisi quidem *turpis* ei anteferatur in hereditate persona *l. 27. C. de inoffic. testam.* Ubi verba parum habent dubitationis: *Fratres vel sorores contra testamentum fratris sui vel sororis de inofficioso* (ob legitimæ neglectum) *quæstionem movere possunt, si scripti heredes 1) infamia 2) turpitudinis 3) levis notæ macula adspergantur.* Extra hos casus *inanibus sumtibus* se *vexant*, si fratres aut sorores sibi adrogare volunt bonorum fratris *legitimam*, loquimur cum *Ulpiano l. 1 ff. de inoff. test.* Fratres tamen ὁμοπατρίους intelligi, necquicquam ὁμομητρίους, inculcat *Franc. Broeus ad pr. inst. de inoff. test.* Ceterum ex *feudo* sororis *legitima* exulat prorsus. Neque enim solum leges nullæ obstringunt vel *fratrem*; ut *sororem* in feudo instituat heredem, vel agnatum aliumque *successorem*, ut aliquam *fraterni feudi* portionem reddat *sorori*: sed etiam vix casus potest dari fingique, ut, dignus *feudi* successione & *honore* clientelari, hereditate *allodii* sit *indignus.* Quamvis enim turpitudinis & levis notæ maculam aliquis facile incurrat, facto & hominum malevola aut stulta opinione, quarum personarum clas-

Qui legitima negetur sorori 1) comparate.

b) prorsus & absolute in feudis.

ses

ses magno numero recensent *Merlinus de legitima lib. 1. tit. 2. qu. 13. Mangilius de imput. legitima qu. 112. Barbosa ad l. 27. C. de inoff. test.* illa tamen absterguntur muneris sive civilis sive militaris honore, in quo versantur omnino vasalli. Ut adeo illi, qui ad feudi successionem admittuntur a principe, frustra, legitimæ causa, a sororibus aut fratribus defuncti aliquid ideo possit objici aut obmoveri. Quo vinculo consecutionis usus est ordo *JCtor. Halens.* mense *majo an. 1713.* concepta sententia pro herede vasallo maculæ incusato a fratre testatoris. Convenit lajudicio *Marq. Freberi lib. 3. de infam n. 14.* dum inquit: *Si princeps aliquem* (macula notatum. *ad officia ponit aut in illo relinquit, qua integro homine digna; tum objici ei nequit infamia. Quia princeps tum videtur de illa dispensasse revoque maculam abstersisse.*

Num vasallo obiici possit nota maculæ aut infamiæ?

Qui legitima invito agnato, deferri queat ex feudo sorori?

(e) Adeo, ut sequi opporteat feudi successorem agnatum aut alium ea, quæ testator sorori, *legitima* verbo, ex feudis ul tima voluntate adsignavit. Verba decreti recitavimus *differ. 1. litt. b.* Ratio

a) antiquo. est hæc: *quoniam olim Lusatia feuda cum hereditaria fuerunt, tum testabilia*; igitur, hac indole sublata ac versa in statum duriorem, æquum videbatur legislatori hac indulgentia mactare Lusatiæ *vasallos* & eorundem *sorores*. *Illos* quidem, ut, cum olim testari libere possent, nunc testamento consulerent tantummodo in adsignanda *legitima*: *his* autem, quoniam Lusatiæ quondam feuda promiscuæ fuerunt successionis, cujus loco habere nunc possent *legitimam*. Atque hæc causa, quapropter facultas testandi de feudo restricta fuerit cum ad *legitimam*, tum ad *filias* solas *sororesque*.

b) novo. Quo rerum statu dubitare non possum, *quin fratri etiam in feudo novo liceat eandem sorori legitimam deferri testamento.*

DIFFERENTIA XII.

Qui legitima non tam legis, quam facti?

De legitima testamentaria.

Communi jure *legitima* ipsa *lege* est salva habetque inde *nomen* (f): in Lusatiæ autem feudis *legitima* jura ab *ultima* demum voluntate patris fratrisque dependent, extra quam omnino *exulant* nesciunturque (g). Quod *durum* certe, si *indolem* animo revoces feudorum Lusatiæ *fæmineam* atque *hereditariam* (h).

Legitimæ origo qui ex lege?

(f) Notum est, quod olim liberi parentes arguerint *furoris* aut *dementia*: siquidem non fuerunt heredes ex asse. Imperator itaque & honori parentum consulturus & liberorum spei, *quartam* liberis adsignavit *partem*, qua si honorati essent, non p. f sent mala verba effundere adversus parentes, quam juris historiam enarravit *Cujacius lib. 14. observ. c. 14.* & in *lib. 3. c. 8.* Atque hac *lege* statuta liberis *portio* exinde audiit *legitima* vel simpliciter, vel, substantivo addito, *portio* vel *pars l. 8. §. quoniam ff. de inoff. testam.* Est igitur *legitima* ejus generis portio, quæ *lege* obvenit liberis non *facto*. Instar *tutela*, quam lex pariter defert, legitimæ.

Legitima qui pendeat a voluntate solius testatoris?

(g) Non enim *lege* cogitur vasallus *testator* ad reliquendum *filiabus* aut *sororibus legitimam*. Verum id ei datur tantummodo, ut feudi successorem ad eam ex feudo solvendam testamento, si velit, possit obligare. Unde verba decreti *differ. 1. lit. b.* exscripti: Wie einem Vater oder Bruder nachlassen zu Ausstattung der Töchter und Schwestern / nach Art der legitimæ zu disponiren. Imo hæc testandi libertas neque semper datur vasallo; sed tum demum, si mascula careat prole.

Quid hic duprobatum... (h) Quod supra est dictum aliquoties probatumque testimonio *Brunnemanni* furitatis in Lusatia? perius *different. VI. litt. o.* Licet neque alia desint plura argumenta cum ex moribus Lusatiæ pristinis, tum ex illius viciniæ desumtis consuetudinibus. Est igitur in deteriorem statum versa conditio *fæminarum* in Lusatiæ feudis hac quidem legislatoris indulgentia. Scilicet cum olim succederent in *feudis* ab intestato; nunc demum successio pendere debet a defuncti arbitrio, voluntate ac *testamento*. Deinde cum olim in *universo* succederent: nunc inhabiles sunt in succedendo nisi in *solo ertense*. Sed ut omnia fere genera feudorum in Germaniæ provinciis ruere oportuit subinde in deterius, idque vel stupore clientum provincialium, vel juris peregrini glaucomate, vel principum cupidine habendi: ita socios habuisse sat est, si desit solatium aliunde.

DIFFERENTIA XIII.

Num legitima possit augeri?

De augmento legitimæ ex feudo.

Communi jure verum est, patrem *filios* onerare non posse, ut *filiabus legitimam* solvant ex *feudo* justo *majorem* (i): verum *Lusatia* instituta *patri* liberiores indulgent manus *dantque* ejus arbitratui, ut *filiarum legitimam* ex feudo etiam adaugere queat *ultra trientem*, eo quidem usque, dum salva sit nihilominus legitima filiorum (k).

Qui legitima ex feudo queat adaugeri?

(i) Principio enim feuda ordinarie fiunt ex *pacto* & *providentia* majorum. quibus fieret injuria, si facto possessoris successor in

feudo justo gravius oneraretur. Qua causa verum est, posse *filios* patrem necquicquam cogere, ut *filiabus* inde præstent *legitimam*: tantum abest, ut filii onerari queant portione, *legitima* majori adsignata filiabus. *Deinde* interest etiam domini, ne vasallum feudumque habeat obæratum. *Taceo* ipsi vasallo grave esse, allodium profundere in gratiam filiorum remque ita acquirere, quæ est in nexu clientelari. *Ad extremum* in dote & legitima filiarum per veteris Germaniæ instituta ipsorum filiorum requisitum esse a patre consensum ostendimus alibi. Ut clarum fit, Longobardica decreta *2. F. 45.* atque *2. F. 51. §. 4.* in Germaniæ feudis locum nullo tempore habuisse. Id quod plene ingentique Germaniæ jurium adparatu, isque primus, ostendit Dn. *Præs.* in libro *de obligatione successoris in clientelas cap. 5. 6.* cui omnino subscribimus in hoc argumento. Quantopere etiam ipsi Saxones mores ac jura mutaverint pristina obligando filium feudi successorem ex facto voluntateque patris, dictum est. *cap. 6. §. 2. p. 84. 85. 86.* ibidem.

Qui legitima ex Lus. feudis queat adaugeri ultra trientem?

)k) Quod contra statuam: *ex Lusatiæ feudis legitimam filiarum a patre adaugeri posse ultra trientem, si quidem feudi successores filii sint*, plura sunt quæ me cogunt ita sentire. *Principio* enim feuda quondam Lusatiæ hereditaria fuerunt, ergo onerare illa potuit pro arbitratu pater successor, *agnatorum* intuitu, multo magis intuitu *filiorum*. Ut adeo haud dubie in feudis Lusatiæ regnaverint decreta Longobardica *2. F. 45.* atque *2. F. 51. §. 4.* *Deinde*, licet indoles Lusatiæ feudorum aliquantum postea sit immutata *constitutione anno 1653.* illa tamen nihil habet de obligationis filiorum everticulo. *Porro* illo tempore potius opinio regnavit in Saxonia, quod *filius*, feudi paterni successor, patris voluntate omnino teneatur. Uti habet *constit. elect. part. 2. const. 47.* Quorsum legi potest *Berlichius part. 2. concl. 57.* atque *Carpz. part. 2. c. 47. d. 4.* *Demum*, si etiam in feudo *agnati* ad *trientem* tenentur filiabus ex patris testamento, nihil duritatis habet, quod filii teneantur ulterius. *Imo* si hoc in Saxoniæ feudis est verum: multo magis illud æquum & justum erit in Lusatiæ feudis nexus quippe longe liberioris. *Neq;* etiam fiet tum injuria filiis: quoniam Lusatiæ feuda sunt *alienabilia*, ut adeo manus vasalli ligatæ non sint instar juris feudorum communis. *Ad extremum* nostram sententiam quoque firmare licet responso *ICtor. Wittebergens.* qui de re consulti, eam mense *Augusto anno 1672.* ita deciderunt:

Responsum Wittebergensium an. 1672. conceptum.

Obwohl ein Lehen-Mann seinen mitbelehnten zum Nachtheil das Lehen-Gut mit dergleichen Beschwerung durch ein Testament oder sonst nicht belegen kan, auch nach der Ober-Lausn. neuen Lehns-Ordn. ein Vater nur auf solchen Falle: wenn er keine männliche Leibes-Erben, welches sich aber in gegenwärtigem Falle anders befindet, verlässet, die Töchter nach art und weise der in denen gemeinen Sächsischen Rechten observirten legitimæ, per ultimam voluntatem zu disponiren Macht haben solle: Dennoch aber und dieweil solches bey den Söhnen, wann hierinnen der Vater anders in seinem letzten Willen verordnet, billich seinen Abfall hat, und dergestalt dieselbe, der Eltern Verordnung, wafern Sie, sc. die Söhne, an der legitima nicht verkürtzt, zu halten, und solchen gebührend nachzuleben verbunden, die angezogene Lehens-Ordn. auch von diesem Falle redet: daß ein Vater, wenn kein männlicher Leibes-Erbe verhanden, auch denen Mitbelehnten zum Nachtheil, seinen Töchtern durch einen letzten Willen icht was zur Ausstattung auf gewisse Maasse vermachen könne, welches sich auf die männliche Leibes-Lehns Erben nicht ziehen lässet, sondern es vielmehr derer wegen bey der gemeinen Verordnung im Marggr. Ober-Lausitz, Krafft deren ein Vater von Lehen-Gütern unter Kindern, wenn er nur denen Töchtern den Eigenthum davon nicht gar vermacht, frey zu disponiren befugt, verbleibet. So ist aus oberührter von euch angeführter Ursachen willen, euers Vaters letzter Wille vor unbeständig nicht zu halten, sondern ihr seyd denjenigen, was er darinnen verordnet, nachzuleben, und also eure Schwestern nach dessen Innhalt aus denen Lehn-Gütern gleichergestalt auszustatten schuldig V. R. W. Similiter resp. fuper simili casu testamenti paterni interrogati a W. C. von N. auf S. Scabini Lipsienses Mens. Octobr. anno 1675. Lipsiensium an. 1675. Ob nun wohl euer Vater am Ende solcher seiner disposition euch Kindern damit allerdings zu frieden zu seyn befohlen, ihr auch, nachdem ihr demselben, beydes in Lehen und Erbe, allein dergestalt succediret, daß ihr euren Schwestern ein gewisses heraus zu geben schuldig, die Begräbniß-Kosten und hinterlassene Schulden allein zu tragen, und wenn das allodium nicht zulänglich, in subsidium ex feudo zu erstatten, euch nicht entbrechen, noch damit daß die Mitgifft oder Ausstattung der Töchter also zu moderiren, damit die Lehn-Güter nicht allzusehr beschweret werden, behelffen könnet. Dieweil aber dennoch es das Ansehen gewinnen will, daß ihr in euers Vaters letzten Willen an eurer legitima benachtheiliget, indem nach Abzug der Begräbniß-Kosten und Schulden nicht so viel bleibet, daß, wenn ihr euern Schwestern alle dasjenige, so ihnen der Vater beschieden, heraus geben oder zurück lassen sollet, auch der dritte Theil dessen, so euch sonsten ab intestato zukäme, werden könne, nach mehrern Inhalt der Beylagen und eurer Frage: So seyd ihr auch euern Schwestern ein mehrers, als un-

unbeschadet eurer *legitima* geschehen kan, zu *præstiren* nicht verbunden.

DIFFERENTIA XIV.

Qui legitima relinqui possit ex certo eventu?

De legitima eventuali.

Communi jure *legitima* debetur *pure*, *absolute*, remotis conditionibus generis cujuscunque (l): per Lusatiæ autem instituta fieri potest, ut *legitima* relinquatur sub formula alicujus *eventus*; *si mortuus fuero ἄπαις* (m), *si pater*, *si frater ita præmortui* (n), cujus generis testamenta omnino habere debent auctoritatem.

Qui legitima debeatur pure?

(l) Quod aliquoties jam est dictum repetitumque ex jure cum *civili differ. X. litt. b.* cum *clientelari differ. 1. litt. a. differ. 3. litt. g. differ. 5. litt. l. 12. differ. 11 litt. f.*

Qui legitima conditionata, si fuero ἄπαις?

(m) Ratio non est difficilis ad indagandum & intelligendum. Nam *filiabus* non debetur legitima ex feudo, nisi ex voluntate patris. Adeoque portio hæc filiarum, quæ jure civili debetur *legi*; per Lusatiæ instituta patri debetur *testatori* mereturque ideo *testamentaria* adpellari eodem jure, quo prima audit *legitima*, quod dictum *different. XI. litt f. g.* Non ergo filiæ aut sorores habent, quod contradicant testamento ejus conditionis: *si mortuus fuero ἄπαις*, *si pater*, *si frater præmortui* improles? Verum id requiritur hic, *utrum eo casu eoque testamento obligentur agnati?* Equidem accepi *sententiam*, qua an. 1675. id fieri posse negatum in gratiam feudi successoris. Ea ratione adjuncta, quod *Lusatiæ statutum in legitima filiarum ex feudo antiquo sit exorbitans deflectatque a jure communi propterea que contrahendum sit potius, quam proferrendum & ampliandum.* Verum enim vero cogit me omnino hic æquitas, ut sententiam ex adverso. *Primo* quidem quoniam regulam juris, *deflectentia a moribus peregrinis, id est, Latii aut Longobardiæ institutis* stricti *juris esse ejusque mereri* odia, *explicandaque & revocanda ad Latii aut Longobardiæ amussim*, confutavimus supra *different. 4. litt. k.* Deinde qui *pure* testari potest, ille etiam poterit sub *conditione*, *casu*, *eventu*, *modoque* eo quidem usque, quousq; non adsit ostendaturque lex aut ratio adversa. Nolim igitur impugnare testamentum patris vasalli, hac formula conceptum: dafern meine Söhne noch bey meinen Leben versterben und keiner von Ihnen, bey meinem Tod mehr übrig seyn solte, will ich hiermit und auf diesen Fall meinen Schwestern oder Töchtern den dritten Theil an meinen Lehen-Guth zugewendet und vermachet haben, dergestalt, daß Ihnen solches quantum meine Lehens-Folger aus meinem Lehen-Gut bezahlen und entrichten sollen.

Si præmortuus fuerit pater?

(n) Hac quidem formula: dafern mein Vater, als ietziger Lehens-Innhaber, vor mir versterben mithin ich im Lehen folgen, aber gleichfalls, ohne Leibes-Erben mit todt abgehen solte, will ich daß meinen überlebenden Schwestern der dritte Theil aus meinen Lehen Gütern gegeben werden solle. Eadem, quæ in præcedente notula *litt. m.* etiam hic dubia sunt eædemque ad illa repositiones, quæ inde repetendæ. Et sane neque aliter *Scabini Lipsienses mense Martio an. 1692.* Quorum sententia his verbis est concepta: Hat einer von Adel im Margg. Ober-Laußn. vor seinem Todt einen gerichtlichen letzten Willen aufgerichtet, darinnen er der Schwester das dritte Theil seines Lehen-Gutes vermachet, daher ihr, ob solches mit Bestand rechtens geschehen mögen, berichtet seyn wollet. Ob nun wohl angeführet werden möchte: daß der Verstorbene selbst die Lehen an dem Gute noch nicht erlanget, und also daran nichts auf andere transferirten können. Dieweilen aber dennoch das Lehen-Gut durch seines Vaters todt auf den Verstorbenen verfället, und er solches in Besitz bekommen, auch biß an sein Ende behalten, hingegen, daß er wegen Minderjährigkeit zu Ablegung des Lehen-Eydes nicht gelangen können, sondern solches bis zur majorennität ausgesetzet worden, nicht hinderlich seyn kan: so ist des Verstorbenen Schwester, das dritte Theil, welches Ihr der unmündige Bruder, ehe er das Lehen selbsten gehabt, vermachet, von dem Lehen-Gut N. zu fordern wohl befuget. V. R. W.

DIFFERENTIA XV.

Qui legitima gravari nequeat?

De causa, ob quam libera sit legitima.

Communi jure *legitima* gravari nequit illorum causa, quibus debetur (o): Lusatiæ autem instituta legitimam ab omni *gravamine* ac onere liberam esse volunt potissimum intuitu feudi *successorum*, ne his in gratiam extraneorum, qui a sanguinis vinculo longius absunt, quod *aperte* fieri nequit, per *latus eripiatur* de feudo ad ipsos delato (p).

Qui legitima nequeat gravari?

(o) Quod nihil habet dubii locaque ex jure Romano congessimus supra toties quoties laudavimus *differ. XIV. litt. l.* Quodsi enim facere liceret, testator id, ad quod ipsum lex damnat una manu, altera posset successoribus in legitima iterum eripere.

Qui legitima gravari neque t ob causam externi successoris?

(p) Sua censura expenderunt hunc casum *Scabini Lipsienses an. M. DC LXXXXII.* requisiti a *Ch. Henr de S.* Quam hic dabimus: Auf eure Frage: ob die aus dem Lehen vom Vater oder Bruder ausgesetz-

te *legitima* mit einigen *legatis*, so davon *præstiret* werden sollen, beschwerret werden könne? Hat der Verstorbene unterschiedene legata seinem ehmahligen Hofmeister Titio, dem Pfarr und ad pias causas vermachet, und solche der Schwester aus ihrem Pflicht-Theil aus dem Lehen abzuführen anbefohlen. Ob nun wohl sonst einem testatori dasjenige, was sein Erbe von Ihm bekommet, usque ad Falcidiam zu graviren frey stehet: dieweilen aber dennoch in der angeführten constitution dem vasallo nicht völlige Freyheit von dem dritten Theil der Lehen-Güter zu disponiren gegeben: sondern solches auf die Töchter und Schwestern einig und allein auch schlechterdinges restringiret und eingezogen worden. Welches, weil ohne deme diese Ordnung hierinnen von den gemeinen Rechten abweichet, auf andere Personen nicht zu extendiren, folglich der defunctus hievon zu iemands, als der Schwester Nutzen, nicht disponiren können. So hat der Verstorbene das dritte Theil von seinem Ritter-Sitz mit diesen legatis zu beschweren nicht vermocht. V. R. W. Neque præter rem causamque. Agitur enim hic de favore filiarum, quibus olim in Lusatiæ feudis hereditariis legitima, voluntate testatoris necquicquam deminuenda aut gravanda legatis. Aut ergo filias ex feudo honoratas vult pater aut non. Si primum, *relinquat* illis *legitimam*: si ultimum, non gravet feudi *successorem*. Privilegium enim in gratiam conceptum est filiarum & sororum: non extranearum personarum, quæ ab hoc vinculi genere longius absunt. *Primis* cedere debet feudi successor: non ultimis.

DIFFERENTIA XVI.

Qui legitima possit minui?

De actione

Communi jure *legitimam* voluntate testatoris deminui, est nefas, tum enim agere licet ad ejus *supplementum* (q); Lusatiæ autem instituta non obstant, quo minus legitimæ portionem, legibus definitam alias, ultima voluntate queant testatores contrahere ad summam justo alias minorem (r).

ad supplementum legitimæ a) licita, b) illicita.

(q) Scilicet pater aut alius, qui *legitimam* debet certis personis aut plane *negligit* illas aut portionem illis adsignat in testamento *justo minorem*. Si primum fecerit, possunt illæ *querelam* instituere *Inofficiosi Testamenti*, hoc fine, ut illud *rescindatur pr. Inst. de inoff. test.* titulisque *inff. atque C. iisdem*: si vero *alterum*, *uti illa possunt condictione* ex *l. 30. 36. C. de inoff. test.* ad supplendum ab herede id, quod portioni deest legibus definitæ. Neque hoc Romanorum institutum aliquid habet duritatis, quoniam *parentum divitiæ creverunt ex operis atque opibus liberorum*; quoniam *eorundem in liberos potestas fuerat absoluta*. Quod utrumque cum nostris moribus se habeat ex adverso, vix legitimæ rigor illis est concinnus.

Qui agere fas ad supplementum legitimæ?

(r) Non enim obligatur *testator*, ut ex Lusatiæ feudis aliquid adsignet *filiabus* ultima voluntate, quod ostensum *differentia XI. lit. g.* Neque eo fine portio *trientis* lege est definita, ut testatorem oporteat ad eandem adsurgere summam nequeatque aliquid filiabus adsignare, quod est minus: verum id tantum prohibuit legislator, ne patris liberalitas limites excedat viresque superet portionis legitimæ Latii. Quod cum ita sit, nulla est filiarum neque *inofficiosi querela* neque *condictio* ex lege ad legitimæ supplementum.

Qui nefas sit agere ad legitimæ supplementum?

DISSERTATIO JURIDICA DE FEUDIS LUSATIÆ SUPERIORIS,

QUAM

PRÆSIDE DN. SAMUELE STRYKIO JCTO &c.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA ANNO 1709.

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT

NICOLAUS LIBER BARO DE GERSDORF.

B. C. D.

DISSERTATIONIS DE FEUDIS LUSATIÆ SUPERIORIS INGRESSUS.

Cum secundum JCti sententiam turpe sit patricio atquo nobili Jus ignorare, in quo versatur, l. 2. §. 43. ff. de orig. jur. non in utilem me suscepturum esse laborem existimo, si, antequam ex hac alma Fridericiana di-

discedam; more majorum specimen publicum editurus, inter alia potissimum *de Feudis Lusatiæ nostræ superioris*, eorumque differentiis a jure feudali communi, & imprimis Saxonico, disseruero. Non ignoro, quæ & quanta sit illustris hujus materiæ dignitas & amplitudo; non diffiteor difficultatem, cum aggrediar materiam haud excussam, & ita me temerariæ audaciæ pœnas vix evitare posse judico, quod opus humeris meis longe gravius aggredi saltem, nedum elaborationi subjicere animo proposuerim. Verum enim vero, cum tenerrimus, quo moveor, in patriæ dulce solum affectus, excusationem satis amplam præbere aptus sit, veniam cœpti ab omnibus mihi facile polliceor, cum etiam in arduis quandoque aliquid conandum sit. Non vero consummatam feudorum Lusatiæ cognitionem exhibere & sistere possum, cum nec instituti ratio, nec virium defectus, nec temporis angustia, imo, quod potissimum est, nec defectus experientiæ rerum forensium id permittant, sed paucissima saltem rei nostræ feudalis argumenta pro viribus degustabo & delibabo. Quibus, pro exigente necessitate præmissis, rem ipsam explicandam aggredior, & ut eo melius ordine procedatur, primo quædam *de Origine Feudorum in Lusatia superiori* præmittam, postea de *Judiciis & curia feudali, & de ipsis differentiis*, tum a jure feudali communi, tum imprimis Saxonico acturus sum. Cœpta Deus T. O. M. ex alto secundet.

CAPUT I.

De Origine Feudorum Lusaticorum.

§. I.

De Statu Lusatiæ.

UT vero de natura & indole Feudorum Lusaticorum eo rectius constet, & quæstiones de iis formandæ eo accuratius decidi queant, nihil ab officio meo alienum me facturum esse confido, si originem feudorum horum ab ultima repetam antiquitate, & initia, progressum, mutationem præsentemque eorum statum hoc capite præmittam, & cum hoc aliter fieri nequeat, nisi simul historiam provinciæ quasi in compendio referam, illam quoque paucis delibare operæ pretium judicavi, cum jura ordinarie sequantur statum rei, & inprimis, quæ publicum statum Reipubl. quodammodo tangunt.

Slavi olim Lusatiam inhabitarunt.

§. II. Constat autem ex antiquis rerum monumentis, Lusatiam nostram olim a Svevis inhabitatam fuisse, populo veteris Germaniæ antiquissimo; postquam autem Slavi in Germaniam penetrarunt, hos illum tractum, de quo nunc agimus, occupasse, sedesque suas ibidem habuisse. Sicuti autem Slavi diversis nominibus inter se distinguebantur, Balbinus *Miscell Histor. dec. 1. lib. 2. c. 59.* Helmoldus *in Chron. Slav.* ita antiquitus *Lutici* & *Sorabi* dicti fuerunt, donec tandem Marchionibus ibi constitutis. & Slavis devictis Lusatiæ nomen terræ inditum fuit, uti plenius ostendit Sagittarius *de Lusatia §. 2. seqq.*

§. III. Cum vero gens hæc, ex raptu vivere assveta & turbidissima, Francos Saxonesque perpetuis excursionibus defatigaret, virtute Caroli M. demum sub jugum missa est. Diserte id testatur Eginhardus *in vita Caroli M.* ajens: *Deinde omnes barbaras ac feras nationes, quæ inter Rhenum & Vistulam fluvios, Oceanumque & Danubium posita, lingua quidem pene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incurrunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effeceret.* Inter quas fere præcipui sunt Welatabi, SORABI, Abotriti, Bohœmi. Conf. Poëta Saxo *ad annum 782.* Conring. *de finib. Imp. lib. 2. c. 29.* Fuit autem Caroli M. primaria cura & sollicitudo, ut hujus regionis populi, relictis sacris gentilibus, verum DEI cultum amplecterentur, utut hi acriter resisterent, & præterea ad cultiorem vitam adducerentur, deprædationesque dediscerent.

Sorabi a Carolo M. subjugati.

§. IV. Quemadmodum vero magnus ille Wittekindus, illustris stemmatis Wittekindei conditor, post pacem cum Carolo M. factam, ab eo in magnum Ducem Saxoniæ investitus est, Nicol. Reusner *in Icon. Princip. & Reg. p. 13.* ita ad filium primogenitum Wibertum Saxoniam quidem transmisit, sed secundo genitus Witichindus II. unde stemma Comitum Wethinensium originem suam trahit, Saxoniæ orientalis parte quadam, quæ materna fuerat possessio, contentus esse debuit, qui *Præfectus Soraborum & Dominus Budsecia* cum posteris suis audiit. vid. Nicol. Reusner cit. l. p. 25. quia a Carolo M. *Præfectum Soraborum* declaratus erat Fabricius in orig. Saxon. lib. 5. p. 511. Ex quo pa-

Soraborum præfecti fuerunt Comites Wettinenses.

patet, Comites Wettinenses, superatis Slavis, a Carolo M. Præfectos constitutos fuisse, atque adeo sedes suas ibidem habuisse cum posteris suis, uti plenius Fabricius cit. l. in seqq. docet. Cum itaque eo tempore *Feudi jure* officia & Præfecturæ a Cæsaribus concedebantur, omnino certum & perspicuum est, Comites Wettinenses quoque eodem jure hanc Præfecturam per plures annos obtinuisse, nec dubitandum est, quin plures quoque ex nobilibus Saxoniæ in hunc tractum emigraverint, sedesque fixas ibidem habere cœperint.

Sorabi rebelles.

§. V. Enimvero Slavi, jugi impatientes, quovis modo postea se in libertatem vindicare annisi sunt. Ansam huic defectioni potissimum præbuit ingens Regum dissidium, uti ex annalibus Fuldensibus ad annum 880. constat, ubi ita: *Slavi, qui vocantur Dalmantii, & Bohemi, atque SORABI ceterique circum circa vicini, audientes stragem Saxonum a Nordmannis factam, pariter conglobati, Thuringos invadere nituntur, & in Slavis, circa Salam fluvium, Thuringis fidelibus, prædas & incendia exercent. Quibus Poppo, Comes & Dux Sorabi limitis, occurrit, & divino fretus auxilio eos prostravit, ut nullus de tanta multitudine remaneret.* Inprimis vero, postquam stirps Carolingica cum Ludovico infante in Germania esset exstincta, inter alios Germaniæ populos Lusati, seu Sorabi, se imperio Germanorum subducere conati sunt, quemadmodum jam antea post mortem Ludovici Pii defecerunt, uti notat Helmoldus *lib. 1. Chron. Slav. c. 7.* ajens: *Post mortem Ludovici Regis, Bohemi, SORABI, SUSI & Slavi, quos ipse tributis subjecerat, tunc servitutis jugum excusserant.*

Ab Henrico aucupe Marchiones in Lusatia constituti.

§. VI. In hoc turbulento rerum statu communi procerum consensu ad fastigium regni Germanici evehebatur Henricus Auceps, qui, cum Germaniæ perpetuis barbarorum excursionibus dilaceratæ consulere constituisset, nihil consultius rei Germanicæ fore existimavit, quam singulis provinciis Marchiones præficere, qui hostes a limitibus provinciarum arcerent, & publicæ rei curam haberent. vid. Peucer. *in Chron. Carion. lib. IV. p. 542 seqq.* Albinus *in Chron. Misn. litt. g. p. 101. seqq.* non quod limitum cura ante hujus principis tempora plane neglecta fuerit, sed quod hisce temporibus major ratio fuerit, plures Marchionatus instituendi. Cœpto huic laudabili insistens princeps prudentissimus, huic etiam Slavorum terræ Geronem, nobilem Saxonicum præfecit, qui mox rebelles magna strage ad obsequium reduxit. Sic enim Witichindus *lib. III. annal. Gero, præses, Slavos, qui dicuntur Lusiski, potentissime vicit, & ad ultimam servitutem coëgit.* Huc respexisse videtur Ditmarus *lib. 1.* ajens: *Milzenos* (qui Lusati fuerunt) *Henricum Aucupem, sua subactos ditioni censum persolvere coëgisse.* Non itaque dubium est, quin maxima Soraborum pars deleta & extincta fuerit, ad minimum proceres, & qui in illa gente eminebant, variis præliis suppressi sunt. Inter alia refert Fabricius *libr. II. orig. Saxon. qv. 158.* Slavos rursus ad libertatem adspirasse, & Geroni Marchioni insidias struxisse. Hinc pergit: *Gero, ab homine fido de suo periculo clam factus certior, opportunitate provisa Slavos potentes triginta, qui rerum novarum event auctores, invitatos, post convivium, gladio tollit,* id quod etiam antiquis Rythmis exprimi solet:

Gero Marchio.

Zu Laußnitz erster Fürst war ich,
Dreyßig Wendische Herren tödte ich,
Stifft Gerenrodt von eigner Haab,
Daselbst man sieht noch heut mein Grab.

vid. Butingius *in Chron. Brunsvic. p. 89.* Albinus *miscell. hist. dec. 1. lib. 3. c. 19.* Hoc modo itaque Gero proceres gentis Sorabicæ delere studuit, neque enim infimam plebem penitus exscindere poterat, satius esse existimans, si in infimam servitutem abjicerentur, interim tamen ita eos percussit, ut perpauci superstites essent, uti notat Helmoldus *Chron. Slav. lib. I. c. 8. n. 4.*

Saxones in Lusatiam transmigrarunt.

§. VII. Quemadmodum vero Gero gentem hanc bellicosissimam sine valida manu debellare haut poterat, ita non dubium est, quin hunc in finem & Saxonica nobilitate, quæ militiæ potissimum eo tempore incumbebat, insignem copiam multitudinemque secum habuerit, horumque nobilium auxilio negotium hoc arduum perfecerit. Non obscure hoc indigitare voluisse videtur Fabricius *Lib. II. orig. Saxon. p. 166.* ubi refert, *Geronem imperium Saxonicum in populo Slavonico late propagasse, superatis videlicet duabus illorum gentibus inferioris & superioris Lusatiæ, quibus præmissis,* pergit: *Cum quibus magnis viribus dimicans, victoria quidem, sed non incruenta, potitur. Nam multos nobiles & viros fortes amittit &c.* Saxones enim olim præpollebant armis & usu militiæ, ut ait Helmoldus *lib. 1. Chron. Slav. c. 21. n. 5.* Cum itaque fortissima Saxonum manu Slavi ita domiti, deleti & pene excisi fuerint, æquum erat, ut nobilibus, in præmium navatæ operæ & militiæ, devictorum fundi & agri assignarentur. Atque hoc ipsum factum fuisse, observat quoque Goldastus *lib. 1. de Regno Bohem. c. 16. ubi §. 3.* ita loquitur: *Nos observamus, Slavis ex injusta possessione pulsis, Saxones a nostris Imperatoribus & Regibus fuisse immissos, qui eam* (Lusatiam) *inde ad hanc usque ætatem incolunt sub fide & obsequio Imperii Germanici, a quo*

Rex

Rex Bohemiæ jure clientelari in beneficium obtinuit. Neque hoc infrequens eo tempore erat, ut terræ vacuæ de victorum dividerentur militibus, cum constet, originem plurimorum feudorum inde arcessendam esse. Sic etiam Henricus Leo, suo tempore, intravit terram Slavorum, & devicto Nicloto, *terram divisit militibus suis possidendam*, ut ait Helmoldus *in Chron. Slav. lib. 1. c. 89. n. 9.* Quæ divisio, ex recepto more, haud alio, quam nexu fidelitatis facta fuisse videtur, ut praxis illorum temporum docet.

Id quod confirmatur.

§. VIII. Atque hoc eo probabilius est, quia constat, Slavos sub jugum missos sæpius rebellasse, adeoque eo magis necessum fuisse, ut Lusatiæ fundi ejusmodi viris darentur, qui Slavorum impetum reprimere, rebellesque in officio continere possent. Neque enim Gero, quem Henricus Auceps *limitum Præsidem* designaverat, limites defendere, neque Slavos coercere potuisset, si idoneo milite, qui imprimis eo tempore ex nobilitate constabat, destitutus fuisset. Æquum itaque erat, ut devictis & deletis tot Slavorum proceribus, prædia vacua militibus darentur in præmium, ut ope eorum Gero & ceteri Marchiones gentem indomitam sub jugo retinere possent. Atque hæ conjecturæ evincunt, Goldasti sententiam satis tutam esse, quod Saxones immissi in Lusatiam fuerint, & veterum colonorum locum occupaverint.

Jus Saxonicum in Lusatiam introductum.

§. IX. Liquidum porro id ipsum exinde redditur, quod Lusatiæ dati fuerint Principes & Marchiones ex Witechindi, Ducis Saxoniæ, posteris & Comitibus Wettini, prout supra assertum, qui sine omni dubitatione multos nobiles Saxonicos secum in Lusatiam duxerunt, adeo, ut per hos quoque JusSaxonicum in Lusatiam introductum sit. Agnoscit hoc ipsum Benjamin Leuberg *de Stapula Saxon. ubi n. 1340.* concludit, daß durch diese ihre Sächsische Landes-Fürsten, und dero in Laußnitz mitgebrachten Adel, auch Sächsischen Recht in solche Provintz mit eingeführet worden. Hujus juris eo major cultura fuit, postquam ab incolis Saxoniæ inhabitari cœpit, ejectis & pulsis Slavis, antiquis possessoribus, adeo, ut ejus usum nequidem deponerent, cum ad Bohemiæ Reges Lusatia perveniret. Nam jure suo pristino uti eos permiserunt, adeo, ut si dubium circa punctum juris incideret, recursus ad Scabinatus Saxonicos eis pateret. Conf. Treutl. *lib. I. disp. select. c. 1. th. 10.* Matth. Steph. *de jurisd. P. I. c. 3. n. 28* Gryphiand. *de Weichbildis Saxon. c. 80. n. 4.*

Et sic quoque jus feudale Saxonicum.

§. X. Quemadmodum itaque cum gente Saxonica usus juris Saxonici in Lusatiam penetravit, ita satis probabile est, consvetudines feudorum quoque paulatim in Lusatiam penetrasse, præsertim, postquam nobilibus, qui Slavos Sorabosque debellaverant, & quoad maximam partem exsciderant, prædia devictorum ex æquitate concedi, & in præmium navatæ virtutis & operæ militaris conferri debuerint. Hoc enim fieri debuisse vel inde patet, quod Lusatia armis devicta, armis quoque in officio contineri debuerit, id quod sine perpetuo & parato milite contingere haud potuit. Jam vero ex antiquitatibus feudalibus constat, occasionem feudis, præsertim in Germania, dedisse, quod vel veteranis & militibus terræ devictorum divisæ fuerint sub nexu fidelitatis, ut sub lege militiæ illos porro defenderent contra impetus hostium, quale quid jam Romani olim in Germania tentarunt *Lib. II. ff. de Evict.* Vel quod loco salarii reditus certorum fundorum pro militia vasallis data fuerint, unde etiam *milites κατ' ἐξοχὴν* dicti fuerunt. Cum enim divitiæ veterum plerumque in fundis & pecoribus consisterent, pecuniæ usus autem adhuc rarus esset, salaria & stipendia non, uti hodie, in pecunia solvebantur. Unde etiam *Feudum* idem denotare volunt, quod *salarium* vel stipendium, Spelmann. in *Glossar. p. 216.* Utrumque fundamentum hic deprehenditur; ostensum enim jam fuit, plurimos Slavorum proceres funditus deletos fuisse, Saxones vero nobiles, qui tunc militabant, in Lusatiam missos, horumq; opera Geronem in debellandis Slavis usum fuisse. Admodum itaque probabile est, ex more recepto illorum temporum, fundos devictorum nobilibus Saxonicis sub lege fidelitatis, propter servitia militaria, relictos esse. Et hoc vel ideo eo magis necessarium erat, quia Slavi, qui adhuc supererant, sæpe novos motus excitare conabantur, ad quos supprimendos Vasallorum seu fidelium auxilio opus erat.

Feuda quæ in Lusatia.

§. XI. Ex his itaque liquidum est, prima feuda non tam *oblata*, quam *data*, in Lusatia nostra fuisse. Verum progressu temporis copia feudorum admodum aucta esse videtur, accedente *oblatione prædiorum* in feudum, a Slavis facta, qui adhuc ex gente ista superstites erant. Utut enim maxima pars procerum deleta fuerit, integra gens tamen exscindi haud potuit, atque adeo, subjugatione facta, qui ex proceribus Slavorum supererant, tandem se accommodasse videntur ad morem jam receptum, & prædia sua in feudum obtulisse, ut ita cum ceteris fundorum feudalium possessoribus æquali jure censerentur. Simile quid in vicinia, Silesia scil. contigisse video, uti observatum est in Dn. Præs. Diss-

sert.

sert. *de Feud. Ducat. Silef. Schwidnic. & Jaurav. sect. 1. c. 1. §. 7.* cum constet, feuda Silesiæ æque recedere a communi natura feudorum, ac quidem Lusatica. Constat enim, multos Germanorum terras Silesiæ adiisse, & ibidem sedes suas collocasse, quibus advenis terræ & fundi concedebantur, teste Schickfusio *in Chron. Silef. lib. IV. c. 28.* & quidem, uti mos apud Germanos jam diu invaluerat, sub lege feudi. Reliqui postea Silesiæ nobiles, pergit ille Dn. Præses *cit. loc. a pristinis consuetudinibus etiam recedentes, bona, quæ hactenus libere possederant, principibus suis in feudum obtulerunt, sive quod jussu ipsorum Principum hoc fieret, qui Ducatuum suorum statum ad instar Germanicorum ita formare conabantur, sive quod ipsi nobiles, opinone splendoris cujusdam, quem ex oblatione feudali sibi suisque bonis accessurum esse credebant, illud eo lubentius facerent.*

Feuda Lusatiæ jure Saxonico regebantur. §. XII. Atque ita prima Feuda Lusatiæ data fuerunt, & quidem *ad Jus Saxonicum adornata.* Uti enim Saxones in hisce terris sedes fixas posuerunt, ita constat, Jus quoque Saxonicum cum lingva in his terris receptum fuisse, quemadmodum etiam eodem fere fato, in Silesiam penetravit. Unde Helenius *in Silesiograph. c. 8.* notanter ait: *Utitur omnis fere Silesia, in rebus quidem profanis, Jure Saxonico, cujus, licet fere saxei & nimis duri, ea tamen multis retro seculis autoritas, ut non solum per amplissimam Saxoniæ regionem observaretur, sed ad alias omnes ditiones & gentes circumvicinas, Lusatiam puta, extenderetur.* Quid ergo mirum, quod etiam in feudis, a Saxonibus in Lusatia institutis, idem Jus receptum fuerit, ut hoc intuitu feuda Lusatiæ a Jure Saxonico feudali, quoad suam primævam indolem, haud recessisse videantur. Et vix aliud judicandum esse reor de *oblatis*, quæ, utut alias a *datis* suo modo differant, eodem tamen jure censeri debuerunt, cum Slavis devictis, qui terras suas in feudum obtulerunt, tanta libertas haud relicta fuerit, ut leges alias & jura feudorum diversa sibi vindicare potuerint. Atque hæc ipsa nunc satis ostendunt, qua occasione feuda in Lusatiam introducta, & quo jure Vasalli usi fuerint.

Lusatia ad Uratislaum pervenit. §. XIII. Quemadmodum itaque hactenus ostensum est, Lusatiæ præfecturam obtinuisse posteros Wittekindi, Comites Wettinenses, vid. Manlius *rer. Lusat. lib. 1. seqq* ita eandem sub Marchionum titulo continuarunt usque ad Dedonem, Marchionem Misnensem, cujus temporibus insignis quædam circa Marchionatum contigit mutatio. Cum enim hic in turbulenta tristissimaque tempora Henrici IV. Imperatoris incidisset, & in partes Saxonum contra Imperatorem ivisset, prætereaque instinctu Adelæ, uxoris suæ, quæ mariti prædefuncti sui ditionem prætendebat, ideo, quod heredem haud haberet, arma contra eum movisset, varia fortuna decertans, tandem se Imperatoris arbitrio submittere coactus fuit, qui Lusatiæ Marchionatum eidem abstulit, quamvis alii etiam privationem Misnensis Marchionatus addant. Sic Lusatiæ nostræ marchia, ad Imperatorem rediens, paulo post Vratislao II. Duci Bohemiæ in feudum concessa est, ut disertis verbis innuit Lambertus Schaffnab. *ad ann. 1059. marchiam ejus,* ait, *Boemiæ Duci in premium exacta militia dedit, conf.* Cosmas Pragensis, coævus *lib. 2. hist. Bohem. ad ann. 1086.* Goldastus *in append. docum. de regn. Boh. p. 66. seqq.* Quod nonnulli de Lusatia inferiori accipiunt, ut Dn. Hertius *in Diss. de renovat. Rom. Germ. Imperii & Regni Bohem. nexu sect. 2. §. 3.* utut quædam pars superioris etiam ad Vratislaum transiisse videatur, cum bona ejus pars in manibus Polonorum eo tempore fuerit. Sagittar. *de Lusat. §. 28.*

§. XIV. Constat hoc potissimum quoque exinde, quod Vratislaus II. genero suo, WIPERTO, Comiti Groizensi, cujus varia fata plenius refert Henricus Bangertus *in not. ad Helmoldi Chron. Slav. lib. 1. c. 40. litt. b.* Budissinam dotis nomine dederit; Sed cum hic offensam Regis contraheret, & ab eo custodiæ traderetur, tandem libertati pristinæ redditus ab Imperatore impetravit, ut Marchio Lusatiæ crearetur. vid. Henricus Bangertus cit. l. a quo tempore *Marchio in Lusiz* dictus fuit. Sagittar. *de Lusatia §. 30.* Hic æque dubium est, an universam Lusatiam hoc titulo acceperit. Si conjecturis locus est, de inferiori hoc vix dici potest, quippe quæ Regibus Boemiæ jam concessa erat, & quam Vratislaus in Vipertum generum suum non transtulerat, sed tantum Budissinam; atque adeo omnino par est, ut ajamus, hoc de bona parte Lusatiæ superioris dicendum esse, quæ in Polonorum potestatem haud pervenerat. Hoc mortuo, Marchia nostra ad filium ejus, Henricum, translata est, cum vero hic ἄπαις moreretur, reversa est ad priores dominos, Comites Wettinenses, si quidem novo Lotharii Imperatoris beneficio ad Conradum, Marchionem Misnensem, pervenit, Fabricius *in orig. Saxon. lib. 5. p. 538.* a quo tempore Lusatia, incorrupta serie, apud Marchiones Misnenses permansit, uti plenius refert Sagittarius de Lusatia §. 32. seqq.

§. XV. Sed vero circa finem Seculi XII. magnam rerum mutationem Lusatia nostra experta est, post obitum Ottocari, Regis Redit deinceps ad Bohemos.

Regis Bohemiæ, cum ad Ottonem pium, Brandenburgicum, Luſatia, *incerto titulo*, pervenerit, ut apparet ex Caroli IV. Diplomate, quod refert Conring. *de finib. Imp. c. 29.* ex quo ſimul apparet, quod, gente Brandenburgica mox in Joanne extincta, ad Joannem, Regem Bohemiæ, redierit. Expreſſe enim ita loquitur: *Marchionibus Brandenburgicis, absque ſexus maſculini heredibus decedentibus ex hac vita, nobiles, milites, clientes, cives, univerſosque incolas Marchiæ Budiſſinenſis & Gorlicenſis ad ſubjectionem & obedientiam Joannis, Boemiæ Regis, genitoris ſui, tanquam ad ordinarium, legitimum & naturalem dominum ſuum, & ad coronam regni Boemiæ, de cujus gremio jam dudum conſtiterant, deliberatione non improvida rediiſſe.* Conſtat ex his verbis, Reges Bohemiæ magnam Luſatiæ ſuperioris partem jam antea vario titulo ad ſe traxiſſe, ut tamen Marchiones Miſnenſes non in totum ea exciderint. Nam jam antea monitum eſt, Marchiones Miſnenſes non univerſam Luſatiam ſuperiorem obtinuiſſe, ſed bonam partem ejus a Polonis detentam fuiſſe, & hoc intuitu Carolus IV. aſſerit, quod ad priores dominos reverſa fuerit in Joanne, Rege Bohemiæ, cum antea illa pars quoque Bohemici juris fuiſſe videatur, Dn. Hertius *cit. loc.* ſic itaque ab hoc tempore Luſatia plene cum corona Bohemica conjuncta fuit, id quod indicant verba diplomatis Caroli IV. ſequentia: *Nec non marchiam Budiſſinenſem & Gorlicenſem cum VASALLIS, VASALLAGIIS, FEUDIS, FEUDATARIIS, utilitatibus, fructibus, obventionibus, juriſdictionibus, judiciis, honoribus, CONSUETUDINIBUS & omnibus dictorum Ducatuum & marchiæ pertinentiis, veluti utile & immediatum dominium noſtrum, & regni Bohemiæ præfati, eidem regno & ejus felici coronæ in perpetuum adjungimus, incorporamus, inviſceramus, adſcribimus, adpropriamus, & indiviſibiliter adjungimus.*

Sed ſalvo Jure Saxonico.

§. XVI. Quemadmodum ergo ex his verbis apparet, Bohemici Juris Luſatiam de novo factam fuiſſe, ita quoque eadem verba indicant, feuda ipſa cum omni jure priſtino ad Bohemos rediiſſe. Nec tamen ullibi veſtigium occurrit, Bohemos circa feuda aliquid mutaſſe, quæ mutatio ne quidem etiam præſumitur, quin potius in ſtatu priſtino feuda relicta fuerunt, ut ſecundum Jus Saxonicum æſtimarentur.

Mutatio Juris Feudalis unde?

Verum, quod *lege publica* haud factum eſſe conſtat, variis mutationibus publicæ rei facile contingere potuit. Hactenus enim oſtenſum eſt, variis mutationibus obnoxiam fuiſſe Luſatiam, eamque modo a Polonis, modo a Brandenburgicis, modo a Bohemis poſſeſſam gubernatamque fuiſſe, qualis poſſeſſorum & dominorum mutatio facile anſam vaſallis præbere potuit, ut quodammodo a Jure priſtino feudali deſciſcerent, & paulatim conſvetudines novas feudales, à communi aberrantes, aſſumerent. Et quidem, ſi recte auguror, Carolus IV. in verbis ante allegatis huc reſpexiſſe videtur, ubi *conſvetudinum* facit mentionem, quæ etiam de illis intelligi poſſunt, quæ circa feuda irrepſerant ex variis hiſce rerum mutationibus. Promovit has feudorum mutationes Præſidum provincialium (der Land-Voigte) conniventia, qui, cum vel Bohemi vel extranei eſſent, Jura Saxonica neglexiſſe, & ita anſam dediſſe videntur, ut paulatim feuda Luſatiæ a priſtina ſua deſciſcerent natura.

Expreſſa mutatio acceſſit.

§ XVII. Cum vero conſvetudines, quæ a Jure communi tanquam *regula ſua* recedunt, *in facto* conſiſtant, & ita probatione indigeant, & perpetuis litibus ideo expoſitæ ſint, quia ſemper major præſumtio pro *jure communi* eſt: inde factum eſſe reor, quod ſubinde quædam mutatio Jurium feudalium *expreſſa lege* acceſſerit, ut conſvetudines dubiæ publica lege corroborarentur, & auctoritatem Juris ſcripti acciperent. Sic Ferdinandus I. anno 1544. in Feudis Luſatiæ ſuperioris in certis caſibus alienationem & oppignorationem conceſſit, invitis etiam ſimultanee inveſtitis. Præterea quoque Maximil. II. anno 1575. *de ſimultanea inveſtitura* ſingulariter quid conſtituiſſe videtur; aſt uterque re ipſa magis conſvetudines inveteratas confirmavit, quam novum Jus conſtituit.

Novæ lites de Feudis Luſatiæ.

Eo ipſo tamen a tramite Juris Saxonici & feudorum propriorum magis magisque receſſum eſt, & cum ita ſuper feudorum Luſaticorum impropriètate novæ lites exſurgerent, res delata eſt ad Imperatorem glorioſæ memoriæ MATTHIAM, qui eo nomine anno 1616. certos Commiſſarios ad hoc negotium deputavit, ut in naturam, conditionem ſtatumque feudorum Luſatiæ Superioris ſedulo inquirerent, & de tota re ad Cæſaream Majeſtatem referrent, ut certa & nova deciſione omnia determinari poſſent.

Quænam potiſſimum in controverſiam deductæ ſint?

§. XVIII. Potiſſimum vero eo tempore in deliberationem & controverſiam veniſſe videtur, qualis ſit feudorum Luſaticorum natura: (I.) an omnium feudorum Luſaticorum una eademque eſſet indoles? Juſte enim de eo dubitari poterat, quia in antecedentibus demonſtratum eſt, quod, etſi prima feuda Luſatica *data* fuerint, ex poſt facto tamen quædam *oblata* acceſſerint. Jam autem conſtat, *feudorum oblatorum* naturam quodammodo diverſam eſſe ab indole datorum feudorum, ut plenius docet Dn. Hertius *diſſ. de feud. oblat.* &

& ill. Dn. Thomasius *de feud. oblat.* (II.) Utrum Lusatica feuda quæcunque essent impropria & degenerantia, & quousque hæc improprietas se extendat? constat enim, quod improprietas feudorum sit stricti juris, & ita non extendenda. (III.) An Constitutio Maximiliani II. his feudis novam & impropriam tribuerit naturam rationemque, quod vel inde probabile satis videbitur, quia eo ipso a jure communi Saxonico mi: um in modum recessum erat, & quia de regula constare debebat, hinc quoque (IV.) sine dubio inquiri debuit, utrum Jus Saxonicum feudale pro regula supponi debuerit.

Pars Commissionis Cæsareæ.

§. XIX. Sed propositum laudabile Imperatoris exitu optato caruit. Utut enim commissio decreta in effectum deduci cœperit, & tota cognitio fere ad finem perducta fuerit, ut nihil restare videretur, quam ut relatio injuncta Imperatori offerretur, & ejus approbatio exspectaretur, incidere tamen infausta illa tempora, motus Bohemicos intelligo, quæ impedivere, ne negotium ad finem optatum duci potuerit. Accessit mors ipsius Imperatoris Matthiæ, quibus obstaculis intervenientibus factum, ut res indecisa maneret usque ad tempora Ferdinandi II. Ut ut enim augustissimus hic Imperator anno 1620. Lusatiam Jure pignoris Electori Johanni Georgio I. Saxonum Heroi, propter impensas & egregia in familiam Austriacam merita cesserit, expresse tamen commissionem illam, de qua hactenus actum est, & cognitionem ulteriorem penitioremque *de feudis Lusatiæ superioris* excepit. Quo circa *anno 1622. & seq.* ipsa de novo reassumta & cum statibus provincialibus Lusatiæ res in deliberationem de novo deducta est, sed obstitere motus perpetui bellorum, qui universam Germaniam tantopere affixere, ut negotium totum in suspenso manserit.

Restauratio Juris Feuda lis Lusatiæ cum ipsa Lusatia ad Electores Saxoniæ translata.

§. XX. Affulsere tandem auspicatissima illa tempora, quibus tota causa felicissimis auspiciis definita est, quæ vel ideo tam diu suspensa, impedita, & implicata fuisse videtur, ut, quod Reges Bohemiæ inter turbas perficere temporum injuria prohibiti sunt, hoc augustissimæ domui Electorali Saxonicæ acceptum ferretur, & in pace a pacifico non minus quam bellicoso Heroe gloriose expediretur. Secuta enim est anno 1635 Pax Pragensis, in qua a Ferdinando II Electori Saxoniæ Joanni Georgio I gloriosæ memoriæ Lusatia, quam hactenus pignoris jure obtinuerat, pleniori jure, scil. sub nexu feudali, tradita est & appropriata. Sic Lusatia felix, jure quodammodo *postliminii* ad Saxones & Misnensium Marchiones reversa, omni tranquillitate, omnique devotione tam dulce tamque beatum Imperium pio affectu veneratur. Videlicet sub Joanne Georgio I. quæ hactenus indecisa & imperfecta permanserant, feliciter ad finem perducta fuere, cum tandem anno 1652. per deputatos Commissarios, una cum statibus Lusatiæ, controversiæ feudales decisæ, dubia, quæ hactenus circa feuda Lusatiæ inciderant, plene resoluta, & ita totum Jus feudale Lusaticum antea turbatum, in consonantiam perpetuam deductum fuerit. Seriem totius rei quodammodo tangit augustissimus Elector in ipsa ordinatione feudali, quæ prædicto anno edita est, ubi primo mentio fit privilegii illius decantati Cæsaris Maximiliani, & deinde subjicitur: Aber wegen solcher Begnadigung bißhero etliche Zweiffel, zu forderst die Befolgung der gesammten Hand auf jede Fälle, sowohl die frey-ausgesetzte Disposition mit den Lehns-Gütern und sonsten andere streitige puncten die Lehen betreffend, vorgefallen. Dahero die vorige Kayser- und Königl Majestäten Rudolphus, Matthias und Ferdinandus, höchstlöbl Andenckens, als Marggraffen in Ober-Laußitz, gnädigst gesonnen gewesen, vermittels einer Kayser- und Königl. Interpretation und Erleuterung, diese zweiffelhaffte puncta durch gebührliche beständige Richtigkeit und Ordnung gnädigst zu remediren, zu welchem Ende auch höchstermeldete Kayser- und Königl. Majestät etwa eine Lehns-Commission angeordnet, dero Erörterung nachmahls auf begebene Todesfälle/auch entzwischen vorgegangene langwierige Kriegs-Unruhe in suspenso verblieben, und gleichwohl eine gute Ordnung und Richtigkeit, sowohl in Lehn- als andern Sachen hoch vonnöthen, uns auch, als jetziger Zeit regierenden Chur-fürsten zu Sachsen, und Marggrafen in O. Lausitz, denselben gnädigst abzuhelffen, nicht anders obliegen und gebühren will: daß Wir die vornehmsten Lehens-Streitigkeiten, so obberührtes Privilegium und sonsten anreichen thun, in reiffe Berathschlagung gezogen, und Uns hierauf mit folgender Interpretation, Decision und Ordnung, wie es nunmehro ins künfftige gehalten werden solle, gnädigst erkläret. &c. Huc quoque collimant, quæ de renovatione in alleg. ordinat. feud. Lusatiæ superioris habentur, ubi asseritur: Daß die vorige Kayserl. Majest. auch als König, Marggraf und Lehen-Herr in Ober-Lausitz durch unterschiedliche Lehens-Commissiones solch Lehen-Recht beneben andern Lehens-Mängeln wiederum in Richtigkeit zu bringen, gnädigst Vorhabens gewesen. His satis tandem Jus feudale Lusaticum suum vigorem pristinum & certitudinem recepit, ut quod Jus primitus a Saxonibus in Lusatia erat receptum, non ab aliis quam Saxonibus quoque reformaretur, restauretur, illustraretur.

CA-

CAPUT II.

De Juribus singularibus Feudorum Lusatiæ superioris.

§. I.

Quid sint Jura singularia Feudorum.

QUemadmodum *Juris singularis* ratio potissimum in eo quærenda est, quod recedat a *regula* seu *Jure Communi*, ita facile constat, quod non quævis Jura Feudalia Lusatiæ superioris sim traditurus, sed ea tantum, quæ recedunt a regula communis Juris feudalis, quæ hactenus recte *Jura singularia* dici queunt; Quia autem hæc non aliter recte dijudicari possunt, nisi constet de *regula* seu *Jure Communi Feudali*; ita in hoc ante omnia inquirendum est, ut inde possit constare, quousque *Jura singularia feudorum Lusatiæ superioris* ab illo recedant.

Quale Jus pro regula ponendum in Lusatia.

§ II. Constat autem ex iis, quæ *cap. præced. de origine feudorum Lusaticorum* fusius exposita sunt, Saxones usum feudorum in Lusatiam nostram introduxisse, & introductis ita feudis, Jus Saxonicum tam in feudalibus quam allodialibus in observantiam deduxisse, unde non aberravero a via, si *Jus commune feudale* non aliud hic supponendum esse asseram, quam ipsum *Jus Feudale Saxonicum*. Non obscure hoc innuitur *Ordin. feudali Lusatiæ de anno 1683.* ubi circa medium fere hæc clausula occurrit: **Vermöge Sächsischer, dieses Orts üblicher Rechte.** Quemadmodum etiam in privilegio Maximiliani de anno 1575. fere eadem clausula reperitur: **Vermöge Sächsischer, als dieser Ort landübl. gebräuchlichen Rechte.** Præterea in ipsa *Ordinat. feudal.* non raro vel explicite ad Jus Saxonicum unice provocatur, veluti quando de computatione graduum quæritur, expresse declaratur, eam fieri debere, **nicht nach gemeinen Lehn, sondern nach Sächsischen Rechten, inhalts des dritten** art. lib. 1. **Land-Recht.** Similiter ex *ordinatione Processus Lusatiæ*, a Mathia Imperatore anno 1611. confirmata, ubique perspicuum est, processum Saxonicum in causis privatis etiam plerumque attendi, & ad Jura Saxonica provocari, quemadmodum in *art. 17.* dicitur: **Dieweil zu Beweisung obbestimter Frist die 6. Wochen und 3. Tage Vermöge der Sächsischen Rechte und darauf eingeführten Gerichts-Brauch** *terminus peremtorius* **ist.** Ex quo apparet, Jus Saxonicum etiam sub Regibus Bohemiæ illibatum in Lusatia servatum fuisse, uti etiam capite antecedente observavi.

An jus Longobardicum pro regula ponendum?

§ III. Equidem alias *Jus Feudale Longobardicum* pro regula & jure communi supponi solet, præsertim in feudis Germaniæ, sed utrum hoc ipsum in Lusatia nostra pro regula poni debeat, vel inde dubito, quod serius, & quidem eo tempore Jus Longobardicum invaluerit in terris Germaniæ, ubi jam dudum Jura Feudalia Saxonica in Lusatia vigebant, cum demum sub initium Seculi XV. Jus Longobardicum receptum legatur, Conring *de Orig. Jur. Germ. c. 32* Dn. Hertius *de consultat LL Judic. §. 14* & quamvis aliæ terræ a patriis moribus, hoc introducto, recesserint, ipsa tamen Lusatia juribus pristinis tenaciter inhæsit, exemplo Silesiæ vicinæ, quæ Jura Longobardica constanter repudiavit, servato Jure feudali Saxonico, vid. Dn. Præs. *disp. de feud. Ducat. Siles. sect. 1. c. 2. §. 4.* Docet quoque id diversa feudorum Lusaticorum natura, ut hinc ex Jure Longobardico haud æstimari possint, uti ex inferius dicendis patebit. Ceterum, cum in plurimis Jus Saxonicum & Longobardicum feudale conveniant, dubium non est, quin catenus, *illustrationis gratia* ad Longobardicum quoque provocari possit. Imo quemadmodum in Saxonia, si casus ex Jure Saxonico decidi nequeat, ad Longobardicum *in subsidium* recurritur, ita quin idem in Lusatia fieri debeat, non dubito. Ast hoc modo in paucissimis Jus Longobardicum obtinebit, nec eatenus pro regula supponi potest.

Feuda Lusatiæ a sunt impropria.

§. IV. Ex hisce nunc suppositis concludo, feuda Lusatiæ superioris esse *feuda impropria*. Quemadmodum enim feudum proprium dicitur, quod communi & regulari feudi jure censetur. Anton. *Jur. feudal. disp. 1. §. 7* ita improprium dicitur, quod a communi seu regulari feudi jure recedit, *1. feud. I. c. 1 §. fin* Anton. *cit. l.* vel ut Schrader *de feud. p. 2. c 3. n. 1. seq.* ait, cujus naturalibus in aliquo per pactum, statutum vel consvetudinem derogatum est. Jam satis constat & paulo post penitius explicandum est, recedere Feuda Lusatiæ in plurimis a regulari feudi Jure Saxonico per constitutionem tum Maximiliani, tum ordinationem feudalem, & ita pro impropriis intuitu juris feudalis Saxonici, quod regulam constituit, merito haberi debere. Et cum ita per constitutiones speciales derogatum sit generaliter naturalibus feudorum Lusaticorum, firma inde & constans nascitur præsumtio, *omnia feuda Lusatiæ superioris in dubio tam diu præsumi impropria, donec contrarium probetur.*

Et ita quoque præsumuntur.

Equidem alias constat, feuda in dubio magis præsumi propria quam impropria, cum naturalia semper inesse præsumantur Dn. Præs. *Exam. Jur. feudal. c. 3. qu. 6.* Rosenthal *de feud. c. 2. conclus 54.* Menoch. *l. 3. Præs. 95. n. 1.* Sonsbec. *de feud. p. 4. num. 2.* Struv. *Syntagm. Cons. feud. c. 16. th. 13. n 3.* hæc præsumtio tamen toties cessat, quoties feuda impro-

priam naturam generaliter acceperunt ex ipsa legis vel constitutionis provincialis, aut etiam consvetudinis dispositione. Anton. *Jur. feud. c. 1. th. 7. litt. c.* id quod de feudis Lusatiæ superioris liquidum expeditumque est.

Unde Feuda propria in Lusatia?

Qui itaque feudum aliquod proprium esse dicit in Lusatia superiori, ille hoc probare debet. Posse enim talia feuda ibidem dari, constat ex ipsa *Ordinat. feud. Lus.* adjecta *corpori Juris Saxonici*, *ubi p. 82.* expresse excipiuntur a dispositione illa generali casus certi, in quibus feuda Lusatiæ regularem naturam, quæ in non alienando consistit, retinuerunt, **jedoch daß denenjenigen, welche mit alten** special **Belehnungen versehen, und vermöge derselben und alten** observanz, **weilen alle und jede Mitbelehnte ohne** Consens **keine freye Macht und Gewalt die Lehn-Güter zu** alieniren **und zu verwenden haben, wie denn auch denen, so sich etwa durch sonderliche** Pacta **derohalben verglichen, durch diese Verordnung nichts** præjudiciret, **sondern dieselben bey ihren habenden Rechten** de non alienando **billig gelassen werden sollen.** Qui itaque in Lusatia provocat ad regularem feudorum naturam contra ordinationem feudalem, ille se vel in *pacto*, vel in *speciali* qualitate, sub qua ad *simultaneam investituram* admissus est, fundare debet, & qoia utrumque in facto consistit, merito hoc ab allegante probandum est.

Nihil minus tamen feuda Lusatica manent feuda, nec sunt allodia.

§. V. Utut vero feuda hæc *degenerantia* sint, feuda tamen adhuc manent, neque enim essentialia tolluntur aut mutantur, sed, his salvis, naturalibus tantum derogatum esse, post patebit. Unde adhuc hæc feuda Lusatica ab *allodio*, quod etiam ibidem deprehenditur, differunt. Præcavere hoc voluisse videtur Serenissimus Legislator *in Ordin. feud. Lus.* ubi aliquoties hoc monitum legimus, veluti etiam p. 81. **Dadurch denn denen Lehn-Güthern die Natur, Art und Eigenschafft nicht benommen, noch dieselbe zu Erbe gemacht:** & p. 83. **daß dergestalt die Natur der Lehn-Güther umgekehret, und aus denselbigen** allodial- **und Erb-Güther** in effectu **würden gemachet werden.** Equidem participant quædam de natura allodialium, maxime, si facultatem alienandi intuemur, sed tamen nec hæc omnino libera est, & in aliis feudi naturam adhuc retinent.

Improprietas stricte accipienda.

§. VI. Cum itaque nullum Jus singulare sit ad consequentiam trahendum, sed potius stricte interpretandum, *l. 14. ff. de LL.* & in dubio potius regulæ inhærendum sit, hinc quoque improprietas, quæ in feudis Lusatiæ superioris deprehenditur, ultra limites præscriptos extendi nequit. Hoc enim in quibuscunque feudis impropriis attendendum, ut in ceteris omnibus juxta propriam feudorum naturam judicari debeant, exceptis solum iis, quæ consvetudine vel statuto aliter determinata sunt. Rosenthal *de feud c. 2. conclus. 54.* Schrader. *de feud. p. 2. c. 4. n. 43.* Roland a Valle *cons. 2. n. 135.* ut tamen simul ea, quæ ex irregularitate illa sequuntur, per necessariam consequentiam comprehensa censeantur. Schrader. *cit. l. n. 77* Dico per necessariam consequentiam, si enim consequentiæ necessitas in dubium vocatur, aliud dicendum. Ex hoc fundamento circa feuda Lusatiæ superioris plura in dubium vocata fuere. Concesserat Maximilianus potestatem alienandi, inde inferebant, ergo permissum quoque esse de tali feudo testamentum condere, quam consequentiam quidam Dd approbant, Menoch. *cons. 61. n. 7.* Surd. *lib. 3. cons. 305. n. 34.* quidam reprobant, Schrader. *cons. 1. n 266.* Dn. Hornius *de Jur feud. c. 14. §. 4.* Inde necessum fuit per authenticam interpretationem hoc declarare, & quia consequentiæ necessitas non satis clara & evidens erat, declaratum fuit, testamenti factionem haud comprehendi sub alienandi facultate Lusatis concessa. Sic etiam ex feudi alienabilitate non fluit necessario successio filiarum; ergo quoque *in Ordinat. Lusat. p. 81.* expresse filiæ a successione exclusæ fuere, cum feudum in certo casu improprium, in reliquis uaturam feudi propriam retineat.

Alienandi Facultas abhorret a feudis.

§. VII. Pergo jam ad ipsa Jura singularia feudorum Lusatiæ superioris. Primarium & principale Jus singulare, quod in eis occurrit, est *libera facultas feuda Lusatica alienandi*, quæ jure communi feudali tam Saxonico, quam Longobardico repugnat. Cum enim non plena proprietas in vasallum transferatur, sed utile tantum dominium, & præterea domini intersit propter fidelitatem ipsi præstitam, ne, se invito, alius vasallus substituatur, ne dicam, agnatorum & simultanee investitorum jus, quod a primo acquirente habent, ita lædi, alienatio utique pugnare videtur cum ipsa feudorum natura. Atque huc tendit constitutio Conradi & Friderici de prohibita feudi alienatione. *2. F. 40. & 2. F. 55.* & Juris antiqui Saxonici feudalis dispositio c. 8. quod etiam repetitum *in P. 2. Constit. Elect. 48.* Quod in tantum verum est, ut ne quidem novum feudum sine domini consensu alienare permissum sit. Schrader. *de feud. p. 8. c. 1. n. 5.* licet vel maxime oblatum sit, Nic. Burgund. ad consvet. Flandr. *tr. 4. n. 13 seq.* Dn. Hert *de feud. obl. p. 2. §. 41.* Quamvis alias in feudis oblatis major libertas vasallis competere videatur. Imo ne tunc quidem permittitur, quando vel maxime tali alienatione domi-

domini conditio melior redderetur, Schrader *cit. l. n. 49.* neque enim vasallus de eo judicare potest, an & quatenus hoc utile esse possit. Ex quo de jure communi variæ conclusiones oriuntur, veluti quod non possit in emphyteusin dare, permuta e, alteri pignori dare, nequidem vendere ob necessitatem æris alieni, in solutum dare, in dotem dare, quippe quibus titulis feudum alienatur, de qua materia ex professo agit Schrader *de feud. p. 8. c. 1.* & Dn. Thomasius diss. *de prohibita feud. alienatione.* Quodsi ergo illicite alienatio facta est, Vasallus feudo privatur, & de Jure Saxonico revertitur statim ad agnatos simultanee investitos, *vid. p. 2. constit. 48.* sed de Jure Longobardico revertitur ad dominum, quamdiu ipse alienans & posteri vivunt, quia *dominum contemnere videtur*, ut dicitur 2 feud. 24. in f.

Quatenus ex privilegio Ferdinandi in Lusatia concessa alienatio.

§. VIII. Sed feudorum Lusaticorum diversa est natura & ratio. Et quidem primo ex Privilegio Ferdinandeo de anno 1544. alienatio Vasallis permissa fuit in certis casibus & sub certis conditionibus, uti verba privilegii docent: **Wo sichs begäbe und zutrüge, daß einer von den Herren, Ritter-Stande, oder Adel dermaßen mit Schulden beladen, und gleichwohl keine Männliche Erben hätte, dadurch er mit Beschwerligkeit seine Güter erhalten könte, und da er die zu verkauffen willens, soll derselbe solches unsern itzigen und künfftigen Land-Vogt in Ober-Lausitz erstlich anzeigen, alsdenn der Land-Vogt der Orth sich des Handels erkundigen, denselben, so die Anzeigung thut, über einen Monath nicht aufhalten, sondern so es sich dermaßen gründlich befunden, und daß solche Schulden nicht vorsetzlich noch eigenwillig gemachet oder beschehen, oder der, welcher aus Beweisen gnugsam darthun, Güther zu verkauffen, also verursachet, gestatten und zu lassen, daß derselbe seine Güther unverhindert verkauffen soll und mag.** Hic quidem alienatio concessa est in casu æris alieni; sine culpa vasalli, contracti, sed tamen & hoc jam recedit a communi & ordinaria feudorum natura, quoniam de Jure communi nequidem propter necessitatem famis, æris alieni, vel similem, alienatio fieri potest. Schrader *de feudis P. VIII. c. I. n. 20.* adeo, ut nequidem interveniente autoritate judicis alienatio facta subsistat. Matth. de Afflict. *ad Constit. Neapol. lib. 1. rubr. 97. n. 10.*

Major libertas concessa est ex privilegio Maximiliani.

§. IX. Verum postea anno 1575. accessit novum Privilegium Maximiliani II. quod jus pinguius vasallis Lusatiæ superioris concessit, quia ibi vasallis, qui nec liberos masculos, nec simultanee investitos habent, indultum est, ut feudum ad agnatos usque ad septimum gradum quidem devolvi debeat, sed hac addita clausula: **Und doch ein jeder vor den andern ungehindert mit seinem Gute frey zu thun und lassen vollkommene Macht und Gewalt haben soll und möge.** Cum vero quædam dubia circa hanc clausulam inciderent, uti apparet ex procem Ordin. feudal. de an. 1653. p. 79. ubi hoc jus singulare vocatur, **die freye ausgesetzte** *Disposition* **mit denen Lehen-Gütern**, declaratio certa & perspicua eidem accessit. Unde apparet hoc novo privilegio jus pinguius concessum esse. Nam in Ferdinandi Constitutione alienatio restricta erat ad casum æris alieni, sed Maximilianus, in casu deficientium heredum masculinorum, liberam alienationem, etiam extra casum necessitatis æris alieni, vasallis Lusatiæ dedit.

Alienans non debet habere liberos nec simultanee investitos.

§ X. Requiritur autem in tali alienatione (I.) ut alienans non habeat masculos heredes, aut simultanea Investitura speciatum comprehensos agnatos, **welche nicht ehelich gebohrne männlich Leibes-Lehens-Erben hinter sich verlassen, und nicht mit besondern** Privilegien **der gesammten Hand weiter und mehr befreyet**, ut dicitur in privilegio Maximiliani. Dantur enim simultanee investiti duplicis generis (I.) qui simultaneam investituram ex *pacto speciali*, secundum Jus commune Saxonicum, acceperunt, (II) qui absque speciali simultanea investitura ex privilegio Maximiliani, *Jure agnationis*, usque ad septimum gradum, successionem acceperunt, & vocatur **die allgemeine habende gesamte Hand**. quia in genere omnibus agnatis sine ulla speciali investitura competit usque ad prædictum gradum. His quidem præjudicari potest per talem alienationem, sed non æque illis. De his expresse disponitur in Ordin. feud. p. 81. **Ob gleich denen** Agnaten **das** Jus succedendi **auf solche Maaß eingeräumet wird doch dem Besitzer desselben ungehindert mit seinen Gütern zu thun, zu lassen frey und bevor stehen solle**, & paucis interjectis: **daß der nechsten** Agnaten Consens **(wie sonsten unter Mitbelehnten bräuchlich) nicht von nöthen, noch sich der** Juris prohibendi, redimendi **oder** revocandi **anzumassen**, & p. 82. **wodurch aber die** Agnaten **als Mitbelehnte und in der gesamten Hand begriffen, kein Recht an ermelden Güthern zu Abwendung der** Alienation **erlanget, sondern demselbigen sowohl, als gemeinen Reichs- und Land-üblichen Rechten auf einhelliges Begehren der Stände dißfalls** derogiret **worden.** Deinde specialius subjicitur: **Daß dieser allgemeinen** *privilegirten* **gesamten Hand ungeachtet, ein jeder Besitzer, vor den andern mitbelehnten** Agnaten **und Schwerdmagen ungehindert sein Lehn-Gut** per actus inter vivos **zu** alieniren **und zu veräussern Fug und Macht haben solle.**

§. XI.

Quid si speciali simultanea investitura muniti adsint?

§. XI. Aliud dicendum est de iis, qui *speciali simultanea investitura*, qualis in Saxonia in collateralibus, quoad effectum succedendi, necessaria est, muniti sunt, nam *in ordin. feudal. Lusat. p. 82. in fol.* expresse excipitur ab alienatione hic casus: **jedoch daß denjenigen, welche mit alten** special **Belehnungen versehen, und vermöge derselben und alten** Observanz, **weilen allen und jeden Mitbelehnten ohne** Consens **keine freye Macht und Gewalt die Lehn-Güter zu** alieniren **und zu verwenden haben, durch diese neue Verordnung nichts** præjudiciret, **sondern dieselbe bey ihren habenden Rechten**, de non alienando, **billig gelassen werden sollen.** Cum enim hæc simultanea investitura specialis tribuat Jus in ipsum feudum, vi cujus, mortuo possessore sine liberis, propria auctoritate possessionem simultanee investitus apprehendere potest. Mod. Pistoris *P. 2. qu. 95. n. 11.* Carpzov. *lib. 6. resp. 115.* iniquum fuisset, si his Jus suum alienando auferretur.

Unde simultanea investitura Saxonica?

§. XII. Ut vero hæc observatio eo magis perspicua reddatur, de *natura simultaneæ investituræ* quædam prælibanda sunt. Constat autem ex prima feudorum indole, quod primis temporibus successio feudalis nequidem obtinuerit, & tractu temporis demum ad filios & nepotes, constitutione *Conradi Salici*, anno 1027. permissa fuerit, quo factum, ut agnatis nulla successio in feudis competeret. Quamvis vero subinde in Italia ex conniventia Cæsarum paulatim recessum ab hoc Jure antiquo, & agnatis, qui sangvinem a primo acquirente trahunt, Jus successionis concessum fuerit, t. F. 1. In Germania tamen pristinum Jus stricte observatum fuisse constat, quemadmodum id ipsum quoque in Jure feudali Saxonico adhuc clare exprimitur. Sic c. 6. expresse dicitur: **Welcher Mann keinen Sohn hat, der erbet die Gewehr des Guts an seinem Herrn**, i. e. feudum ad Dominum devolvitur, & in c. 21. **Es vererbet niemand kein Lehen, denn allein der Vater auf den Sohn.** Expresse autem collaterales excluduntur in c. 32. his verbis: **Man mag viel Brüdern ein Gut leihen, ob sie es mit gesamter Hand empfahen, und gleiche Gewehr daran haben. Wollen sie sich aber darnach scheiden mit dem Gut, sie mögen es wohl theilen unter sich, ohne des Herrn Willen, wie sie wollen. Wenn sie sich aber theilen, so hat ihr keiner kein Recht mehr an des andern Theil ob der ander stirbt.** Idem confirmatum legitur in *Jure Alem. feud. c. 63. §. 2* uti plenius docet Schilter, *de investit. princip. imper. simult. cap. 2.* Cum itaque ex hactenus deductis constet *ipso Jure feudali* agnatos collaterales haud admitti ad successionem, alio opus fuit medio, ut successionem impetrarent, pacto scilicet vel investitura speciali, ut, quemadmodum per illam feudum acquiritur, ita quoque agnati hac simultanea investitura, possessore liberis destituto, defuncto, feudum acquirerent. Unde succedere dicuntur agnati in Saxonia, **nicht aus angebohrner Sipschafft, sondern aus Macht des Gedinges.** Atque hæc restrictio additur *in cit. cap 32. Jur. feudal. Saxon.* **Ihm sey denn anderweit das Geding und die Anwartung daran geliehen.** Neque vero hæc successio per simultaneam investituram tantum obtinuit apud Saxones, sed etiam per totam Germaniam, & ita quoque in quibusdam locis extra Saxoniam adhuc retenta est, uti testatur Schilter. cit. loc. quod vero in plurimis extra Saxoniam locis hæc postea omissa sit, Juri Longobardico adscribendum, cujus usus postea invaluit, & Jura pristina suppressit.

Simultanea investitura etiam in Lusatia recepta.

§. XIII. Sic itaque dubitandum non est, ab initio quoque usum simultaneæ investituræ in Lusatia receptum fuisse, cum Jus feudale Saxonicum ibidem unice valuerit, uti c 1. vidimus. Verum, postquam paulatim hæc omitti cœperit, per privilegium Maximiliani huic rei provisum est, ut tamen *simultanea investitura specialis* non in totum excluderetur, cujus usus in quibusdam feudis adhuc retentus & *nova ordinat. feudali* confirmatus fuit. Quemadmodum itaque hæc investitura Jus aliquod in re investito tribuit, D. Horn. *in Jurisprud. feudal. c. 12. §. 30.* ita quoque in Lusatia superiori eundem effectum habere debet, quod jus alienando simultanee investitis auferri nequit. Quod si itaque alienatio, simultanee investitis non consentientibus, facta est, secundum Jus commune desuper judicandum erit. Videlicet *in P. 2. Constit. Elect. 48.* distingvitur, utrum *licite*, hoc est, cum consensu domini feudi, an vero *illicite*, sine ejus consensu alienatio facta sit. Hoc casu simultanee investitus, vivente adhuc alienatore, statim admittitur, illo vero, tunc demum, si alienator ejusque descendentes mortui fuerint. Conf. Carpz. *P. 2. l. 48. def. 13. & 14.*

Quid si alienatio invitis simultanee investitis facta?

Quid si non obstante simultanea investitura alienatio consensu domini facta?

§. XIV. Quid vero dicendum, si dominus feudi in alienationem consensit, sed emtor feudi, seu novus vasallus, sine liberis decedat, vivente adhuc alienatore vel ejus liberis, an tunc feudum ad dominum, an vero simultanee investitos revertatur? Quæstio hæc in utramque partem disputari potest; pro domino facit, quod hoc feudum alienatum, respectu emtoris *certo modo & respectu*, factum fuerit novum, Rosenthal *de feud. c. 5. qu. 52. n. 3. seq* Schrader *de feud. P. 2. c. 3. n. 59.* & præterea ex

præ-

prædicta constitutione appareat, quod simultanee investiti, alienatore demum mortuo, feudi successionem habere possint *2. f. 26. §. Titius 2. feud. 39.* Pro simultanee investitis tamen æque prægoantes rationes ex jure feudali communi allegari possunt; Nam constat, feudum illicite alienatum statim devolvi ad simultanee investitos. Berlich. *P. 2. concl. 59 n. 23.* ex quo firmiter concludi posse videtur, etiam in casu feudi licite alienati feudum statim reverti debere ad simultanee investitos, novo vasallo mortuo. Si enim agnati, præferuntur domino in revocatione feudi illicite alienati, multo magis ei præferendi videntur, ubi dominus consensum in alienationem dedit, & ita Juri suo renunciavit. Neque enim allegata constitutio Electoralis de hoc casu loquitur, sed hanc singularem circumstantiam præsupponit, si feudum adhuc penes emtorem novum sit, quod tunc demum, alienatore mortuo sine liberis, a novo emtore revocari queat: Verum si emtor non amplius feudum teneat, si hic sine liberis decedit, non potest reverti ad alienatorem, qui Jus omne amisit, nec ad dominum, qui consentiendo in feudum jus suum remittere videtur, & prætcrea etiam excluditur, si illicite absque ejus consensu alienatio facta fuerit.

Realis investitura requiritur.

§. XV. Ut tamen simultanee investiti, in casu prædicto, jus revocandi alienationem consequantur, requiritur, *ut α.) simultanee investitus investituram a domino acceperit*, & quidem β.) *consentiente & simul petente possessore feudi.* Nam si eo inscio investituram impetravit, possessori adhuc integrum est pro lubitu feudum alienare, eum, respectu possessoris, simultanee investitus nullum jus contradicendi obtinuerit. Hart. Pistor. *obs. 41. n. 14 debet* enim quasi quædam societas esse inter simultanee investitos succedendi gratia. Modest. Pistor. *P. 3. qu. 159.* Carpz. *lib. 6. resp 76. n 11.* & sic utriusque consensus & factum accedere debet; similiter, si realis investitura non accessit, sed nuda promissio seu expectativa, alienatio non impeditur. Et hoc est, quod Dd. ajunt, *feudum novum licite alienari* per acquirentem, quantumvis etiam filii vel reliqui cum eo investiti consensum suum alienationi non accommodaverint, ut loquitur Hart. Pistor *cit l. n. 3.* quod non de reali investitura a primo acquirente in casum mortis, quidam simul assumti & in literis investituræ nominati sunt, conf. Thoming. *decis. 29. n 2 seqq.* Nec hoc in Lusatia superiori ullibi restrictum aut prohibitum est, quin potius, cum taotum casus *realis simultanea investitura* exceptus sit, manet regula, de alienandi facultate, etiam quoad hunc casum firma, donec hæc exceptio probetur. Illustratur hoc ipsum ex responso illustris Facult. Jurid. Wittebergens. in casu quodam, ubi realis investitura deficiebat, & nuda recognitio de admittendo expectivario, in casum mortis vasalli possessoris, data erat, quod illustrationis gratia inserere placet:

Facti Species.

Hat derselbe in verwichenen 1702ten Jahre ein gewisses Lehn-Gut, im Marggrafthum Ober Lausitz, Ordenmonnsdorff genandt, erkaufft, und weil er weder Männliche Leibes-Lehens-Erben, noch Agnaten gehabt, sich zu dem Ende die freye Disposition darüber, unter dem Vorwand, als ob das Gut auf dem Falle stünde, nicht umschrencket werden möchte, bey der Lehens-Suchung dahin erklähret, daß er Hanßen Casper von Uchtritz mit ins Lehn nehmen wollen, und daß derselbe bey der Lehns-Reichung zur Mitbelehnschafft admittiret werde, zufrieden sey, worauf auch dieser um die Bekäntniß solcher Mitbelehnschafft angehalten, und endlich am 19 Septembr. des gedachten 1702ten Jahres dero Lehn-Brieffe die Clausul, daß nach deßelben und seiner Männlichen Leibes-Erben Abgange, der von Uchtritz, und seine Männl. Leibes-Lehns-Erben, solch Gut, samt allen und jeden pertinentien, haben solle, inseriret worden; Es ist aber nach der Zeit der von Uchtritz, mit hinterlassung eines unmündigen Sohnes verstorben, und derselbe anietzo das Gut Ordenmonnsdorff an Wolff Heinrichen von Lüttichau zu verkauffen gemeynet, darwider des Unmündigen von Uchtritz Vormündere, besage der Beylage sub E. F. G. sich moviret, und gegen die alienation unterschiedlich protestiret; dannenhero derselbige, ob durch die von ihme beschehene denomination sub B. und oben angeführte Worte des Lehen-Brieffes sub D. der von Uchtritz nach denen Sächsischen Rechten die gesamte Hand beständig erlanget, zu wißen begehret, nach mehreren Inhalt des uns zugeschickten Berichts und derer Beylagen.

Rationes dubitandi.

Wenn nun gleich von des von Uchtritz Vormunden eingewendet werden möchte, daß ihrer Pflegbefohlener Vater allerdings das Recht der Sächsischen Mitbelehnschafft würcklich erlanget, inmaßen nicht allein derselbe intra annum gebührende offeriret worden, sondern er auch selbst, daß ihm selbige bekennet werden möchte, angehalten, und darauf, daß die vorgedachte Clausul dem Lehen-Brieffe inseriret worden, erhalten; Dannenhero, da des Domini directi, des vasalli und des simultanee investiti consensus allerseits vorhanden, an deren validität der erlangten Mitbelehnschafft nicht zu zweiffeln, selbige auch nicht pro investitura simultanea Juris Communis, sondern Saxonici zu halten sey, weilen der von Uchtritz in der Beylage sub C. sich ausdrücklich auf die Sächsis. Rechte bezogen, auch das

Jus offerendi simultanee investito denen Sächßl. Rechten gemäß exerciret worden;

Rationes decidendi.

Dennoch aber und dieweil, vermöge der Chur-fürstl. Sächßl. Rechten, das Jus simultaneæ investituræ, dadurch, daß auf des Vasalli Ansuchen, jemand in denen literis investituræ de novo exprimiret worden, bevor er die gesambte Hand würcklich gesuchet, und sich damit belehnen lassen, nicht erlangt wird, Torgauisch Ausschreib. de an. 1583. Tir. Welcher gestalt die *Agnat*en §. jedoch, *vers.* den sonsten: welches nach der meisten Rechts-Lehrer Meinung dahin erklähret wird, quod antequam actualis investitura accesserit, & juramentum fidelitatis præstitum fuerit, pro simultanee investituro quis haberi possit, secundum communem sententiam Carpz. *L. 6. Resp. 76. num. 8. seqq.* Nicol. Ref. *Pr. 12. num. 57.* Struv. *S. J F. c. 9. aph. 14. n. 4.* Dn. Lyncker. *Cent. V. Dec. 412.* Der von Uchtritz hingegen weder actualiter die Lehns Pflicht abgeleget, noch um die Belehnung, sondern nur nach der Beylage sub C. daß ihme solche bekennet werden möchte, angehalten, welches aber, daß es erfolget, nicht einmahl aus dem Lehen-Brieffe sub D. zu erweisen, cum nova expressio in literis investituræ vim actualis investituræ simultaneæ non habeat. a. dict. §. des Torgauisch. Ausschreib.

Decisio.

So erscheinet daraus allenthalben so viel, daß der von Uchtritz durch die beschehene Denomination sub B. und die angeführten Worte des Lehen-Brieff.s, die gesamte Hand nach Sächsischen Rechten nicht beständig erhalten habe, vor eins: Auf die andere Frage

Quæstio II.

sprechen wir vor Recht. Will derselbe berichtet seyn, ob die Mitbelehnschafft des von Uchtritz, wenn solche schon nach Sächsischen Rechten beständig von der Würckung sey, daß dahero der Verkauff des Gutes Ortmannsdorff gehindert, auch solches mit der Zeit ohne Entgeld retrahiret werden könne?

Rationes dubitandi.

Ob nun wohl an dem, daß nach Sachsen-Recht ohne der mitbelehnten Consens ein Lehn-Gut valide nicht veralieniet werden könne, und den Mitbelehnten auch das Jus retractus, daferne sie nicht in die Veräusserung consentiret, allerdings zustehe, hiernechst eingewendet werden möchte, daß, wenn gleich die Mitbelehnschaffe ante investituram actualem & præstitum homagium respectu Domini directi, nicht zur Würcklichkeit gelanget, selbige doch intuitu vasalli, qui simultanee investitum obtulit, vor beständig zu achten sey.

Rationes decidendi.

Dieweil aber dennoch in denen oben angeführten §§. des Torgauischen Ausschreibens deutlich enthalten, daß die Mitbelehnten, wenn sie gleich dem Lehn-Briefe bereits mit inseriret, dennoch bevor die würckliche Belehnung geschehen, den Verkauff der Ritter-Güther zu fechten und zu hindern nicht befugt seyn sollen, mithin hierdurch derselbige in soweit, auch respectu vasalli vorher, pro simultanee investitis nicht zu halten. So ist der von Uchtritz auch die alienation des Gutes Ortmannsdorff zu verhindern, oder daran dereinst das Jus retractus zu exerciren nicht befugt.

Habent agnati non simultanee investiti Jus retractus.

§. XVI. Reservatum tamen hoc in casu est Jus protimiseos illis agnatis, qui ex privilegio Maximiliani usque ad septimum gradum jus succedendi impetrarunt, uti disertis verbis cautum legitur *in Ordin. feud. p. 82.* Dieweil aber in unserer confirmirten Lands- und Amts-Ordnung gewisse Versehung wegen der näher Geltung und Vorkauffs des nächsten Agnaten in alienationibus judicialibus gethan, lassen wir es billig, so viel das Jus protimeseos anbelanget, dabey verbleiben. Nam in *Ordin. provinciali de an. 1583. p. 48.* expresse cautum legitur: In Versetzung und Verkauffung der Güter aller, sollen dieselbe denen Mitbelehnten gegönnet und vor andern gelassen werden. Atque hoc Jus retractus etiam Juri Communi conveniens est, & natales suos habet ex Jure Consanguinitatis, vi cujus proximis consanguineis etiam in aliis bonis hoc Jus concessum. Rosenthal. *de feud. c. 9. concl. 87. n. 2.*

Quid circa Jus protimiseos in alienatione extrajudiciali observandum sit?

§. XVII. Cæterum in Ordin. feudali Lusatiæ superioris idem Jus protimiseos quoque agnatis concessum in alienatione extrajudiciali, nam ibi expresse dicitur: So viel den Vorkauff, der ihme hiermit auch soll ausgesetzet und vorbehalten seyn, antrifft rc. Sed intra certum tempus tamen restrictum est. Requiritur enim (1.) ut agnatis feudum offeratur, (2.) ut intra tres menses se declarent, quo non facto, postea jure suo uti nequeunt. Dicitur enim cit. l. und wollen auch ferner gnädigst, um Verhütung allerhand Inconvenientien willen, in alienationibus extrajudicialibus dem nechsten Agnaten, so viel den Vorkauff, der ihm hiermit auch soll ausgesetzet und vorbehalten seyn, antrifft, eine gewiße Zeit, als nehmlich 3. Monat zur Loßsage oder zum Kauff des Lehens des Mitbelehnten designirt und beraumet haben. Und da er nach beschehener Antragung in solcher Frist bey den Verkäuffern und Käuffern sich nicht angeben laßen würde, daß er nachmals in den Kauff zu treten nicht befugt seyn solle. In hoc differt a jure communi, quippe secundum quod a die scientiæ intra annum hoc jus exerceri potest *2. feud. 26. §. Titius*, quod quoque jure Saxonico cautum est, hac tamen sub distinctione, ut si in remotiorem agnatum vel simultanee investitum facta fuerit alienatio, tunc retractus jus exerceri debeat intra annos 3. & 6. septimanas, juxta *const. Elect. 50. p. 2.* Postea tamen *in Ordin. Torgav. de anno 1583.* hoc correctum & indistincte annus juri protimiseos præstiturus est.

vid.

vid. Carpz. *P. 2. c. 50. def. 1.* In subhastationibus quoque idem tempus reservatum est agnatis vel simultanee investitis, uti expresse dicitur: Allewege aber soll nach erfolgter adjudication, es habe gleich der *Creditor* selbst oder ein ander liciriret, und dadurch die adjudication erlanget, dem *debitori* und seinen Mitbelehnten Jahr und Tag zur Ablösung reserviret und frey gelassen. vid. Ober-Laußnitz. Amts- und Gerichts Ordnung p. 18.

An etiam jus retractus stricte dictum competat?

§. XVIII. Cum vero Jus protimiseos sit duplex, videndum omnino, an utrumque hic quoque in extrajudiciali alienatione locum habeat? Jus protimiseos enim stricte dictum tantum præbet jus venditionem nondum factam impediendi, & alterum, ut mihi prius rem emendam offerat, compellendi. Late vero dictum tribuit facultatem venditionem impletam rescindendi & rem venditam & emtori traditam revocandi, vocaturque *Jus retractus* stricte dictum Dn. Præs. *exam. Jur. feud. c. 20. qu. 3.* De Jure protimiseos nullum dubium est, quippe quod in alienationibus extrajudicialibus conceptis verbis intra 3. menses indultum est. Sed de *Jure retractus stricte dicto* gravius dubium incidit. An etiam agnatus proximior intra prædictum tempus rem ab emtore retrahere possit? Rationes dubitandi colligi possunt ex ipsa *Ordin. feudali p. 82.* ubi expresse tantum indulgetur der Vorkauff h. e. Jus protimiscos & subinde tantum fit mentio oblationis, der Antragung, quæ itidem tantum in Jure protimiseos locum habet, & denique facultas tantum agnatis conceditur in den Kauff zu treten, quod præsupponit rem adhuc integram, & nondum plene alienatam esse. Accedit, quod feuda Lusatiæ sint alienabilia sua natura, & ita contra tertium possessorem nulla actio competere videatur. Verum enim vero, cum in *judicialibus alienationibus* Jus retractus expresse indultum sit, uti §. antec. vidimus, & hoc ipsum quoque in *Ordin. feud. p. 82* diserte confirmatum, & præterea extensum ad alienationes extrajudiciales, tantumque in tempore quædam mutatio facta fuerit, verba non captanda, sed ex hisce circumstantiis judicandum esse in extrajudiciali, quod in judiciali. Accedit, quod utrumque jus protimiscos in Jure communi feudali fundatum sit, & ei quoque in Lusatia tamdiu stari debeat, donec expressa dispositio in contrarium occurrat.

An etiam extraneis simultanee investitis hoc jus competat?

§. XIX. Quemadmodum vero hoc jus retractus potissimum in *agnatione* fundatum est, ita dubium non leve incidit, an idem etiam de *extraneis*, qui investitura prima comprehensi non sunt, seu simultaneam realem investituram non acceperunt, dicendum sit? Ratio dubitandi prægnans desumi posse videtur *ex Ordin. provinc. de anno 1582. p. 48.* ubi generaliter dicitur: In Versetzung und Verkauffung der Güter aber, sollen dieselbe den Mitbelehnten gegönnet und vor andern gelassen werden. Verum cum Jus Retractus potissimum agnatis concessum sit, hæc verba commode ad agnatos restringi posse videntur. Quod ipsum dilucide explicatur in sequenti responso Witteberg. in casu, de quo in §. 15. mentio facta est:

Facti species.

Fället Zweiffel vor, ob die Sächsische Mitbelehnschafft, daferne dieselbe sonst in Rechten beständig wäre, auch in gegenwärtigen Fällen nur in dem Marggrafthum Ober-Laußitz, die Veräusserung verhindern, und das Jus retractus den simultanee investitis geben könne?

Rationes dubitandi.

Wenn nun schon in der Churfürstl. Sächsischen Lehne Ordnung denen Agnaten auf gewisse Maasse das Jus protimiscos zu exerciren nachgelassen, und hiernechst eingewendet werden möchte, ob könnte das Privilegium Maximiliani, welches von der gemeinen gesamten Hand zuverstehen, auf die specialem investituram simultaneam Juris Saxonici, nicht gezogen werden;

Rationes decidendi.

Dennoch aber und dieweil die Churfürstl. Sächsische Lehns Ordnung als ein Jus correctorium strictissime zu interpretiren und also weder auf das Jus retractus, noch auf die simultanee investiros in genere zu extendiren; hiernechst in selbiger deutlich enthalten, daß der nächsten Agnaten Consens wie sonst bey Mitbelehnten nöthig zu alienation derer Lehn-Güter nicht erfordert werde, auch diese das Jus prohibendi, redimendi, revocandi nicht exerciren sollen, woraus nicht undeutlich zu schliessen, daß mans daselbst, und in dem Privilegio Maximiliani, von denen Agnaten, so zugleich Mitbelehnet, verordnet, vielmehr auf diejenigen so nur schlechter Dinges mit belehnet, und keine Agnati sind, appliciret werden könne: zu geschweigen, daß in gegenwärtigen Falle dem Angeben nach, die Mitbelehnschafft bloß in favorem vasalli gesuchet, und auf den Fall, da derselbe das Gut nach seinem Tode verliesse, restringiret worden.

Decisio.

So erscheinet daraus so viel, daß wenn auch gleich des von Uchtritz Mitbelehnschafft beständig wäre, und das Jus retractus zu wege bringen könte, selbiges doch in dem Marggrafthum Ober-Laußitz und in dem gegenwärtigen Fall nicht statt finden würde, alles von Rechtswegen, urkundlich mit der Juristen-Facultæt Insiegel besiegelt.

Idem quoque JCti Halenses in prædicto casu censuerunt, cujus verba adscribere operæ pretium erit:

Facti species.

Hat derselbe in dem Marggrafthum der Ober-Laußitz ein Lehn-Gut gekauffet, und einem

seiner guten Freunde, weyland Hansen Caspar von Uchtritz auf Ober-Linde, samt dessen Männlichen Leibes-Erben in die Mitbelehnschafft genommen, und da derselbe jetzo Vorhabens ermeltes Lehn-Gut wieder zu verkauffen so moviren sich des vorgedachten Mitbelehnten seiner hinterlassenen Kinder ihre Vormünder dargegen, und prætendiren das Jus protimiseos vorjetzo, und nach dessen Todes-Fall das Jus retractus. Wird dannenhero gefraget: Ob die Prætendenten denen Rechten nach in einem oder dem andern dieser Ansprüche gegründet seyn? oder nicht vielmehr keines von beyden ihnen zu statten kommen möge? Ob nun wohl scheinen möchte, daß die

Ratio dubitandi. Mitbelehnten insgemein ein jus quæsitum an der Lehens-Folge hätten, welches ihnen facto alieno nicht genommen werden könte &c. Sande de Pohib. *rer. alien. p. 4. c. 2. §. 18.* nachgehends solches die Gewohnheiten zeugeten, nach welchem derjenige, so einen extraneum in die Mitbelehnschafft nimmet, insgemein sich wider solches Recht durch einen Revers zu verwahren pfleget, welches ja nicht nothwendig wäre, wenn die Rechte jenem nicht beydes zugeleget hätten. Hornius *cap. 12. § 29. p. 326.* Endlich noch die Lausitzsche Lehens-Ordnung selbsten denen mitbelehnten Agnaten das Jus protimiseos mit ausdrücklichen Worten verbehalten in dem §. anlangende die 2. Clausul des Privilegii. Welchemnach die Mitbelehnte das Jus particulare & commune und abänderlich auch nach letztens das Sächsische Lehn-Recht vor sich hätten, da denen Mitbelehnten das Jus protimiseos & retractus frey gegeben wäre, *P. 2. Const. Elect. 48.* Mencke *de feudo ex pacto cum simult. invest ali. § 6. p. 804*

Rationes decidendi. Welches Recht in der Ober-Lausitz, cessantibus statutis provinciæ particularibus, nicht weniger statt zu haben scheinet. Dieweilen aber unter denen simultanee

1 investitis ein grosser Unterscheid ist, indem einige jure agnatico, andere zwar als extranei, jedoch titulo oneroso, ferner andere durch die gesamte ordentliche Hand die Mitbelehnschafft erlanget, andere aber im Gegentheile, als extranei, nullo eorum facto concurrente, bloß aus guten und freyen Willen des vasalli primi acquirentis, zu dem Ende mit in die Belehnung genommen werden, damit das Lehn im Fall sie solches biß an ihr Ende behalten würden, nicht sofort dem Lehns-Herren wieder heimfallen, sondern auf den Mitbelehnten kommen möchte. Kœppen *decis. 47. 101.* in welchem letztern casu, worinnen man hier versiret, den Vasallen allemahl frey bleibet, das erworbene Gut ohne Consens eines solchen Mitbelehnten nach eigenem Gefallen zu veräussern, Hartm. Pistor. *lib. 2. quest. 20. n. 17. seq* woselbst er folgender Meinung ist: Qui de feudo novo ob propria merita fuerat investitus, alios simul secum investiri curavit & tamen horum aliud factum nullum accessit, integrum ei manet de feudo isto pro libitu disponere & simultanee investiros excludere; nam hoc casu nihil impedit, quo minus is, cujus gratia pactum fuerat adpositum absque consensu alterius id revocare possit. Welches Recht in einem feudo novo, auch selbsten wider die Mitbelehnten Agnatos gebrauchen, deren Consensus der Vasallus acquirens bey vorgenommenen Veräusserungen gar nicht nöthig hat. Julius Clar. *lib. 4. §. feudum. quæst 41. n. 2.* quamvis agnati ex tenore investituræ alias successuri essent. *Consil. Altorff. 66. n. 25. f. 196.* Nachgehends dergleichen Mitbelehnschafft, da weder das Vinculum agnationis, noch die gesamte Hand sich befindet, der donationi mortis causa gleichet, durch welche niemanden die Hände gebunden seyn, das seinige zu veräussern. Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 20. n. 21.* Uber dieses nach den Ober-Lausitzschen Lehn-Rechten jeden Vasallen ins besandere frey gelassen, ohne von seinen Mitbelehnten Consens zu haben, sein Lehn nach gefallen zu veräussern, und ausser denen das jus protimiseos keinem andern Mitbelehnten frey gegeben ist. Verb. anlangend 2. die Clausul, ferner unter dem Nahmen der Agnaten oder Vettern, deren jetzo Erwehnung geschehen, kein blosser Mitbelehnter, vielweniger aber ein Agnat mit verstanden werden mag, theils, weil dieses Privilegium der ersten Eigenschafft der Lausitzschen Lehen schnurstracks entgegen lauffet, und folglich ultra personam expressam nicht extendiret werden kan; theils auch weil auf solche Weise dem gemeinen Lehen-Recht derogiren wollen und mithin folgen müste, daß die Lausitzsche Lehen, darüber die Vasallen sonst freye Hand haben, in diesem Fall gebundener, als die beschwerlichsten Longobardischen Lehen selbsten wären, angesehen bereits oben gedacht worden, daß in diesen das Jus protimiseos in feudo novo, keinem blossen Mitbelehnten zukomme, zu geschweigen, daß man nöthig haben solte, dasjenige, was die gemeine und besondere Lehen-Rechte einem Vasallen zulegen, erst durch einen Revers wider den andern zu verwehren, vielmehr, wenn solches irgend in dergleichen Fällen geschehen, selbiges pro re superflua zu achten ist. So halten

Decisio. wir dafür, daß des von Uchtritz, als Mitbelehnten, nachgelassenen Kindern in dem veräusserten Lehn-Gut, weder das Jus protimiseos, noch aber retractus auf einige Weise zu kommen möge: von Rechts wegen.

Dominus de jure communi habet jus protimiseos.

§. XX. Non tantum vero jus protimiseos agnatis & simultanee investitis de jure communi conceditur, sed etiam domino feudi, ob favorem consolidationis, & quia æquum est, rem ad eum potius redire, a quo profecta est, & quia partem dominii habet, quam ad alium, *2. feud. 9. §. porro.* Dn. Hornius *in Jurispr. feudali c. 20. §. 10.* Schrader. *de feud. lib. 8. c. 3.* Cum vero hac

de

An idem obtineat in feudis Lusatiæ superioris

de re nihil conceptis verbis cautum sit in jure feudali Lusatico, quæstio oritur: an jus protimiseos in Lusatia superiori quoque concessum sit domino feudi? Quod affirmandum censeo, & cum hæc quæstio a ICtis Wittebergensibus in responso quodam, quod Dn. Hornius *in appendice 2. n 16. Jurispr. feudalis* adducit, clare & perspicue sit decisa, loco rationum decidendi illud hic adducere placet, & licet de Lusatia inferiori tantum loquatur, rationes decidendi tamen æque ad Lusatiam superiorem applicari possunt, uti ipse contextus docebit. Est autem responsum sequens: **Haben der Durchl. Fürstin Hochfürstl. Durchl.** in auffgetragener Voemundschafft dero unmündigen Herrn Sohns 2c. auf erlangte Nachricht, daß der v N. zu W. dieses sein, in dem N. N. gelegenes Gut zu veralieniren gemeinet, selbiges, weil es einem Cammer-Gute nahe gelegen, und zu solchen ehemahls gehöret zu erkauffen, und sich dießfals des, dem Lehns-Herrn zustehenden Verkauffs Rechte zu gebrauchen, diese genädigste resolution auch dem v. L als Sie, daß dieser mit dem v. S. in Kauff-Handel begriffen, in Erfahrung bracht, notificiren, und wider die vorhabende Handelung bey der Ober-Amts Regierung des N N. durch den Cammer-Procuratoren protestiren so wohl inhibition an kauffen und verkauffen auswiecken lassen; Nachdem aber die Contrahenten, als ob vor erhaltener Notification und inhibition der Contract mit deo Mitbelehnten Consens bereits geschlossen gewesen, und mittelst der Tradition gäntzl. vollzogen worden, vorwenden, obgedachtes Vorzug-Recht aus unterschiedenen vorgeschützten Ursachen nicht einräumen wollen, will der Herr, ob in gegenwärtigen Fall das dem Lehns-Herren sonst zustehende Jus protimiseos & retractus statt finde, und durch rechtliche Ausführung zu erhalten, deo Rechtens berichtet seyn. Wenn nun gleich nach Inhalt des Privilegii Ferdinandi und des Ober-Amts instruction ein Vasall in dem N. N. sein Lehn-Gut, so fern es nicht auf dem Fall stehet, an einen Inländischen ohne des Lehns-Herrn consens zu veralieniren berechtiget, und dahero, daß in dergleichen casu die alienation absque domini consensu geschehen kan, der Lehns-Herr sich seines Vorrechts gebrauchen könne, geschlossen werden will, in mehrer Erwegung, daß eines theils die beneficia Principum contra Principem latissime zu interpretiren, und dahero obangezogenes privilegium Ferdinandinum auch auf die Aufhebung des Vorkauffs Rechts um desto mehr zuziehen, weil, wenn dieses statt finden solte, als do hierdurch das gegebene Recht der freyen alienation wieder aufgehaben würde, es das Ansehen gewinnet, andern theils der Lehn-Herr vi istius Privilegii Ferdinandini in die alienation des Guts W. gewilliget quo casu si dominus consensit alienationi, jus protimiseos cessat, Schrad. *tract. feud. P. 8. c. 4. n. 29.* ibique allegati Hartm. Histor is *l. 2. quæst. 12. n. 51.* Und einige Rechts-Gelehrte, daß insonderheit in dem Fall, da per statutum & sic etiam per privilegium die Freyheit das Lehen ohne des Lehen-Herren consens zu veräusern nachgelassen, das Jus protimiseos nicht statt finde, zu behaupten pflegen. Schrader. *de feud p. 8. c. 3. n. 3.* Ferner der Mitbelehnte, welcher sonst dem Lehns-Herren ratione des Vorkaufs zu præferiren, *2. feud. 9. §. Donare.* ibi: vel redimendo potior &c. Wesenb. c. *P. 2. consf 73 n. 43.* Schrad. *d. l. c. 7. n. 29.* Richter. *decis. 76. n. 98.* nicht nur in die alienation consentiret, sondern auch nach Inhalt des Documents sub O. dem Käuffer alle seine jura und also auch sein Verkaufs Recht abgetreten, und daß dergleichen cession geschehen könne, der analogiæ juris nicht entgegen zu seyn scheinet, cum in dubio omne jus cessibile præsumatur, si ad hæredes præsertim transitorium est, Brunnem. *de cess. act.* Atque licet Jus protimiseos agnatis competens ob jus sanguinis cedi non possit, Dn. Stryck. *de success. ab intest. D. Vi. c. 2 n. 18.* aliud tamen esse videtur in jure protimiseos ex simultanea investitura & sic ex conventione competente arg. eorum, quæ habet Rosenthal *c. 9. conclus. 92. n. 6* Hier über des Mitbelehnten Söhne verhanden, welche non obstante facto Patris deo juris protimiseos & retractus nach derer Rechts-Lehrer Meinung sich bedienen können. Rosenthal, *c. 9. conclus. 88.* Struv, *Syntagm. J. F. c. 13. aph. 22.* Endlich das jus protimiseos proprie dictum nach geschlossenen und vollkommenen Kauf keine statt findet. Dn. Stryck. *Exam. J. F. c. 20. quæst. 3.* dennoch aber und dieweil dem Lehen-Herren das Jus protimiseos und retractus unstreitig zustehet, solches auch nicht darinnen, daß in denen Lehen-Rechten die alienatio feudi sine domini consensu nicht geschehen kan, sondern vielmehr in dominio directo, quod in omni feudo, etiam improprio, penes dominum remanet & favore consolidationis gegründet *arg. l. f. C. de bon. emphyt. 2. f. 9. §. Donare.* Wesenb. *P. 2. Consf. 73. n. 41.* Carpz. *P. 2. Const. 31. D. 67.* Also bey dieser Bewandnüß, wenn von der natura feudi communi, in so weit, daß der Vasallus ohne des Lehen-Herren consens das Lehn vereusern mag, abgewichen werden, hieraus daß auch die übrigen naturalia geändert, oder gar die essentialia aufgehoben, also auch das Jus protimiseos & retractus domino competens, oder gar das dominium directum, aus welchen jenes herrühret, dem Lehn-Herren entzogen werden, keines weges folget: Feuda enim impropria exceptis illis, quorum intuitu impropria dicuntur,

communem naturam feudorum retinent, nec alia naturalia multo minus essentialia, quibus sine feudum concipi nequit, sublata censentur. Rosenthal. *de feud c. 2. conclus. 54.* Schrader. *P. 2. c 4 in fine.* Struv. *Synt. J. F. c. 2. th. 6.* Ferner die *ex l. fin. ff. de Constit. Princip.* obangezogene Rechts-Regel keines weges dahin zu deuten, daß ein beneficium oder Privilegium Principis ultra ejus intentionem und auf solche Dinge, welche unter demjenigen, was concediret worden, gar nicht begriffen, zu erstrecken, *c. 7. X. d. privil.* ubi Dd. Enenkel de *privileg. l. 2. c. 4.* in gegenwärtigem Fall auch, wie sub concessa libera alienatione die renunciatio des Vorkaufs-Recht comprehendiret, nicht gesaget werden mag; Gestalt denn diese beyde Dinge pro separatis plane zu achten, und eines ohne das andere wohl bestehen kan; Immassen auch in allodialibus die libera facultas alienandi domino competens das jus protimiseos, wo solches schon statt findet, keines weges aufhebet; Im übrigen der Vorwand, daß das Privilegium Ferdinandinum durch das jus protimiseos seinen Effect gäntzlich verliehre, von keiner Erheblichkeit sich erweise; indem des Verkauff-Rechts ungeachtet, der Vasallus sein Lehn-Gut irrequisito domini consensu, quod alias absque felonia fieri nequit *2. f. 55. 2. f. 24.* veräussern kan, selbigen aber, wenn der Lehns-Herr, so doch nicht allezeit geschiehet, in dergleichen Kauff treten, und præstanda præstiren will, wenig daran gelegen, noch ihm hierdurch die libera alienandi potestas, vasallo competens, entzogen wird. Weiter das Privilegium Ferdinandinum nicht so wohl den Lehn-Herrlichen Consens zu alienation des Lehns ertheilet, als vielmehr die Freyheit, ohne Consens zu alieniren verstattet. Wannenhero denn die oben angezogene doctrin de cessante jure protimiseos ob domini consensum, nichts zur Sache thun kan. Gestallt auch solche nur de consensu speciali in certam specificam alienationem anzunehmen, und nicht einmahl auf die Fälle, da in literis investituræ facultas data alienandi sine domini consensu, vel in genere, consensus in alienatione præstitus zu ziehen. Wesenb. *P. 2. consil. 73. n 45.* des Schraderi opinion auch welcher, ob die facultas alienandi sine dominii consensu statuto vel consvetudine concediret sey, einen Unterscheid machet, mit keiner zulänglichen ratione differentiæ unterstützet also vielmehr derjenigen Meynung bey zu pflichten, die in allen Fällen, da moribus, statuto vel privilegio potestas alienandi, irrequisito domini consensu, introduciret, das Verkauffs-Recht dem Lehn-Herren zueignen. Rosenth. *c. 9. conch. 89. n. 4.* über dieses, was den Mitbelehnten betrifft, selbiger in die alienation des Gutes W. nicht nur consentiret und zu solchem Ende den Kauff-Brief unterschrieben, also sich damit seines Rechtes begeben *2. f. 5. §. 1. 2. f. 39 c. Titius 2. feud. 26.* Struv. *c. 13. th. 19.* sondern auch der gesamten Hand und dem Verkauffs-Recht ausdrücklich renunciret, dahero auch dem Käuffer, welcher ohne dem nicht zugleich Vasallus, Possessor und Mitbelehnter seyn kan, nichts ferner bringen mögen, auch dagleich eine cessio juris protimiseos supponiret, und solche vor zulänglich gehalten wird, dennoch selbige, dem anziehen nach, titulo oneroso venditionis geschehen, und also auch dißfalls dem Lehns-Herren vor einem andern der Vorzug gebühret. Endlichen, was von des Miebelehnten Söhnen angeführet wird, ad jus tertii gehöret, dahero weder Verkauffern noch Käuffern etwas angehet, und ob der Contract ante denunciationem geschlossen, auch consummiret gewesen, noch zur Zeit nicht dargethan, und da solches gleich geschehen, dennoch das jus retractus intra annum exerciret werden mag, *c. Titius 2. f. 26. 2. f. 9.* Carpzov. *p. 2. const. 20. d. 1.* So erscheinet daraus allenthalben so viel daß in gegenwärtiger Sache das jus protimiseos oder retractus, von seiten des Lehn-Herren, vermittelst Rechtl. Processes wohl ausgeführet und erhalten werden möge. V. R. W.

§. XXI. Quamvis vero in alienatione feudorum Lusaticorum domini feudi consensus non requiratur, consonum tamen est, ut ob jus protimiseos ipsi competens feudum ipsi offeratur, quo facto, si in alienationem consensit, jus protimiseos amittit. Dn. Hornius *cit. l. c. 20. §. 10.* Carpz. *P. 2. c. 32. def. 1.* *Quid si dominus alienationi expresse consensit?*

§. XXII. Sed pergo ad alterum requisitum, quod circa alienationem feudorum Lusaticorum attendi debet, *scil. ut pactum de non alienando nullum intercesserit.* Huic enim pacto neutiquam præjudicatur in *Ord. feud. p. 82.* sed expresse deciditur: Wie denn auch dem, so sich etwa durch sonderliche pacta derhalben verglichen, durch diese neue Verordnung nichts præjudiciret, sondern dieselben bey ihrem habenden Rechte de non alienando billig gelassen werden sollen. Quamvis enim alias communis doctrina sit, non valere pactum, ne dominus rem suam alienet *l. jus ff de pact. l. 15 de servit l. 38. §. 17. de V. O.* hoc tamen tunc potissimum locum habet, si paciscentis intersit; ceterum si inde utilitatem evidentem habeat, si interesse allegare queat, uti agnati in feudis, nemo dubitabit, quin tale pactum valere debeat. *l. 7. §. f. de distinct. pign.* quamvis adhuc alii regulam priorem moribus sublatam ajant. vid. Dn. Hert. *de pacto ne domin. rem suam alien. §. 14.* *Abesse debet pactum de alienando.*

§. XXIII. Quod si itaque hoc pactum adjectum est, alienatio quidem hactenus sine Agnatorum consensu fieri nequit; ubi tamen semel facta est, non leve oritur dubium, an propterea translatio dominii *An dominium transferatur si contra pactum alienatio suscepta?*

minii impediatur & emptio nulla sit? Equidem communiter ex *lib. 7 § f. de distract. pign.* colligunt, tali pacto impediri dominii translationem, Mantica *de tacit. & ambig. conv. lib. II. tit 2. n. 14.* Brunnem. *1. dec, 70. & in comm. ad citatum lib. 7.* Dn. Hertius *citato lib. § 7.* Verum uti ipse Dn. Hertius *in §. 10.* agnoscit, hoc quidem tunc recte asseritur, si paciscens jus pignoris, vel aliud in re habeat, virtute cujus contra tertium possessorem agere possit; ast sola conventio de non alienando, sine ullo jure in re, hanc efficaciam non habet, ut impedire possit translationem dominii in tertium b. f. possessorem, præsertim cum non appareat, qua actione paciscens contra tertium uti velit, cum personalis ex pacto contra tertium non detur. Quod si tamen pacto huic clausula constituti possessorii esset adjecta, operaretur, ut remediis possessoriis contra tertium locus esse posset, Franck. *lib. 2. resol. 12. n. 40.* Dn. Hertius. *cit. l. 13.* Nec obstat, quod in *jure feudali Lusat.* dicatur, **sondern dieselben bey ihren habenden Rechten**, de non alienando, **billig gelassen werden sollen**, quia ex his verbis non concludi potest, alienationem esse ipso jure nullam, quod tamen requireretur, si contra tertium agi deberet.

Indicanda alienatio officialibus.

§. XXIV. Tertio necesse est, ut, si extrajudicialiter alienatio peragitur, Præfectis Lusatiæ superioris hoc indicetur, **doch solches die Aemter zu Verhütung allerhand Unordnung zu benachrichtigen**, ut dicitur in Ordin. feud. p. 82. Domini feudi consensus non requiritur, uti de jure communi, & ideo hic non adeo requirendus, cum dominus feudi, alienationem generaliter per legem concedendo, censetur quoque generaliter consensum ad alienationem interposuisse. Hinc nuda certioratio sufficit ad præcavendas omnes fraudes, ne aliquid in præjudicium domini fiat, eique dominium suum directum intervertatur, quippe quod salvum & illibatum domino manere debet.

Quid si apertura feudi immineat?

§. XXV. Quemadmodum autem ex hactenus dictis patet, tunc demum, secundum Maximiliani privilegium, liberam facultatem alienandi competere, si adsunt agnati usque ad septimum gradum, ita quarto requiritur, *ut apertura feudi non immineat* quoad dominum feudi, **wenn das Lehn noch nicht auf dem Fall stehet**, alioquin enim ingens domino præjudicium fieret, si alienatio vasallo, ultimo possessori, concessa foret. Quando autem instare dicatur apertura feudi, nondum satis expeditum est. Hoc certum est, si deficiant liberi & simultanee investiti, cujusque generis, feudi aperturam præsentem esse; sed quid si adhuc duo, vel unus, ex simultanee investitis, usque ad septimum gradum, supersint, an hoc casu alienatio salva est? Id quidem existimo, quamdiu enim adhuc agnatus unus alterve superest, casus existit, quo alienatio vasallis concessa est, & licet hic quoque liberos non habeat, & ita apertura imminere videatur, attamen, quia sine ulla restrictione alienatio toties concessa est, quoties agnati usque ad septimum gradum adsunt, aperturam feudi imminere, quoad effectum impediendi alienationem, dici nequit, nisi omnes agnati deficiant, & ultimus possessor vasallus supersit. Unde recte Treutler. *vol. 1. cons. 32. n. 50.* existimavit, adhuc salvam esse alienationem, si vel duo tantum ex agnatis supersint.

Privilegii usus, quod vocatur der Vor-Ritt.

§. XXVI. Quod si tamen apertura immineat, tunc quidem alienatio regulariter non est permissa, interim tamen quandoque, in duobus scil. casibus, adhuc fieri potest. Nam aliud adhuc privilegium vasallis Lusatiæ superioris concessum est ab Imperatore Ferdinando, quod vocatur **der Vor-Ritt**, vi cujus, etiam hoc casu, alienatio fieri potest. De hoc jure in privilegio Ferdinandeo ita disponitur: **Wo einer keine Männliche Leibes-Erben hätte, und so jung, gesund und starck wäre, daß er in seinem Küriß von der Erden auf ein Hengstmässiges Pferd sitzen mag, wenn er dasselbe vor dem Land-Vogt gezeiget, soll er alsdann auch Macht haben, seine Güter zu verkauffen, männigliches unverhindert.** Idem Jus postea confirmatum est in *Ordin feudal. p. 53* his verbis: **Wir lassen aber hierüber das den Ständen ertheilte** Privilegium, **des Vor-Ritts**, Ferdinandi I. sub dato d. 21. Febr. 1544. **wie dasselbe in seinen** Clausulen, Puncten **und** Articuln **begriffen, gäntzlich unbenommen, und wollen sie darüber unsern, ihnen gnädigst ertheilten** Reversalien **und** Confirmation **deren** Privilegien, **gesamt und sonders, gnädiglich schützen und erhalten.** Qui itaque hoc beneficium sollicitat, necesse habet ætatis suæ viriumque specimen dare, quod ipsis *in solatium orbitatis, & virtutis militaris præmium*, singulariter concessum est. Hoc privilegio usos fuisse perillustrem Maximilianum Lib. Bar. a SCHELLENDORFF & Equitem suæ gentis splendidissimum, WARENSDORFFIUM testatur Schurzfleisch *Diss. de Lusatia in f.*

Quomodo solennitas peragatur?

§. XXVII. Sunt autem plura singularia notatu digna circa hanc solennitatem observanda, quæ ex actis publicis adduxit B. Dn. Bornius *diss. de transmut. feud. in allod. §. 25.* quæ, cum ad illustrationem præsentis materiæ egregie faciant, in meos usus hic transferre e re erit. Cum enim alter ex prædictis duobus vasallis Lusatiæ superio-

§. XIII. Denique de fœminis quoque ſingulariter diſpoſitum eſt, quod ſi acquiſiverint feudum, alios etiam maſculos poſſint in ſimultaneam recipere inveſtituram. Equidem in *Ordin. feud. Luſ. p. 83.* diſertis verbis tantum mentio fit der Geſchlecht-Verwandten männlichen Stamms, ſed non dubium eſt, quin etiam maritum in ſimultaneam inveſtituram recipere poſſint, cum, ſi non major, ad minimum eadem ratio in marito deprehendatur, quæ in agnatis. vid. Nicolai *in caſ. jur. dub. reſ. 12. n. 55.* Knipſchild. *de fideic. fam. c. VI. n. 77.*

Succeſſio fit prævia inveſtitura.

§. XIV. Non aliter autem ſuccedunt agnati, quam *ſolenni inveſtitura præcedente*, quam debito tempore petere debent, ſcil. nach erledigter poſſes binnen Jahres Friſt a die ſcientiæ anzurechnen. Verum, cum tantum ſingularia explico, hæc vero juris communis ſunt, binis verbis illa tetigiſſe ſufficiat. Hoc tamen addere neceſſum habeo, inveſtituram hanc petendam eſſe, aut in præfecturis, in denen Aemtern, aut *Cancellaria aulica*, Hof-Cantzley.

Ubi inveſtitura petenda ſit.

Quod ut eo rectius intelligatur, ſciendum eſt, quod Luſatia noſtra omni tempore per *ſupremos præfectos*, qui die Land-Vögte vocantur, adminiſtrata fuerit, qui Regum & ſummorum imperantium nomine toti provinciæ jus dixerunt. Hoc munere, ut recentiora ſaltim Saxonum tempora commemorem, egregie defuncti ſunt L. B. de CALLENBERG, qui auctoritate ſumma officium ſibi demandatum adminiſtravit, quo vivis erepto, rariſſimo exemplo, ipſe JO. GEORG. III. Saxoniæ tum temporis Princeps hereditarius, provinciæ gubernacula clementiſſime in ſe ſuſcepit, & pro heroica ſua virtute glorioſe geſſit. Sed cum ſolium paternum ipſe aſcenderet, Luſatiæ ſupremam præfecturam indulgentiſſime commiſit NICOLAO, L. B. de GERSDORFF, Conſilii Status intimi ſui Directori, quem, ut pietatis cauſa nominem, facile mihi quisquam ignoſcet, quum optimi parentis memoriam ſanctam ſemper & reverenter habere religionis juſſu mihi injunctum eſſe arbitrer. Sed & hoc fatis erepto 1702. Indulgentiſſimus patriæ pater, ut & clariſſimum clementiæ ſuæ pignus provinciæ, redderet, & tutiſſimum illi in omni tempeſtate aſylum concederet, filium, majorum virtutes jam a teneris ſectantem magno ſubditorum ſolatio, FRIDERICUM AUGUSTUM, Dn. noſtrum clementiſſimum, feliciſſimis auſpiciis ei præpoſuit, optimæ ſpei Principem, ſub cujus ſuavi imperio meliora, lætiora, firmiora omnia, pacem, tranquillitatem felicitatemque ſperamus, & certo nobis pollicemur, quem ut ſummus ille Jehovah majorem in modum in dies, & virtutibus regiis, & inſignibus animi dotibus, excreſcere, & tanquam dilectum ſuum, ſolatio provinciarum, fauſtum fortunatumque ſtare ſinat, omnes, quibus patriæ ſalus curæ eſt, mecum ſincere precantur.

Officiales in curia feudali.

§. XV. Huic in officio adjunctus & quaſi ſubſtitutus eſt, quem vulgo *Adminiſtratorem ſupremæ Præfecturæ*, den Ober-Amts-Verwalter, vocant, qui vero ab aliquo tempore eſſe deſiit. In reliquis provinciis regimen ita inſtituitur, ut ſecundum duas Præfecturas, *Görlicenſem & Budiſſenſem*, earum ſingulæ Præfectum ſuum agnoſcant, quarum quidem illi, pie defunctus Generoſiſſ. Noſtitius, huic vero æque Generoſiſſ. Gersdorffius feliciſſime præfuere, viri, quorum generoſa mens ſummaque in patriam merita apud omnes peræque conſtant. Hi præter officium, quod regendo circulo quisque in Præfectura ſua, ſupremo Præfecto abſente, exercet, ſupremo etiam Judicio quod Budiſſæ habetur, interſunt, & omnia, imprimis vero Budiſſenſis, nomine ſupremi Præfecti gerunt. Atque hinc duæ illæ præfecturæ ortæ ſunt, coram quibus etiam inveſtituræ peraguntur, & literæ inveſtituræ expediuntur, ſoluta conſveta taxa, de qua vid. *Ordin. feud. Luſ. p. 84.*

Conclusio. §. XVI. Hæc de proposito nostro in præsentia dixisse sufficiat, quæ, si minus accurata alicui videbuntur, meliora lubenter expectabo, veniamque dictorum ab æquis lectoribus facile me impetraturum sperans, de ceteris Zoili sectatoribus parum solicitus. Quod reliquum est, officiorum meorum haud immemor, supremum illud Numen supplex adoro, ut patriæ dilectissimæ prosperrima quæque largiatur, ut sub auspiciis Serenissimæ Domus Saxonicæ, quam Deus in dies majorem & feliciorem reddere velit, pacis & tranquilitatis fructus uberrimos sentiamus. Adsit DEUS consiliis Vestris saluberrimis, o Proceres provinciæ, eaque lætum eventum experiri patiatur. Servet Vos omnes ac singulos cum splendidissimis familiis vestris in exoptato fortunæ statu, omniumque bonorum cumulo auctos, in arduis rebus alacriores semper efficiat, ut ubique locorum patriæ salus cum vestra arctissime conjuncta, feliciter promoveatur. Interim DEO T. O. M. pro exantlatis hisce laboribus, studiisque Academicis feliciter absolutis, gratias immortales devota mente persolvo, eumque indefessis precibus invoco, ut omnia mea cœpta in posterum providentia sua divina ita dirigere velit, ut vergant in sui nominis gloriam & summæ Majestatis patriæque, si aliquando ipsi placuerit, commodum & emolumentum, meamque salutem, cui immortali DEO sit laus, honor & gloria in secula seculorum.

PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO

NICOLAO L. B. de GERSDORFF,

De Jure Feudali Patrio cum laude disputanti

Sal. Plur. dicit

SAMUEL STRYKIUS, JC.

Gloriam parentum natis præclarum magnificumque esse thesaurum, prudentissime quondam censuit Plato; verum non in hoc substitit ejus sententia, sed uti Majorum thesauros ad posteros non transmittere indignum, ita & propriæ virtutis gloriæque penuria majorum gloriam destruere, turpe & a vera generositate penitus alienum existimavit. Quapropter illi demum ex illustri sanguine nati laudem merentur, qui Paternum Avitumque decus ita imitari conantur, ut non tantum in posteris nullum capiat decrementum, sed etiam nova Successorum luce indies resplendescat. Habes sane, PERILLUSTRIS BARO, hanc præ ceteris felicitatem, ut illustrissimæ GERSDORFFIORUM Frisiorumque genti ortum debeas, quæ summis in Rempubl. meritis muneribusque, & quod primum est, sincero DEI cultu, animique candore ac probitate eminuit, & non tantum Saxoniæ, sed totius etiam Imperii saluti promovendæ in variis legationibus, ac in eligendis Imperatoribus, LEOPOLDO & JOSEPHO, Augustis, operam plane eximiam contulit. Verum sola Majorum gloria niti, de cetero autem propria virtute destitui, turpe Tibi a prima ætate visum est; Hinc illam elegisti viam, qua DEO, qua Principi, qua demum Reipubl. universæ Christianum sincerum, ministrum fidelem ingenuumque publicæ salutis promotorem Te aliquando exhibere, & hoc pacto Majorum virtutes in compendio exprimere valeres. Præstitisti hoc hactenus egregie, & cum studiis Academicis Tibi ultimum VALE dicendum, & ad altiora adspirandum sit, bene omnino facis, quod triennii in hac Fridericiana transacti rationes solenni quodam specimine reddas, & singulares ingenii dotes, & judicii elogiique promptitudinem omnibus in hac Academia demonstres publice. Gratulor Tibi hoc nomine ex animo de hac copiosissima eruditionis penu, & ut porro Majorum vestigiis insistas, metamque Tibi propositam ex Tuorum voto contingas feliciter, DEUM supplex imploro. Vale. Dabam e musæo d. xv. Oct. Anno R. S. MDCCIX.

PER-

PERILLUSTRI ATQUE GENEROSISSIMO

NICOLAO Liber. Baroni de GERSDORFF,

Domino suo indulgentissimo,

S. P. D.

JUSTUS HENNINGUS BÖHMER, D.

SI, quod oratorum facile princeps contendit, nullam virtus aliam mercedem laborum desiderat præter laudis & gloriæ, sane Tumetipse hanc mercedem, qua omnes delectantur, tuo jure Tibi poteris vindicare. Novit Fridericiana labores Tuos egregios, quibus per triennium, & quod excurrit, in hac eruditorum palæstra non tantum industriam aliorum adæquasti, sed, quod genti Tuæ inclytæ proprium hereditariumque decus est, omnibus aliis palmam dubiam fecisti. Ita quippe decebat filium, ad summa quævis natum, illustrissimorum parentum exemplum intueri, & evidentissimo ostendere documento, quod haud imbellem feroces progenerent aquilæ columbam. Quis enim est, qui nesciat, quantum Saxonia, quantum Lusatia manibus piis patris Tui illustrissimi debeat, cujus labores pro salute & incolumitate publicæ rei, quæ ipsi concredita erat, immortalitati ipsum consecrarunt. Et quid dicam de illustrissima matre Tua, quam eruditi merito *vivam omnium Musarum ac Gratiarum imaginem* jam dudum vocarunt, cum tam admiranda & rara illius sit eruditio, tanti in omni scientiarum genere profectus, ut de ejusdem laudibus tacere quam pauca dicere, præstare videatur. Quemadmodum itaque fortes creantur fortibus & bonis, ita Tu quoque, perillustris Baro, scientiis varii generis, imprimis vero juri & antiquitatibus enixissimam dedisti operam, ut doctrina vim promoveret insitam, rectique cultus pectora roborarent. In sinu itaque gaudeo, mihique eo nomine publice gratulor, quod me inter alios elegeris, cui jura Tibi privatissimis, quod ajunt, curis, interpretanti per triennium operam navares, ut ex hoc tempore, quo συμφιλολογεῖν licuit, inter omnes optimum de Tua eruditione testimonium dare possim. Sed haud indiges meo qualicunque suffragio, cum publicum documentum eruditionis jam edere paratus sis, quod, me silente, Tibi mercedem laudis & gloriæ promeritam tribuet. Meum est, Perillustris Baro, gratulationem meam publicis acclamationibus adjungere, simulque vota concipere, velit Ter Summum Numen ulterius profectibus tuis egregiis benedicere, & in gentis Tuæ illustrissimæ immortale decus Tibi omnia integra servare, quod voveo, meque ulterius Tuæ indulgentiæ in me singulari committo & commendo. Dabam in alma Fridericiana d. xv. Octobris M DCCIX.



S. F. G.

DE

JURISDICTIONE ECCLESIASTICA,

QUATENUS
MAGISTRATUI MUNICIPALI, ET IN SPECIE
HEXAPOLITANO COMPETAT,
ILLUSTRIS
JCTORUM LIPSIENSIUM ORDINIS CONSENSU,

PRÆSIDE

DN. CHRISTOPH. DOHNDORFFIO,
PHIL. ET J. U. D. FACULT. JURID. LIPS. ET CUR. PROVINC.
IN INFER. LUSAT. ASSESSORE,

D. XI. APRIL. A. C. M DCC. XV.

H. L. Q. C.
PUBLICE DISSERET
AUTOR & RESPONDENS
SAMUEL FRIEDRICH Große,
ALTENBURG. MISN.

CAPUT I.

De Jurisdictione Ecclesiastica in genere.

§. I.

PLerumque ea esse solet generis humani indoles, ut in vetitum nitatur, & excussis legum frenis, libertatis esse ducat sic vivere ut velit. Eo ipso autem, quo cuique liberum vivendi & agendi arbitrium relinquitur, evanescit omnis disciplina atque socialitas. Dum quis utilitati tantum propriæ intentus est, parum imo nihil confert ad utilitatem publicam; oriuntur lites, excitantur motus, adeo ut fieri non possit, quin, partibus labantibus, ipsa etiam Summa turbetur. Hinc omnino opus est, ut, communi omnium & singulorum sponsione, potestas aliqua introducatur, effrenes animos frenis iterum constringendi, & ad studium virtutis atque socialitatis compellendi. Atque illa eo magis in Ecclesiis introducenda est, quo graviores & perniciosiores esse solent Reipublicæ, motus ibi orti & conflati. Quæ autem eo fine introducitur potestas, uno nomine vocatur JURISDICTIO ECCLESIASTICA, de qua brevibus differere constitui.

§. II. Cum vero in perlegendo scripto aliquo nihil magis nobis tædium & moram afferat, nihilque citius nos in errores rapiat, quam si termini tum obscuri sint vel dubii, ut eos aut plane non intelligamus, aut non recte interpretemur, aut non satis assequamur; consultum mihi visum est, ut brevem terminorum explicationem præmitterem.

§. III. Quod ergo vocem Jurisdictionis attinet, inadæquata & incongrua est, quam Alciatus *ad f. c. 4. lib. dispunct. 2.* suggerit, opinio, quod a Juris datione veniat; illa enim derivatio non exhaurit vocem jurisdictionis. Petenda potius est a juris dictione, sive jure dicendo *Wesenbec. Oecon. Jur. L. 2. ff. in pr. Franzk. ad ff. ibid. Reinking. de Reg Sec. & Eccl. L. 2. Class. 2 c. 17. n. 3.* ita scilicet, ut non actum ipsum denotet, sed potestatem aliquam juris dicendi. In hoc enim sensu usurpari solet Jurisdictio *arg. L. 1. ff. de Jurisdict. L. 10 ff. L. 3. C. eod. t. t. x. de offic. Jud.* & Leges etiam non raro per hanc terminationem in *io.* facultatem aliquam moralem sive potestatem exprimunt. *conf. pr. I. de Action. §. 5. I. de Us. & Habit L. 2. ff. de bon. poss.* Jurisdictio.

§. IV. Quod autem multis dictionibus contingit, ut non una eademque sit earum acceptio, illud etiam huic contigit. Interdum enim sumitur pro facultate jus ferendi, *Alciat. d. l.* pro loco judicii, *Plin. L. 5. c. 28.* pro actu jurisdictionis, *Cic. ad Famil. 2. Ep. 13. Tacit. in Vit. Agric. c. 6.* & pro recta sententiæ ferendæ ratione; *L. 2. ff. fam. ercisc.* interdum etiam pro nuda notione *L. 5. ff. de re jud.* quam ante Caroli M. tempora Episcopos tantum habuisse dicitur, *Faber.*

de

de relig. reg. L. I. c. 11. §. 19. quod equidem admitti potest, si notio in eo sensu veniat, quo in *L. 99. ff. de V. S.* accipitur, secus vero, si pro sola cognitione accipiatur. Hic autem jurisdictionis vox in eo sensu venit, quo non nudam notionem & jurisdictionem in specie sic dictam involvit, sed mixtum etiam imperium, & certo etiam respectu merum comprehendit, de quo infra pluribus.

Ecclesiastica. §. V. Ecclesiastica vocari solet, non, ut aliis viderur, a Subjecto, sed ab Objecto circa quod versatur, a causis scilicet ecclesiasticis. *Ziegl. de Jur. Maj. L. 1. c. 13. §. 13. Lancell Lib. 3. Instit. tit. 1. §. 2.* Differt igitur a jurisdictione seculari, quæ circa causas seculares occupata est.

§. VI. Uti vero admodum fertilia fuerunt superiora secula in excludendis novis titulis, ita etiam nec defuerunt, qui hanc jurisdictionem aliis nominibus notarent. Sic vocata fuit Jurisdictio Episcopalis *c. auditis. 3. X. de restit. in int.* quia juxta Canones solis Episcopis debebatur, & partem juris Episcopalis constituebat. *c. conquerente X. de off. ord. Laur. Oehm. de Jur. Episcop. §. 15.* Porro dicebatur Episcopalis audientia, *t. t. C. de Episcop. aud.* quod nomen ex ea forsan ratione substitutum fuit, ne Clerici eandem sibi in ecclesiasticis potestatem arrogare viderentur, quam Laici in secularibus, sicut etiam non Leges condere dicuntur, sed Canones: non Tribunal habere, sed Cathedram: neque etiam regnare, sed sedere dici volunt. *Matth. Steph. de Jurisd. L. 3. P. 1. c. 14. n. 27.* Ita porro appellatur brachium ecclesiasticum, uti secularis jurisdictio brachium seculare dicitur. *c. 14. X. de off. ord.* Sumta fuit hæc similitudo ab humano corpore, cujus dextro brachio ecclesiastica, sinistro autem secularis jurisdictio a Canonistis comparari solet. *Ruf. Ruland. de Invoc. brach. secul. c. 3. n. 1. 2.*

§. VII. De cætero notandum adhuc est, quod Jurisdictio ecclesiastica vel in sensu latiori, vel in sensu strictiori sumi soleat. Illo sensu accipitur pro universo Jure Sacrorum, hoc autem, pro certa quadam juris sacrorum specie, uti etiam a nobis usurpatur.

§. VIII. Est autem Jurisdictio ecclesiastica in strictiori sensu sumta, secundum vulgarem Doctorum opinionem, potestas publica jus dicendi de causis ecclesiasticis.

Potestas. §. IX. Genus hujus definitionis constituit potestas, *arg. L. 1. L. 3. ff. de jurisd. L. 82. ff. de judic.* Intelligitur per hoc vocabulum jus aliquod in alios competens, quod proprie imperium vocatur. *Puffend. de J. N. & G. L. 1. c. 1. §. 19. inf. L. 215. ff. de V. S.* Involvit autem vox imperii superioritatem aliquam, adeoque jurisdictio ecclesiastica non competit privatis, *Reink. d. l. L. 1. Cl. 2. c. 19. n. 99.* sed soli Magistratui. *L. 13. ff. de jurisd.* Privati enim invicem æquales sunt, *Puffend. d. l. L. 3. c. 2. §. ult.* adeoque nemini eorum imperium aliquod in alterum debetur. *arg. L. 14. ff. de Jurisd. c. innotuit. X. de elect. L. 3. L. 4. ff. de his qui recep. arb.* Magistratus autem est persona publica, & ex ipso populi consensu solus omnibus superior, adeoque ipsi soli etiam competit hæc jurisdictio, Non tamen se extendit ultra fines territorii, cum ipsi tantum qua superiori competat. Fines autem territorii sunt limites superioritatis, *arg. L. f. de Off. præf. Heb. arg. L. 8. de Off. proconf. arg. L. 3. de off. præf.* adeoque etiam jurisdictionis *L. ult. C. ub. & ap. quem cogn. rest. in int.* Hinc omnis Magistratus extra territorium privatus esse dicitur, *L. 3. ff. d. Off. Præf.* &, ob æqualitatem naturalem, par illius territorii, cui absque jure imperare audet, civibus, adeoque omni potestate jus dicendi destitutus, ut quoque illi cives ei nec parere teneantur, nec impune pareant *L. f. ff. de Jurisd.*

§. X. Per vocem publicam distinguitur hæc Jurisdictio a qualibet privata potestate. Illa enim lites publicas componit, hæc domesticas. *arg. L. 3. L. 4. ff. de patr. pot.* Unde vero publica vocetur, diversa dari potest ratio, maxime tamen vel ab eo nomen accepisse videtur, quod publica autoritate data atque confirmata sit, vel quod circa causas publicas versetur. Publica.

§. XI. Forma hujus potestatis publicæ consistit in dicendo jure: Jus autem dicere idem denotat ac cum imperio pronunciare, *Franzk. ad ff. tit. de jurisd. n. 3.* h. e. causas controversas cognoscere, de iis judicare & judicatum exequi. Differt ergo 1) Jurisdictio ecclesiastica a mera potestate Legislatoria, quæ in Jure Leges præscribendi & ferendi consistit. Cavendum tamen est, ne Magistratum ecclesiasticum omni plane potestate Leges dandi interdicamus, cum nulla obstet ratio, quo minus pari jure, uti Magistratus civilis ad melius faciliusque administrandam civitatem, ita hic ad eo melius dirigendam ecclesiam, statuta possit condere ecclesiastica in sua Dioecesi observanda. Differt etiam 2) ab Advocatia Ecclesiastica, quæ præcipue in jure defendendi Ecclesiam consistit. Differt tandem 3) ab inspectione ecclesiastica, quam olim Episcopi, nunc autem plerumque Superintendentes habent. Differt denique 4) a potestate mere spirituali in monendo, corrigendo, ligando & solvendo consistente. *Joh. 20. v. 23.* Hæc enim nuda directione, *Ziegl. de Jur. Maj. L. 1 c.* Jus dicendi.

 13. §.

13. §. 15. illa vero etiam coactione exercetur.

De causis ecclesiasticis. §. XII. Objectum jurisdictionis ecclesiasticæ constituunt causæ ecclesiasticæ, quæ uti late patent, ita illas nullis quoque regulis complexi sunt Doctores. Nec diffiteor, eos excusandos magis esse, quam vituperandos. Cum enim Episcopi, nescio qua pietatis & religionis specie, unam atque alteram causam jurisdictioni seculari subtraherent & ad suum forum raperent, adeo extensus fuit causarum ecclesiasticarum numerus, ut propter amplitudinem & disconvenientiam, quæ in illis deprehenditur, vix generali aliqua regula circumscribi possint. Ne tamen intactas plane hasce causas relinquerem, illas quantum per earum amplitudinem & disparitatem licuit, sequenti regula complexus sum. Causa ecclesiastica est omnis quæstio, in ecclesia, vel extra ecclesiam, sed respectu tamen ecclesiæ, decidenda. Quæstiones quæ in ecclesia moventur, vel internum Dei cultum attinent, vel attinent externum: illæ respiciunt religionem, hæ ordinem & disciplinam. Quæstiones extra ecclesiam ventilandæ, sed tamen respectu ejus, vel concernunt personas, vel bona ecclesiastica, & quæcunque loca pia & religiosa. Sub his comprehendi quoque solent Scholæ atque Academiæ. Quod earum cura olim Episcopis commissa fuerit, caret omni dubio. *Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* Scholæ enim olim erant monasteria, hæc autem subjecta erant Episcoporum jurisdictioni. *c. cum dilectus X. de rel. dom.* Licet vero subsequenti tempore hæc genuina hujus legis ratio cessaverit, pio tamen atque liberali affectu Principes Scholis antiquas illas immunitates, earumque privilegia confirmarunt, adeo ut nostro adhuc tempore earum causæ ad Judicium ecclesiasticum trahendæ sint. *Ordin. Eccles. Tit.* von Kirchen und Schulen. Idem quoque moribus de Academiis introductum est, adeo ut hæ quoque præter Consistorium supremum nullum forum competens agnoscant. Prætetea adhuc observandum est, quod causis supra memoratis ex dispositione Canonum aliæ adhuc adjectæ fuerint, in quibus scilicet divina & humana jura simul observanda sunt. Tales sunt causæ adulterii, matrimoniorum, personarum miserabilium, aliæque, quas enumeravit atque examinavit *Reink. d. l. L. 3. cl. 1. c. 10. Carpz. Jurispr. Consist. pass.*

§. XIII. Circa allegatas causas occupatur Jurisdictio ecclesiastica, hinc trahuntur etiam ad forum ecclesiasticum, quod ex ea ratione privilegiatum dicitur, quia illis singulari lege constitutum est, *c. nullum. X. de for. compet.* adeo ut ipsi etiam renunciari nequeat, *c. si diligenti 12. de for. compet.* licet juramentum accesserit, *d. c. si dilig.* vel Episcopus consenserit, *gloss. in c. significasti 18. de for. comp.* quod adhuc hodie non raro observari solet. *conf. Matth. Steph. de Jurisd. L. 3. p. 1. c. 1. n. 16.* Churfürstl. Sächsis. Kirchen-Ordnung. *Tit.* von Immun. und Freyheit der Kirchen-Diener.

§. XIV. Subjectum hujus Jurisdictionis constituit solus Magistratus, *per prac. §. 8.* isque vel superior ut Princeps, *infr. c. 2,* vel inferior, ut Magistratus proprie sic dictus, hicque iterum secundum Canones solus ecclesiasticus, ex nostra vero mente etiam secularis, & in specie municipalis. *infr. c. 3.*

§. XV. Quod divisiones Jurisdictionis ecclesiasticæ attinet, aliæ communes ei sunt cum Jurisdictione seculari, aliæ ex adverso propriæ. Cum vero late se diffundant, & ad scopum meum parum conferant, singulas earum species enumerare supersedeo. Sufficiat potiores delibasse, & de communibus dixisse, quod Jurisdictio Ecclesiastica primo in Jurisdictionem simplicem, & imperium distingui soleat. Simplex Jurisdictio vocatur, quæ in sola causarum cognitione consistit, absque ullo imperio. Cum autem inane & lusorium sit judicis officium sine potestate exequendi, *arg. L. 7. ff. ne quid in loc. publ.* & nulla plane sine modica castigatione jurisdictio. *L. f. ff. de off. ej. cui mand. est jurisd.* imperium ei, qui juri dicendo præest, semper aut expresse conceditur, *L. 12. ff. de jurisd.* aut tacite concessum esse intelligitur. *arg. L. 2. ff. de jurisd.* Adeoque imperium jurisdictioni semper cohæret, non tamen quoad essentiam, sed tantummodo quoad effectum. Hinc etiam imperium commode pro distincta quadam Jurisdictionis specie haberi potest. Hoc autem iterum distingui solet a Doctoribus in mixtum & merum. Mixtum imperium in nuda coërcitione consistit, ne effectu suo careat sententia. Hocque Judici Ecclesiastico competere exinde patet, quia ipsi licet incarcerare, *c. quamvis de pœnis in 6.* mulctas leviores indicere, *can. 12. c. 17. q. 4.* in integrum restituere, *c. 1. X. de rest. in int.* & in possessionem mittere, *c. Rom. 1. §. contrah. de for. comp. in 6.* quæ ad mixtum imperium referenda sunt. *arg. L. 3. ff. de jurisd. Franzk. ad ff. n. 52.* Distinctionem vero, quæ communiter in eo observari solet, nullius plane momenti esse deprehendo. Merum imperium est potestas gladii ad animadvertendum in facinorosos data. *L. 3. ff. de Jurisd.* Æquipollet hoc imperium Jurisdictioni criminali moribus receptæ, & si statum hodiernum spectemus, nulla plane intercedit differentia, sed in omnibus conveni-

veniunt, ita ut hæc etiam non competat, nisi ſpecialiter conceſſa ſit;adeoq; in conceſſione generali non ſimul conceſſa eſſe intelligitur. Merum hoc imperium & Judici ecclesiaſtico concedi poſſe, nulla naturalis ratio infringit, multo minus ergo aliqua irregularitatis fictio. An vero ipſo etiam actu Judici eccleſiaſtico conceſſum ſit, alia eſt quæſtio. Dixi Jurisdictionem criminalem nonniſi ſpeciali conceſſione acquiri: quid autem ſpeciali quoque hac conceſſione transferri ſoleat, nunc fuſius exponam. Communiter tres imperii meri gradus faciunt Doctores, quorum primus mortem naturalem, alter civilem, tertius exiſtimationem & damnum vel bonorum vel corporis concernit. *Matth. Steph. de Jurisd. L. 1. c 7. n. 19.* Quod priorem gradum attinet, non equidem plane non conferri poteſt Judici eccleſiaſtico poteſtas mortem naturalem dictitandi, quia nulla lege divina jure hoc interdicitur, nec ipſi quoque Clerici per ſe a ſangvinis judicio abhorrent. Abunde patent exempla, quod ex ipſo S. Scripturæ teſtimonio Sacerdotes Veteris Teſtamenti hanc poteſtatem exercuerint. Notum eſt exemplum Pineæ Eleazaris filii, *Num. 25.* Eliæ *1. Reg. 18, 40.* aliorumque. Imo ipſi etiam Pontifices interdum permiſerunt, ut Clerici Judicio ſangvinis intereſſent, ita enim Paulus IV. die 29. April. 1557. decrevit, ut in Inquiſitionis Tribunali, quod in Hiſpania habetur, Clerici quoque eſſent & pœnam ſangvinis dictarent. Ipſum autem Jus Canonicum diſpoſuit, quod Clerici nec ſententiam ſangvinis dicere, nec judicio criminali intereſſe debeant, ſub pœna irregularitatis *c. Clericis 5. c. ſententiam ſangvinis 9. X. ne Cler. vel Monach.* Idque adhuc hodie obſervatur, & præprimis in Saxonia. *Carpz. L. 2. T. 14. D. 231. n. 15. ſeq. Ordin. eccleſ. tit.* **von beyden** *Conſiſtor.* **§. Jedes** *Conſiſtorium. ibi:* **Denn ob ſich wohl ihr Erkänntniß auf Leib und Leben nicht erſtreckt.** Alter vero gradus absque dubio Judici eccleſiaſtico competit. Hinc licet ipſi pœnam carceris perpetui, *c. quamvis 3. de pœnis in 6.* exilii & deportationis, *c. cum foret. 1. de calumn.* & excommunicationis *c. 1. de ſent. excomm. in 6. can. debet. c. 11. qu. 3.* dictitare, quæ omnia ad hunc gradum referenda ſunt, *Matth. Steph. de Jurisd. L. 1. c. 9.* & adhuc hodie ad Judicem Eccleſiaſticum pertinent. *Ord. Eccl. d. l.* Multo minus ergo dubitari poteſt, an tertius gradus ad Magiſtratum eccleſiaſticum pertineat. Omnino enim illi licet dictitare pœnam pecuniariam, *c. presbyteri X. de pœn. c. poſtulaſti. X. de Judic.* flagellorum, *c. in Archiepiſc. 4. X. de Raptor.* Clericumque removere ab officio, *c. presbyter. diſt. 28.* quod nec hodie mutatum eſt. Altera diviſio eſt Jurisdictionis ſimplicis in ordinariam *c. cum Epiſcopus 7. de off. Jud. Ord. in 6.* & delegatam. *c. 1. X. de off. Jud. deleg.* Ordinaria vocatur quæ jure proprio vel jure Magiſtratus competit: hæc enim Synonymice accipiuntur. *arg. L. 14. ff. de jurisd. Franzk. ad ff. h. n. 24.* Effectus hujus jurisdictionis ſunt, quod iterum delegari poſſit, & cum penes Magiſtratum inſtar juris quæſiti reſideat, *arg. L. 30. ff. de Judic. Schrad. de Feud. p. 10. Sect. 1. n. 150.* a Principe avocari nequeat, niſi juſtiſſima cauſa ſubſit, v. g. negatio juſtitiæ. *Carpzov. Reſp. 20. lib. 2. Mev. P. 2. Dec. 134.* Delegata eſt, quæ ex alieno beneficio competit, & nomine delegantis exercetur. Hæc indiſtincte avocari poteſt *Carpz. & Mev. dd. ll.* & regulariter ſubdelegari nequit *Franz. d. l. n. 33.* niſi delegata fuerit a Principe, quæ communis eſt Doctorum opinio.

§. XVI. Et hæc de communibus diviſionibus ſufficiant, ſequitur alia propria, qua Jurisdictio eccleſiaſtica in internam & externam diſtinguitur. Illa verſatur circa cauſas eccleſiaſticas eccleſiaſtice, prædicando, monendo, corrigendo, ligando & ſolvendo: hæc autem modo aliquo civili, cognoſcendo ſcilicet, pronunciando, coërcendo, puniendo & diſpenſando, & de hac tantummodo diſſeritur.

CAPUT II.

De *Subjecto Jurisd. Eccleſ. & in ſpecie originario.*

§. I.

Subjectum Jurisdictionis eccleſiaſticæ aliud eſt originarium, aliud derivativum. Illud eſt, a quo Jurisdictio eccleſiaſtica veluti a fonte quodam profluit, & in quod iterum ſuo modo refluit: hoc, in quod jurisdictio eccleſiaſtica fluit, & a quo iterum ad originarium reflectitur. *Competens.*

§. II. Originarium Subjectum jurisdictionis eccleſiaſticæ conſtituit unusquisque populus, & poſtquam poteſtate hac ſe plene abdicavit, unusquisque Princeps in ſuo territorio, *Ziegl. de Jur. Maj. L. 1. c. 13. §. 22. Strauch. Diſſ. exot. 5. §. 1. Titius in Spec. Jur. Publ. L. 3. c. 6. §. 2. ſeq. Seld. de Synedr. lib. 2.* vi Majeſtatis & Superioritatis territorialis: *Schütz. de ſtat. Rei Rom Vol. 2. Ex. 4. §. 14. Not. a.* nec ulla Status Laici vel Clericalis ratio habenda eſt. *Originarie cuique Principi.*

§. III. Unusquisque enim Princeps, eo tendere tenetur, ut Rempublicam beatam reddat, conſervando, propter Jus conceſſum Majeſtatis, ſocialitatem & tranquillitatem publicam. *Strauch. d. l.* Ad hunc vero finem procurandum requiruntur media, quibus ſubditis parendi neceſſitas imponi poſſit. Cum autem nullo tam efficaciter obſtringi poſſint vinculo, quam religio-

ligione, *Arnif. L. 2. de Jur. Maj. Dion. Halicarn. L. 1. & 2. antiqu. Rom. Ziegl. d. l. §. 1. Lactant. l. de ira Dei c. 12. ibi: Religio & timor Dei soli sunt, qui custodiunt hominum inter se societatem.* adco ut hac cessante metus Principis, legum reverentia, publica honestas atque disciplina corruat, & evanescat, *R. J. de A. 1532. §. rubr. concil.* betreffend. *in f. pr. Saavedr. Symb. Polit. 24.* absque omni dubio cuique Principi Jus aliquod Sacrorum, &, ex pari medii necessitate, jurisdictio ecclesiastica debetur. *arg. L. 2. ff. de Jurisd.*

§. IV. Accedit etiam quod nulla plane concipi possit ecclesia, quæ non intra fines territorii constituta sit. *Engelbr. de jurisd. concl. 74. c. ret. 23. qu. 5.* Eo minus ergo dubitari potest, an potestas illam dirigendi Principi quæsita sit, quo magis omnia, quæ intra fines territorii constituuntur, ejus patrocinio & jurisdictioni subsunt, cujus est districtus sive territorium. *c. omnes basil. 10. qu. 7. L. 1. §. 4. ff. de off. prof. urb. L. 239. §. 8. de V. S. L. 34. L. 30 ff. ad municipal.*

§. V. Nec præsumi potest populus hanc potestatem ademisse suo Principi, cum nulla facta præsumantur, *arg. L. 11. C. de probat.* nec quoque populus adeo in propria viscera sæviisse censeatur, ut hanc potestatem, cum Majestate inseparabiliter connexam, separando, & in alium cum absoluto jure transferendo, Rempublicam bicipitem effecerit, & se ineluctabili exposuerit periculo. Et vix ulla etiam in Historicorum monumentis ejuscemodi concessionis vestigia occurrent, sed maxime consuetum fuit gentibus hanc quoque jurisdictionem Principis arbitrio submittere. Ita hoc consuetum & solenne fuit Atheniensibus, *Plutarch. in Thes. Syn. Orat. de Regno* Romanis, *Cic. de divinat.* & Judæis; *Reink. de R. S. & E. L. 1. ob. 2 c. 6. n. 13. seq.* imo etiam post Christum natum illa consuetudo in constanti observantia permansit. *Schütz de Stat Rei Rom. Vol. 2. Ex. 14. §. 3.* Cum ergo regularia & consueta præsumenda sint, *c. 1. ff. de probat. & præsumpt.* etiam hæc Jurisdictio cuique Principi a populo concessa esse præsumenda est.

§. VI. Habet ergo unusquisque Princeps, vi concessæ Majestatis, Jus aliquod quæsitum in sui territorii ecclesias, quod ipsi etiam auferri nequit, *c. si mot. propr. de prabend. in 6.* nisi factum ejus intercesserit. *arg. L. 11. ff. de Reg. Jur.* Hoc autem non præsumitur, *d. L. 15. C. de prob.* quia nemo suum jus jactasse atque remisisse præsumendus est; *Rosenth. de Feud. c. 9. memb. 1. concl. 29. n 1.* adeoque absque dubio probandum est. Et si etiam probatum fuerit, non tamen nisi salva majestate & autoritate concedentis est intelligendum. *c. ex parte 12. de off. & pot. jud. deleg.*

§. VII. Valde autem errant Anabaptistarum asseclæ, qui sibi persuaserunt, nullam plane curam externam in foro ecclesiæ necessariam esse. Cum enim quælibet ecclesia ex membris visibilibus constet, quorum indoles quam maxime ad deteriora & prohibita inclinat, *conf. prac. cap. §. 1.* omnino opus est vi aliqua externa coactiva, ne quolibet pro lubitu agente omnia in pejus ruant, & ordo omnis exulet. *Ant. de Dominis. de Rep. Eccles. L. 3. proœm.* Hinc olim etiam damnata fuit hæc opinio. *vid. R. J. de A. 1551. §.* Nachdem auch.

§. VIII. Neque ullo quoque Jure Pontificii hanc Jurisdictionem solis Clericis deberi, Laicis vero non competere prætendunt. Dicunt nullam Laicis Principibus potestatem in ecclesias competere, *dist. 96. 97. pr. Innocent. X. in Bulla die 3. Jan. 1651. edita.* Nam destituti essent sensibus in Scriptura S. exercitatis, adeoque etiam non semper dextre de divino possent judicare verbo; *Bellarm. L. 1. de Pont. Rom. c. 7. & L. 3. de Laic. c. 17.* & suspensam quoque esse per Novum Testamentum potestatem, ipsis olim in ecclesias concessam. *Theoph. Raynaud. de cor. aur. Pont. p. 373.* Utrumque vero argumentum nullo fundamento nititur, cum Jurisdictio ecclesiastica non sit sequela quædam eruditionis Theologicæ, sed, uti supra demonstratum fuit, Majestatis & Superioritatis territorialis. Et quo minus quoque Jurisdictio ecclesiastica aliquid commune habet cum administratione cultus divini, eo minus etiam tam exercitati in Scriptura S. sensus requiruntur. Sufficit quod aliqualiter in S. literis versati sint, cum eo ipso jam videre possint, quid cum norma juris divini posit. univ. conveniat. Et ubi major etiam notitia requiritur, non desunt alii, quos in consilium adhibeant. Neque etiam posterius argumentum veritate nititur. Nam lex Christi neminem privavit suo jure & dominio, *Lehm. Chron. Spir. L. 5. c. 68.* & tantum abest, ut ulla Lex evangelica Clericos a jurisdictione Principum exemerit, *conf. Reink d. l L. 1. cl. 2. c. 6 n. 22. seq.* ut potius illos severius hortata fuerit ad subjectionem & obedientiam. *1. Tim. 2. v. 2. Rom. 13. 1. Petr. 2. c. quid ergo 11. qu. 3.* Accedit etiam quod ipse Christus & Apostoli se Cæsari subjecerint *Matth. 17. Joh 19. Rom. 13. Act. 25.* & idem quoque mos in primitiva ecclesia obtinuerit, ubi ipsi etiam Pontifices Principibus subjecti erant. *Reink. d. l. n. 19. seq. Ant. Faber. de Relig. reg. L. 1. c. 1. n. 11. seqq. Ant. de Dom. d. l. L. 6. cap. 4. n. 50. seq.* Eaque Subjectio eo magis statuenda est, quo magis eam Patrum dicta, Conciliorum decreta, & ipsa aliquorum Pontificum confessio confirmat. *Ant. de Dom. d. l.* Adeoque

que falsum est, quod a Raynaudo dicitur, & forte nulla alia ex ratione exclusum, quam ut eo fortior suppeteret prætextus, Principes suo jure in ecclesiam privandi, & stabiliendi dominatum Aulæ Pontificiæ.

in suo territorio,

§. IX. Stat ergo adhuc hodie, post Christum natum, sua cuique Principi autoritas & Jurisdictio ecclesiastica ipso jure Majestatis ei competens, in universas sui territorii ecclesias. Restricta enim est hæc jurisdictio ad fines territorii, *conf. §. 8. cap. præc.* adeo ut extra illos ipsi nullum jus quæsitum sit, adeoque nec permissum, delinquentem in alieno territorio, absque Domini consensu, persequi, capere, vel etiam jus ibi dicere. *arg. § 11. I. de Rer. Div.* Sed eo ipso, quo hos actus ibi exercere audet, ob præsumtam intentionem superioritatis territorialis, territorium violat, & Principem injuria lacessit, quam summo jure vindicare potest. *arg. L. 3 ff. de J. & J.*

adeoque in Imperio Romano Imperatori.

§. X. Cum autem Jurisdictio ecclesiastica cuique Principi in suo territorio vi Majestatis competat, facile dijudicari poterit, cui in Imperio Romano ratione Status hodierni tribuenda sit. Competit nimirum Imperatori Augustissimo, hic enim κατ' ἐξοχὴν in Imperio Romano Majestate pollet. *Titius in Spec. Jur. Publ. l. 3. c. 6. §. 6. Schütz. d. l. Vol. 2. Ex. 14. §. 3. Not. c.* Imo quantum etiam ex Annalibus Historicorum potest colligi, hæc constans & inveterata fuit Romani Imperii observantia, ut arbitrium Ecclesias regendi Cæsari relictum esset. Ita statim, devoluto Imperio ad Cæsares, Augustus potestate hac gaudebat, eaque in posteros successionis vel electionis jure translata est. Hinc & ipsum Constantinum M. ejusque successores, jam constituta etiam Hierarchia, hac potestate usos esse legimus, usque ad ætatem Henricorum. Horum autem tempore adeo invalescebat Curia Romana, ut eodem ausu, quo in alia jura Principum pro lubitu insurgebat, etiam hanc potestatem in ecclesias dolis, artibus, & vi injusta ad se solam trahere non perhorresceret, *vid. c. nullus episcopus §. 11. qu. 1. c. si quæ causa. ib. Bell. l. de Cler. c. 28.* Cum ergo subsecuto tempore Imperatores non parum suæ Majestati decessisse cernerent, non poterant non hanc potestatem sibi rursus pedetentim vindicare. *Conring. Diss. de aut. & off. Maj. civ. circ. Sac. th. 53.* Et hac ratione Jurisdictio ecclesiastica in Imperio Romano adhuc hodie Imperatori competit, hinc etiam non raro accidit, ut in recognitionem hujus potestatis supremus Advocatus *R. J. de A. 1529. sub tit. constit.* der Wiedertäuffer. & Præfectus Ecclesiæ *R. J. de A. 1530. §.* Auff solch. *& §.* Nachdem aber. dicatur. Et ipse etiam Treviricus Elector in Electione Caroli V. perspicue confessus est, quod Imperium Rom. talem Cæsarem desideraret, qui præter alia statum ecclesiæ constitueret & emendaret. *Sleid. Lib. 1.*

& Statibus Imperii immediatis.

§. XI. Non tamen soli Imperatori in Imperio Romano tribuenda est, ratione Status hodierni, Jurisdictio ecclesiastica, sed etiam cuique Statui immediato in suo territorio. *Reink. d. l. Schütz. d. l. §. 13. Not. b. Tit. d. l. §. 7. Instrum. Pac. art. 5. §. 29. art. 8. §. 1.* Licet enim memorati Status Majestatem saltem analogicam habeant, gaudent tamen ex concessione Imperatorum, *vid. Conring. in Jurispr. feud. c. 8. §. 8.* superioritate territoriali, quæ Majestatis æmula est, adeo ut ejus respectu tantum imo certa ratione plus possint in suo territorio, quantum Imperator in Imperio, *Knich. de Sublim. territ. jur. c. 1. n. 361 seq.* exceptis paucis, quæ Imperatori reservata sunt: *Tit. d. l. L. 5. c. 3. §. 21. seq.* adeoque ipsa hac concessione Jurisdictio Eccles. illis data est: *conf. Conr. d. l. §. 14.* Quod autem maxime in corpore humano accidit, ut capite languente reliqua etiam membra de languore hoc participent, illud quoque in hoc corpore politico aliquando contigit. Cum enim Jurisdictio Ecclesiastica Imperatoribus a Pontifice Romano quodammodo subtracta esset, subtrahebatur quoque Statibus, & transferebatur ad Episcopos: recuperata vero ab Imperatoribus, illa etiam post tot querelas *conf. Strauch Diss. exot. 5. §. 6. seq. Hortleder.* von Ursachen des Teutschen Krieges. *T. 1. Lundorp. Act. publ. T. 1. 2.* Episcopis adempta Statibus restituebatur, *Instr. Pac. Osnabr. Art. 3. n. 1. Art. 5. n. 28.* hac tamen repetita lege, ut se intra terminos cujusque territorii contineret, *ib. n. 48.* & nulli pars potentia sua ad deprimendam *ib. n. 8.* vel turbandam *ib. n. 14. n. 31.* alteram abuteretur, sub pœna fractæ pacis publicæ. *ib. art. 14 n. 4 R. J. de A. 1555. §.* Dargegen sollen. *ibi:* Bey Vermeidung der Pön in dem auffgerichteten Land-Frieden begriffen.

Jure superioritatis territorialis

§. XII. Competit autem Statibus immediatis hæc Jurisdictio ecclesiastica vi superioritatis territorialis, *Reink d. l. L. 3. cl. 1. c. 10. n. 2. Abasv. Fritsch. in Annot. ad. Ant. Fabr. Tract. de Rel. reg. Ed. m. p. 546. Instr. Pac. Art. 5. n. 30. ibi: cum ejusmodi statibus immediatis cum Jure territorii & superioritatis ex communi per totum imperium hactenus usitata praxi etiam jus reformandæ religionis competat.* Et porro: *nullique Statui immediato jus, quod ipsi ratione territorii & superioritatis in negotio religionis competit:* non Episcopatus Non enim statim sequitur: quilibet Princeps est Episcopus in suo terri-

territorio, ergo potestatem hanc adeptus est vi Episcopatus: cum ex longe alio titulo quæsita esse possit. Et licet de re ipsa inter nos conveniat, & de nudis tantum verbis oriatur controversia: eo magis tamen illa temperanda sunt, quo magis dignitati & autoritati Statuum præjudicant. Quodsi enim Jurisdictio ecclesiastica Statibus nonnisi jure Episcopali competeret, absque dubio sequeretur hanc jurisdictionem ipsis in Pace Rel. & Osnabrug. demum datam esse, siquidem hoc demum tempore Episcopis adimebatur. Hoc autem pugnat cum expressis instrumenti verbis *conf. Instr. Pac. Art. 3. §. 1. ibi: Universi & singuli S. Rom. Imperii Electores - - restituti sunto plenarie in eum utrinque statum in sacris & profanis, quo ante destitutionem gavisi sunt, aut jure gaudere potuerunt:* & Historia superiorum temporum. Et cum etiam Episcoporum Jurisdictio ecclesiastica ex beneficio Pontificis ut plurimum dependerit, & non originaria, sed derivativa, delegata, & Pontificis autoritati subordinata fuerit, Status autem, tanquam eorum successores, non melioris esse possent conditionis, idem quoque de eorum jurisdictione ecclesiastica dicendum foret, quod aperte falsum & opprobriosum est.

non autem soli Pontifici. §. XIII. Cum autem demonstratum fuerit, quod Jurisdictio ecclesiastica cuique Principi in suo territorio adeoque in Imperio Romano Cæsari & Statibus immediatis competat, facile apparet, quod non soli Pontifici Romano competere possit. Quam enim sibi in omnes atque singulas ecclesias arrogare solet, Monarchia, *vid. Thom Campanell. in Disc. de Hispan. Monarch. Joh Azori Institut. Moral.* nec divino, nec humano, nec ecclesiastico jure ipsi competit: Argumenta vero quæ Assentatores Curiæ Romanæ colligunt, plane falsa sunt & frivola.

§. XIV. Ita titulus Vicariatus Christi *c. inter corporalia, c. licet X. de translat. episc.* nullibi in sacris literis fundatus est, sed a meris traditionibus Papalibus dependet. *Schertz. in Anti-Bell. Danh. in Hodomoria Pontif. Du. Parens in Theol. Thet. Element. p. 102 seq. Reink. d. l. L. 1. cl. 2. c. 4 n. 21. seq. Ant. de Dom. d. l. L. 4. c. 7. seq.* Neque etiam Ecclesiæ primitivæ unquam cognitus, & ab ipsis Pontificibus antiquis affectatus, *Ant. de Dom. d. l. L. 1. c. 7.* sed absque dubio illo demum tempore excogitatus fuit, quo Curia Romana dominatum appetebat. Imo nullus etiam Vicariatus Christi admitti potest, nisi forte in officio Prophetico *Joh. 20 v. 21.* unde etiam non raro Sacerdotes Christi Vicarii appellati fuerunt. *Ant. de Dom. d. l. L. 2. c. 6.* Consistit autem hoc officium in sola prædicatione & administratione Sacramentorum, & nullam plane potestatem connexam habet, nisi mere spiritualem, in ligando & solvendo consistentem.

XV. Et hoc solo jure utebantur etiam Apostoli *Matth. X. 1. Cor. 2.* absque ullo dominatu, *2. Cor. 6.* Hinc nec eo ipso Jurisdictio ecclesiastica Pontifici quæsita est.

§. XVI. Multo minus vero Pontifex successionis lege sibi aliquem primatum jure arrogat, *dist. 21. c. 2. d. c. licet. c. solicita X. de major. & obed.* cum successor nunquam melioris conditionis fit, quam ille in cujus locum succedit. *L. 175. §. 1. ff. de R. J.* Petrus autem ejuscemodi primatum neq; affectavit, *1. Petr 5. v. 1.* neq; habuit, *Matth. 18. Luc. 22. Actor. 11 v 2. 3. Du. Parens d. l. p. 204 seq. conf. Anton. de Dom. d. l. L. 1. c. 11.* adeoque etiam in alium non potuit transferre. *arg. L. 20. pr. ff. de A. R. D.* Imo tanta quoque olim fuit Patrum, Conciliorum, & ipsorum Pontificum modestia, ut primatum hunc aut plane non agnoscerent, aut ad minimum non soli Petro tribuerent. *Ant. de Dom. d. l. c. 3. c 5.* Et si forsan etiam primatus quidam concedendus foret, de primatu ordinis, non autem potestatis, id intelligendum esse puto. *conf. Sleidan. lib. 2.*

§. XVII. Et talem etiam primatum Bonifacium IV. sive ut aliis placet III.) a Phoca impetrasse arbitror. *Bodin. de Rep. L. 1. c. 9.* Reliquæ autem concessiones, quas ab Imperatoribus retulisse gloriatur Pontifex, aut fabulosæ sunt, aut salva Majestate concedentis interpretandæ. Ad priorem Classem refero donationem Constantini M. *c. Constantinus. dist. 16. conf. Reink. d. l. L. 1. cl. 2. c. 8. n. 41. seq* ad posteriorem vero Justiniani, *1. 1. C. de Episc. aud. Nov. 86. & 97. & 131. t. t. C. de Episc. & Cler.* Phocæ, *vid Platina in vit. Bonif.* Caroli M *Gail. de Pac. publ. L. 1. c. 1. n. 12. seq. Albertus Krantz in proœm. de Metropolit.* aliorumque Imperatorum. Adeoque tantum abest ut se potestate sua pio mentis affectu plene abdicaverint, *contra. c. quia sancta. dist. 63. seq.* ut potius aut expresse sibi illam reservaverint, *vid. L. 6. C. de Episc. Aud.* aut tacite reservasse censendi sint, *arg. c. ex part. 11. de off. jud. deleg.* Quodsi igitur Pontifici aliqua Jurisdictio ecclesiastica competit, non originaria dicenda est, sed derivativa, a Principibus dependens, & eorum potestati subordinata. Absoluta vero & originaria ipsi, qua Pontifici, non competit, licet etiam ad Principum concessiones provocet. Cum enim ejuscemodi concessiones partim vi extortæ fuerint, partim dolis atque fraudibus elicitæ, *Ant. de Dom. d. l. L. 6.* favente atque indulgente tanto ausui liberalitate principum, urbis magnificentia, *Ant. de Dom. d. l. L. 4. c. 3 Nov. 131. §. ideoque sancimus.* & superstitiosa populi credulitate; *Ant. de Dom. d. l. c. 7. seq.*

7. seq. conf. Alphons. Vergas. de Stratagem. Jesuit. passim. Petr. Molin. de Monarch. Pont. Rom. c. 23. Albert. Krantz. de ruin. Imper. Rom. Salmas. in Defens. Reg. c. 4. c. f. Bod. de Rep. L. 6. c. 1 Lehm. in Chron. Spir. L. 5. c. 48. non patrocinari possunt causæ Pontificiæ, *arg. L. 11. ff. de Reg. Jur.* siquidem dolus nemini prodesse potest, *L. 1. pr. L. 12. ff. de dol. mal.* nec ille etiam, qui vi injusta rapuit, melioris conditionis est. *pr. l. de vi bon. rapt. j. L. 2. §. 1. ff. eod. Vinn. ad pr. I. b. t. Sande. ad L. 11. ff. de R. J.*

§. XVIII. Tandem frustra provocatur ad possessionem & præscriptionem. Cum enim Pontifex Romanus justo titulo & bona fide destitutus sit, pro possessore non habendus est, *arg. c. vigilanti X. de præscript. arg. c. pro possessore. 36. X. de reg. jur. L. 136. ff. eod.* adeoque etiam non potuit præscribere. *arg. c. sine possessione. 3. X. de reg. jur. c. quoniam omne. X. de præscript.* Et cum denique Pontifices arrogato jure in ecclesiam enormiter abuterentur, *Lampad. de Rep. Germ. p. 1. n. 21. Bodin. de Rep. L. 6. c. 1.* nullibi quieta erat eorum possessio, *Alphons. Verg. d. l. c. 57. 58.* adeoque interrupta & elisa fuit hæc præscriptio *arg. c. sanctorum X. de præscript.*

§. XIX. Nullo ergo jure nititur Jurisdictio ecclesiastica, quam Pontifex Romanus sibi arrogat, neque ipsi amplius in iis territoriis tribuitur, ubi Principes hanc potestatem sibi rursus vindicaverunt, &, quo olim premebantur, jugo unanimiter renunciaverunt. Idque summo jure factum est *arg. L. 1. §. 31. ff. de vi & vi arm. L. 6 ff. eod. L. 4. C. unde vi.* Seculo XVI. in plerisque terrarum orbis partibus; *conf. Ant. Fab d. l. L. 2. c. 9. § 11.* in Imperio Romano vero imperante Carolo V. Hujus enim sub auspicio, suspensa fuit Jurisdictio ecclesiastica, quam Pontifex hactenus per Episcopos exercere consueverat. *Reink. d. l. L. 3. cl. 1. c. 1. n. 14. R. J. de Ann. 1555. §.* **Damit auch.** *ibi:* **so soll biß zu endlicher Christl. Vergleichung der Religion die geistliche** Jurisdiction - - **ruhen, eingestellt und suspendirt seyn und bleiben.** *Instr. Pac. Osnabr. Art. 5. n. 48. verb. Jus Diœcesanum & tota Jurisdictio ecclesiastica cum suis speciebus contra Augustanæ Confessionis electores - - usque ad compositionem Christianam dissidii Religionis suspensa esto.*

§. XX Diu autem disputatum fuit, quo modo hæc suspensio interpretanda sit. Sed absque dubio ex ratione politica inter partes litigantes de hoc stylo convenerat, in effectu vero jurisdictio Pontificia in terris Protestantium sublata est suspensione non simplici sed, devolutiva, quia postliminii quasi jure hi Status Superioritatem territorialem in ecclesiasticis consensu totius Imperii recuperarunt *Instr. Pac. Osn. & Mon. art. 8. j. art. 5. §. 48. R. J. d. Ann. 1524. §. 28. 29. R. J. d. Ann. 1526. §. 4.* & usurparunt.

§. XXI. Comperit igitur Jurisdictio ecclesiastica adhuc hodie originarie cuique Principi in suo territorio, adeoque in Imperio Romano Cæsari & Statibus Imperii immediatis. Sed cum soli non sufficiant eidem exercendæ, ejus exercitium in alios transferre atque derivare solent, de quo in sequenti capite disserendum est.

CAPUT III.

De *Subjecto Jurisdictionis Eccles. Derivativo.*

§. I.

Cum alienum sit a Majestate Principis, ut strepitus forenses ejus aures obstrepant, animumque distrahant a graviori cura Reipublicæ, & tanta quoque sit ecclesiarum in uno territorio numerositas, causarumque amplitudo, ut solus Princeps universis non sufficiat, necesse est, ut alios in partem sollicitudinis assumat, & eo ipso sibi curas publicas faciliores reddat. *Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 1. 49.*

§. II. Cum ergo Principes viderent, non consultum modo esse, sed & necessarium, ut partem juris sibi competentis aliis exercendam traderent, jure quasi gentium receptum fuit, ut hanc jurisdictionem in ecclesias alicui certo modo committerent.

§. III. Uti autem Princeps potestate haud limitata utens nullis Legibus tenetur, *L. 31. ff. de Leg.* & quilibet suarum rerum arbiter & moderator est, *L. 21. C. mandat.* ita etiam huic Principi licuit jurisdictionem ecclesiasticam pro lubitu in quemcunque transferre, quem dignum judicaverit ad munus hoc gerendum, adeoque vel in solum Laicum, vel in solum Clericum, vel in utrumque simul, idque eo magis, quo minus a subjecti statu dependet salus & tranquillitas ecclesiæ. Neque enim obstat, quod Laici ab omni potestate in ecclesias arcendi sint, *c. 11. qu. 1. c. 1. X. de for. compet. c. laici. c. quamvis de decim. dist. 89. c. judicatum & passim.* Hæc enim dispositio, a Curia Romana ex mera ratione politica ad stabiliendum dominatum facta, delenda potius est, quam toleranda & attendenda. Imo nunquam etiam attendi solet Jus Canonicum quatenus cum jure naturali, divino, civili, & provinciali, usuque recepto pugnat *Matth. Steph. de Jurisd. L. 3. p. 1. c. 3. n. 23. arg. c. f. in not. dist. 9. ibi: constitutiones vel ecclesiastica vel seculares, si naturali juri contraria probantur, penitus sunt excludenda. Spec. Sax. lib. 1. art. 3. verb:* **Er mag doch kein Recht setzen, da er** un-

unser Land-oder Lehn-Recht mit ändern mag. Neque obstat etiam quod Weberus arguit: *in Tr. de jure & rat. consil. c. 15.* cum longe alia sit quæstio consilii a quæstione juris.

derivative vero §. IV. Ille autem cui Jurisdictio ecclesiastica a Principe conceditur, vocatur Subjectum derivativum, ex ea nimirum ratione, quia ejus Jurisdictio ecclesiastica a Jurisdictione Principis derivatur, & in illam per querelas, nullitates & appellationes iterum reflectitur.

§. V. Est igitur Subjectum Jurisdictionis ecclesiasticæ, omnis is, cujus jurisdictio ecclesiastica a Principe profluxit, & in illum rursus refluit. Adeoque Jurisdictio subjecto huic non independenter & absolute competit, sed dependenter & subordinate.

olim Episcopis, §. VI. Constituebant ejuscemodi Subjectum olim Episcopi, in hos enim Jurisdictio ecclesiastica ab Imperatoribus translata erat, *Matth. Steph. in interpr. C. de Episc. aud. n. 2.* idque forsan tempore Arcadii, Honorii & Theodosii contigerat. Confirmata quoque ipsis fuerat a Justiniano, *arg. L. 9. C. de Episc aud. & pass.* Carolo M. aliisque Imperatoribus. Possidebant eam quoque usque ad seculum XVI. Sed cum sua potestate tam enormiter abuterentur, ut quoque disciplinam in Tyrannidem converterent, Proceres Germaniæ causam per querelas ad Imperatorem devolvebant, *conf. Strauch. Diss. exot. 5. §. 6.* sæpiusque repetebant, *conf. Hortleder* von Ursachen des Teutschen Krieges. *Lundorp. Act. publ. T. 1 & 2.* usque dum, crescente paulatim eorum insolentia, id, quod precibus efficere non poterant, armis vindicare contenderent Multis igitur utrinque cladibus illatis, cum majora imminere viderentur pericula, per Transactionem Passaviensem A. 1552. initam, plenam libertatem Augustanæ Confessioni addictis dare placuit, donec A. 1555. per religionis pacem & subsecutam A. 1648. pacem Osnabrugensem, omnis Jurisdictio Pontificia in terris Protestantium suspenderetur, & quæ tenus hac Episcopis relicta fuerat potestas, unicuique statui conferenda redderetur.

§. VII. Alii autem Principes pari hujus jugi Pontificii impatientia commoti, diu ante jam renunciaverant Pontificis imperio, *vid. Faber. de Rel. reg. L. 2. c. 9. n. 11.* & jurisdictionem in sui territorii ecclesias, ipso jure Majestatis sibi competentem, ad se revocaverant, ut ergo nihil præter solum nomen superesset.

hodie, §. VIII. Mutatus ergo tali modo Rerumpublicarum Status, mutatos quoque mores postulabat, & cum ipsi principes se solos huic jurisdictioni impares viderent, ejus exercitium in alios transferre cœperant. Cum vero territi vestigiis non consultum fore cernerent, ut illud iterum Episcopis committerent: aut proprios in suis territoriis Episcopos sibi constituebant, uti Angli aliique Principes fecerunt, plerumque Consistoriis. aut erigebant judicia ecclesiastica *Matth. Steph. de jurisd. L. 3. p. 1. c. 15. n. 4. & 11.* quibus plerumque Laici & Clerici simul præponebantur, idque etiam in Saxonia obtinuit, Churfl. Sächs. Kirchen-Ordn. t. von bey den Consistor. ibi: soll keines allein mit Theologen oder politischen Personen, sondern in gleicher Anzahl aus beyden Ständen besetzt werden.

§. IX. Uti autem liberum in illo fuit unicuique Principi arbitrium, ita etiam non opus fuit, ut novi Episcopi constituerentur, eoque magis, quo minus salus ecclesiæ ab Episcopali dignitate dependet. Adeoque frivole nos increpant Angli, *conf. Extract.* Leipziger Zeitung von der XII. Woche A. C. 1715. quod in hisce nostris territoriis nulli constituti sint episcopi, adeoque nostræ ecclesiæ veritatis characteribus destituantur. Characteres enim veræ ecclesiæ non tam in signis externis, quam internis quærendi sunt, & deficiens episcopalis dignitas neque veritati ecclesiæ, neque effectui Jurisdictionis ecclesiasticæ ullo modo derogat.

§. X. Concedi ergo solet Jurisdictio ecclesiastica apud Protestantes plerumque his Judiciis ecclesiasticis, idque veluti Jus quoddam gentium communi usu & applausu receptum est. Ita apud Anglos exerceri solet in Curia Christianitatis, *Thom. Smith. de Rep. & admin. Angl.* apud Helvetos in dem Chor-Gerichte, *Joh. Simler. de Rep. Helvet. lib. 3.* in terris Saxonicis, Brandenburgicis aliisque pluribus in Consistoriis.

§. XI. Addidi: plerumque, eo ipso ostensurus, quod interdum quoque aliis quæsita sit. Ita sæpe competit Possessoribus Dynastiarum atque prædiorum, cujus celebre exemplum existit in Lusatia, ubi L. B. de Scheliendorff Jurisdictio ecclesiastica quoad primam Instantiam in ditione Königsbrück & pagis adjacentibus quæsita est. Hinc cum abhinc aliquot annos in controversiam vocata esset, Princeps Serenissimus sub dato Dresdæ d. 4. April. 1711. hunc in modum rescribebat: Daß mehrgedachte Frey-Frau von Schellendorff, wegen ihrer Herrschafft Königsbrück, und dahin gehörigen Dorffschafften, insonderheit auch des Dorffes Groß-Grabe, bey der hergebrachten *Jurisdictione eccles. quoad primam instantiam* hinfort geruhig gelassen, und hierunter nicht beeinträchtiget werden möge. Interdum etiam ab ipsis Magistratibus municipalibus acquiritur.

§. XII.

Interdum vero etiam Magistratibus municipalibus. §. XII. Municipales Magistratus secundum Statum hodiernum Imperii Romano-Germanici appellari solent omnes illi, qui civitatibus Imperio mediate subjectis jurisdictione præsunt.

§. XIII. Quod Jurisdictio ecclesiastica ab his etiam acquiri possit, demonstrare supersedeo, cum nulla plane ratio obstet, & aliorum in hoc demonstrando jam versata fuerit industria Remitto potius B. L. ad Petrum Heigium *apud Klock. in consil. 51, T. 1.* Davidem Mevium *Decis. Wismar. P. 2. Dec. 300.* & Heinricum Bruninum *de var. univers. spec. ear. jur. th. 20. lit. A. in med.* ex quorum argumentis multa ponderosa, multa etiam non plane levia deprehendet. Ne tamen adversariorum argumenta tibi scrupulum injiciant, quid de iis videatur, solicitius exponam.

§. XIV. Minime nos stringit trita illa declamatio, quod Magistratus municipales plerumque ex Laicis componi soleant, adeoque omni potestate in ecclesias interdicantur; nam injustum atque obsoletum esse hoc principium, supra demonstravi. Neque etiam 2) obstat, quod Jurisdictio ecclesiastica certissima & indissolubilis Superioritatis territorialis sequela sit, cum hoc tantum de originaria & absoluta & proprietate hujus potestatis, non autem de derivativa, subordinata, ejusque mero exercitio accipiendum sit. Quod vero 3) hæc Jurisdictio in Instrumento Pacis ad Subditos non extensa sit, plane falsum est, & *Art. 5. §. 12.* repugnat, ubi expresse confirmatur publicum Religionis exercitium cum omnibus Annexis, quæ Statutum Catholicorum Vasallis Landsassiis & Subditis Anno 1624. competierunt. Quod autem 4) Ferdinandus Pacem Religiosam ad Subditos extendi non voluerit, illud aut de subditis in illius terris patrimonialibus viventibus intelligendum est, aut plane quoque statuendum est, quod huic dispositioni per allegatum §. 12. derogatum fuerit, *arg. L. f. ff. de LL.* Neque 5) metuenda est Jurisdictionum confusio, cum utramque Jurisdictionem ita exercere possint, ut neutra alteram ingrediatur, quod in ipsa quoque Jurisdictione Principum occurrit. Plane autem nullum est dissidii Religionis periculum, licet quælibet ecclesia peculiaria statuta habeat, quæ ritum aliquem externum concernunt, cum in reliquis fundamentalibus communem Religionis regulam observet. Æque enim salva esse potest ecclesiæ tranquillitas, uti salva manet salus publica, licet civitates singulæ peculiaribus statutis gaudeant. Horum ergo atque aliorum quæ obstare videntur, & vel supra refutata sunt, vel infra diluentur, non tantum pondus est, ut Magistratibus municipalibus Jurisdictionem ecclesiasticam denegandam esse probent.

§. XV. Quod autem modos Jurisdictionem ecclesiasticam acquirendi attinet, tres potissimum Jure hodierno habemus; ipsam scilicet concessionem Principis, occupationem rei quasi derelictæ, & præscriptionem immemorialem.

§. XVI. Primus acquirendi modus est ipsa Principis concessio, isque regularis est, quia solus Princeps omnis jurisdictionis fons est, ipsique Jurisdictio tanquam jus quæsitum competit, quod ei absque suo facto non auferri potest. Cum vero Princeps rei suæ moderator sit & arbiter *arg. L. 21. C. mandat.* & de jure suo libere disponere possit, neque ulla hujus libertatis restrictio præsumenda sit, quia ipsa publica necessitas & utilitas hoc postulat, nullum plane dubium moveri potest, an ei liceat hanc Jurisdictionem Magistratibus municipalibus conferre. Quod enim dicitur, quod Jurisdictio ecclesiastica Regale summum sit & naturam proprii a Subjecto suo inseparabilis habeat, hoc de ipsa Jurisdictione, non de mero ejus exercitio, quale dicto Magistratui tribuimus, intelligendum est. Neque obstat etiam quod hæc concessio Principis autoritati deroget, quia non abdicative conceditur, ita ut Majestas dissolvatur, *Paurmeist. de jurisdict. L. 1. c. 20. n. 6. seq.* sed communicative; salva tamen Principis autonomia *arg. c. ex parte 12. de off. & pot. deleg.* unde etiam clausula non derogandi aut expresse additur *Marant. consil. 28. n. 2.* aut tacite adjecta intelligitur, nam concessiones Principum semper salvo superioritatis jure factæ esse judicantur. *Meichsner. Decis. Cam. T. 2. L. 1. Dec. 6. n. 89. seq.* Hinc Jurisdictio ecclesiastica Magistratibus nonnisi quoad primam instantiam competit, adeo ut, si necesse fuerit, ad Principem per Appellationes & querelas devolvatur. Denique etiam Magistratus pro instrumento Principis habendus est. *Grot. de J. B. & P. L. 1. c. 3 & 5.* eo minus ergo Principis autoritati derogatur, quo magis actio non instrumenti esse dicitur, sed illius, cui instrumentum servit.

§ XVII. Requiritur vero ut in concessione specialis mentio fiat jurisdictionis ecclesiasticæ, adeo, ut si Princeps etiam omnimodam Jurisdictionem concesserit, non tamen Jurisdictio ecclesiastica simul collata censeatur. *Carpz. Jurispr. Consist. L. 1. T. 1. D. 3. n. 6.* Et concessa quoque Jurisdictione ecclesiastica tamen neque totum Jus Episcopale concessum esse intelligitur, quia partem suæ solicitudinis tantum communicate solent Principes, neq; omnes etiam

iam causæ ecclesiasticæ. Quanquam enim beneficia Principum, quæ a divina eorum indulgentia proficiscuntur, quam plenissime interpretanda sint: *L. 3. ff. de const. Princ.* hoc tamen fallit in Regalibus, *Brunn. ad d. L. 3. Carpz. Dec. 287. Brunn. C. 5. Dec. 61.* quorum concessio stricte est interpretanda, & ad ea tantum applicanda, quæ in illa continentur. Hinc in dubio non nisi causæ consistoriales concessæ, reservari vero solitæ, hic quoque reservatæ judicantur, nisi iterum omnimoda collata sit Jurisdictio ecclesiastica. *Brunn. ad d. L. 3. Meichsn. Dec. Cam. 6. n. 88. T. 2. lib. 1.*

§. XVIII. Secundus acquirendi modus consistit in occupatione hujus jurisdictionis, tanquam rei derelictæ.

Ipsa naturalis ratio confirmat hujus modi acquirendi justitiam. Nam res pro derelicto habita pro re nullius æstimanda est, adeoque semper cedit occupanti *§. 12. I. de Rer. Div.* & secure occupari potest *L. 1. ff. pro derel.* Hinc si Magistratus Jurisdictionem ecclesiasticam hoc modo occupent, non committunt crimen læsæ Majestatis, nam qui jure suo utitur, neminem injuria lacessit.

Probe autem constare debet de animo derelinquendi, ne vitiosa sit hæc occupatio. Præsumitur vero ille animus, si Princeps Jurisdictionem ecclesiasticam occupare & exercere possit, non autem illam occupet & sibi vindicet.

§. XIX. Tertio acquiri potest Jurisdictio ecclesiastica præscriptione immemoriali; non longissimi temporis, hæc enim in præscribendis Regalibus contra Principem non sufficit. *c. 26. X. de V. S. Pruckn. de Regal. c. 6. n. 95. Mevius p. 4. Dec. 66.* Opus autem est, ut præscriptio hæc legitime peracta sit, atque tum tanti temporis lapsus vice tituli est. *l. 3. §. 4. ff. d. aqu. quot. & æstiv. l. 1. §. f. ff. d. aq. & aqu. pluv. arc. Menoch. de præsumt. L. 3. præs. 13. num. 38.* uti etiam respondit Fac. Jurid. Lips. requir. G. J. R. 1714. Mens. Febr.

§. XX. Quod autem Jurisdictio ecclesiastica dictis modis valide acquiri possit, ipsa Legum ratio & Pax publica confirmat. Expresse enim ratihabiti fuerunt in Instrumento Pacis Osnabrugensis, ubi in *Art. 5. §. 33.* hæc verba reperimus: *Pacta, Transactiones aut Concessiones, quæ inter immediatos Imperii Status eorumque Status Provinciales & subditos supra dictos, de publico vel etiam privato Exercitio Religionis introducendo, permittendo, & conservando antehac intercesserunt, inita & facta sunt, eatenus rata & firma maneanto, quatenus observantiæ dicti Anni 1624. non adversatur.* Accurate hic notandum venit vocabulum *manere*, hoc enim perpetuitatem denotat, & restrictionem non admittit. *Klock. T. 3. consil. 182. n. 534. & 541.* Ita porro ibi dicitur: *quod exercitium August. Conf. sive certo pacto, sive privilegio, sive longo usu, sive longa denique observantia acquisitum, etiam imposterum una cum Annexis ita maneat.* Et cum adjectum quoque videamus interdictum, ne quis a quocunque ulla ratione turbetur, nullum plane restat dubium, quo minus Magistratus, cujus intentio in tam justis titulis fundata est, Jurisdictionem ecclesiasticam secure exercere possit.

§. XXI. His igitur præmissis, restat ut dispiciamus, quatenus hæc Jurisdictio Magistratibus municipalibus competat. Primo igitur notandum est, quod ipsis tantum competat quoad primam instantiam, ita ut per Appellationes ad Principem devolvi causa possit, si pars aliqua se læsam esse putet. Porro observandum est quod ipsis competat ut Privilegium, non vero ut Regale. Regalia enim non competunt, nisi quis superioritate territoriali gaudeat, unde etiam in litteris investituræ jurisdictio non alio quam privilegii nomine notari solet. An autem Magistratui municipali ordinaria an delegata jurisdictio concessa sit, non nisi cum distinctione aliqua determinare licet. Aut enim Jurisdictio ecclesiastica ipsi ita est concessa, ut jure proprio illam exercere debeat, & tunc absque dubio est ordinaria, cum jure proprio, & jure Magistratus competere Synonymice accipiantur: *arg. L. 14. ff. de jurisd. Frauzk. ad t. de jurisdict. n. 24.* aut ita data est, ut eam nomine Principis exerceat, & tunc delegata tantum ipsi competit Jurisdictio. Quæ vero causæ a Magistratu municipali judicari possint, nulla speciali regula complecti possumus. Sufficiat igitur generalem aliquam suppeditasse, ubi tamen duo casus distinguendi veniunt. Aut enim acquisita fuit Jurisdictio ecclesiastica ex concessione Principis, & tunc literæ investituræ consulendæ sunt, tantum enim eo casu licet, quantum specialiter concessum fuit: aut acquisita fuit per præscriptionem, & tunc pensitandi sunt actus possessorii, quia tantum præscriptum esse judicatur, quantum possessum fuit, *arg. L. 18. §. f. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

§. XXII. Quod vero Jurisdictio ecclesiastica etiam a Magistratibus municipalibus acquiri soleat, eo faciliori negotio exponi potest, quo crebriora, cum in ipso Romano Imperio, tum extra illud, exempla sunt conspicua. Constat enim ex Historicorum monumentis, quod exercitium Religionis, una cum Annexis, (quæ nihil aliud involvunt, quam quasdam, & ptimarias Juris Episcopalis particulas) acquisitum fuerit a Magistratibus municipalibus

bus Hugonotarum *vid. Edictum Nannetense & decreta Synodi Vapincensis apud Thuan. L. 129. p. 1057.* Bohemorum *Rudolph. II. Maj.* Brieff *de A. 1609. Lundorp. Act. publ. T. 1. L. 3. c. 21. Barthol. Chron. sui temp. L. 11. c. 21. MS.* Polonorum *David Chytr. in Chron. Sax.* Hungarorum *Reusner. in Isagog. Histor.* Austrorum *Beut. in Annal. ad Sleid.* Silesiorum *Lundorp. Act. publ. T. 1. L. 3. c. 23.* a Senatu Vratislaviensi *arg. §. 38. Art. 5. Instr.* & in specie *Pac. Osnabr.* &, de quo præcipue dissercre constitui, Magistratu hexapolitano.

Magistratui Hexapolitano. §. XXIII. Intelligo per Magisteatum Hexapolitanum, Magistratum primariarum civitatum superioris Lusatiæ, quæ cum fœdcre se jungerent A. 1337. a numero senario nomen Hexapoleos referebant, *Conf. Dn. Parens* Laußnitz. Meckwürd. I. Theil. *pag. 75.*

§. XXIV. Huic Magistratui, quem Statibus Provincialibus annumerari certum est, diverso modo quæsita est Jurisdictio ecclesiastica. Cum enim revocata in lucem veritate Evangelica Hexapolis Episcopalis Jurisdictionis jugo unanimiter renuntiaret, quod a Clero rurali Districtus Gorlicens. A. 1525. die 17. April factum est; *conf. Dn. Parens d. l.* 2. Th. *p. 16 Not. 5.* supremi vero Imperantes Jurisdictionem ecclesiasticam ab Episcopis huc usque usurpatam ipsi ad se revocare nollent; civitates, necessitate compulsæ, cum Principes hanc potestatem sibi competentem dereliquisse viderentur, ipsæ eam occupabant, & Ministros ecclesiarum & Scholarum pro opportunitate & necessitate constituebant, imo etiam de ritibus ecclesiasticis nemine contradicente certo modo disponebant.

§. XXV. Constitutæ erant tali modo in possessione exercitii Jurisdictionis ecclesiasticæ, quod cum ipsa clementissima Principum Sereniss. patientia ultra 100. annos continuassent, perpetua hac observantia ita robur colligebant, ut in ipsam immemorialem præscriptionem abiret. Hinc cum iplis de hoc jurisdictionis exercitio 1681. controversia moveretur provocabant Defensore Marsmanno Syndico Budissinensi in Deductione Commissariis a Summo Principe ad cognitionem causæ missis devotissime exhibita ad possessionem plus quam centenariam: sie hätten allerhand *Actus possessorios* von 10. 20. 30. 50. 100. und mehr Jahren *absque contradictione*, auch bereits *sub ipso Papatu*, auf gewisse Maße *exerciet.*

§. XXVI. Tandem ipsis Constitutionibus Pragmaticis & pactis benigne confirmatum fuit. Prima fuit Ferdinandi I. Exemtio a Jurisdictione Administratoris Budissinensis. Succedebat A. 1611. d. 5. Sept. Matthiæ Assecuratio; ubi hæc verba præcipue notanda sunt: Als wie uns ... vor *reversirt*, ihnen, .. ehe und zuvorn die uns im Lande die schuldige Pflicht leisten würden, wegen des freyen *Exercitii Religionis* genugsame *Assecuration* zu ertheilen rc. Und gebiethen hierauff unsern Land-Voigten .. daß sie mehr gemeldte Stände unsers Marggrafthums Ober-Lausitz über obgedachten freyen *Exercitio Religionis* Augsp. *Confession* schützen und handhaben. Hanc excepit Joh. Georg im Namen Ferdinandi II. mit denen Ober-Laußitzschen Ständen den 21. Febr. 1621. getroffener General-Accord & Ferdinandi II. Ratification desselben, und den 25. Jul. 1622. erfolgte allergnädigste Confirmation. Postea augustissima Imperatoris providentia confirmatum fuit per Recessum Immissionis sub Dato Budissæ die 13/23. Jun. 1623. & literas reversales ab immisso Electore Sereniss. datas, cujus præcipuus tenor hic est: zusagen und versprechen derowegen hiermit und in Krafft dieses Briefes, vorgemeldte Stände des Marggrafthums Ober-Lausitz, sowohl in dem Exercitio Religionis, als geist- und weltlichen Sachen, auch an allen vor angezogenen wohlerlangten Privilegien, wie sie selbige allesamt, und nichts davon ausgeschlossen, bißher in Possess gehabt, beyneben allen und ieden Freyheiten, Constitutionen, Juribus Municipalibus, Willkühren, Satzungen, Rechten, Gerechtigkeiten, alten Herkommen, Briefen, Immunitäten und Gewohnheiten tam in genere, quam in specie, mit nichten zu hindern, noch zu irren, sondern sie derer vorberührter maßen, geruhig gebrauchen, genüssen, und gäntzlich darbey lassen, darwider nicht thun, noch jemand zu thun verstatten rc. *vid. Dn. Parens d. l. p. 246. seq.* Tandem ipse etiam Rex potentiss. & Elect. Sereniss. FRIDERICUS AUGUSTUS liberum Religionis exercitium & Jurisdictionem ecclesiasticam huic Magistratui sæpius jam benigne confirmatam denuo se nunquam turbaturum esse, editis Cracoviæ d. 28. Sept. 1697. clementissime his literis; declaravit: Als wollen wir Krafft dieses, und hiermit vor uns und unsere Nachkommen, als Marggrafen in Ober-Lausitz unsern getreuesten Ständen von Land und Städten unseres Marggrafthums assecuriren und versprechen, daß sie bey der ungeänderten Kayser Carl dem V. zu Augspurg übergebenen Confession, und denen in unseren Erblanden recipirten symbolischen Büchern, ingleichen bey der vom Kayser Matthia -- ausgestellten Assecuration, --- Johann Georgens des Ersten ... im Nahmen Kaysers Ferdinandi II. getroffenen General-Accord und Kayserlichen Majestät erfolgten Ratification auch --- Confirmation, wie auch erfolgten Immissions- und Traditions-Recessen und dabey

bey

bey gnädigst eingehändigten Reversalien, enthaltenen Versicherungen, ja endlich bey allen und jeden vor und bey denen Erbhuldigungen allergnädigst ausgestellten Versorgungen, Reversalien, Confirmationen, und andern dem freyen Exercitio Religionis Augspurgischer Confession zum besten emanirten Resolutionen von männiglich ungehindert gelassen, und dabey, weil sie insgesamt solche bisher im Brauch und Possess gehabt, auch anietzo brauchen, haben und geniessen, ie und allezeit, von uns, unsern Erben und Nachkommen, gehandhabet, geschützet und manuteniret, auch daheto, wenn wider selbige das geringste vorgenommen würde, solches alles vor sich selbsten nichtig, ungültig und unkräfftig seyn, und wieder abgestellet werden soll.

§. XXVII. Atque tali ratione acquisivit Magistratus Hexapolitanus exercitium jurisdictionis eccles. & cum isti modi tam privatis quam publicis Legibus introducti, approbati atque confirmati fuerint, ut supra demonstravi, nullo plane modo dubitari potest, an id legitime quæsiverit, & jure exercere possit.

§. XXVIII. Neque dubitari potest, supra memoratum Magistratum adhuc hodie in possessione hujus exercitii constitutum esse, cum Patres Patriæ Serenissimi eum nunquam potestate hac privaverint, sed potius, post devotissime exhibitam An. 1687. Deductionem, jure ac possessione sua uti eidem permiserint.

quoad merum exercitium.

§. XXIX. Non autem ipsa hujus jurisdictionis proprietas Magistratui Hexap. competit, sed merum tantum illius exercitium. Illa enim simpliciter salva Majestate Principis concedi, adeoque etiam a subdito acquiri & possideri non potest. *l. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* Neque etiam plus juris Magistratus Hexap. sibi arrogat, sed expresse docuit in sæpius citata deductione, quod non ipsam jurisdictionem episcopalem, sed merum tantum ejus exercitium ex parte aliqua intenderet.

titulo privilegii.

§. XXX. Absit vero ut hanc potestatem ei titulo Regalis tribuamus, cum Regalia non esse possint absque subjecto Regalium capaci, adeoque si ab alio acquisita fuerint, absque dubio in alium plane censum veniunt, aliamque formam recipiunt. Recte ergo monet *Hornius in Jurisprud. feud. c. 8. n. 19.* abstrahendum esse ab hoc nomine, & titulum Juris alicujus eximii, vel quod potius mihi videtur, privilegii substituendum esse. *ex Lyncker. Anal. c. 6. aph. 13. n. 1.* Ita enim regulariter notari solent in literis investituræ, exercitia Regalium inferioribus concessa, neque ipsum hoc jus Magistratui Hexap. competens in supra citatis Assecurationibus & literis Reversalibus aliter vocatum fuisse lego.

§. XXXI. Præterea non nisi quoad primam instantiam Magistratui hexap. competit exercitium jurisdictionis eccles. Cum enim, uti supra demonstratum fuit, derivativum sit, prima ipsi merito tantum tribuitur instantia, & altera penes Principem est. Recte enim duæ a Doctoribus jurisdictionis instantiæ formatæ sunt: una quæ a Principe fluit & penes Magistratum est, altera quæ in Principem refluit, & penes ipsum residet. Ipsi ergo definitioni & naturæ hujus jurisdictionis repugnaret, si plus potestatis Hexapolitano Magistratui tribueremus. Neque salva quoque foret Principis Majestas, nisi ipsi etiam liceret autoritatem suam interponere, quod in altera instantia, item per perpetuam inspectionem, contingit. Proinde equidem admitti potest, quod Hexapolitano Magistratui jus aliquod quæsitum sit in causas ecclesiasticas: hoc tamen ita quoque limitatum esse statuendum est, ut de ipsa etiam sententiæ ab eo latæ justitia Principi cognoscere & pronunciare liceat, si causa per supplicationes vel Appellationes ad eum deducta fuerit.

§. XXXII. Interim cum jurisdictionis hujus exercitium non immediate alieno beneficio obtinuerit, sed ipso jure Magistratus certa ratione illud occupaverit, habeatque, ordinarium, non vero delegatum esse videtur, quod ex justa causa per delegatos exercere potest, *L. 5. ff. de Jurisd. L. 4. §. ult. de off. procons. arg c. cum episcopus. 7. de off. ord. in 6. L. 1. ff. de off. ej. cui mand.*

§. XXXIII. His igitur præmissis, ad ipsas causas ecclesiasticas me converto, de quibus vi hujus jurisdictionis Magistratui Hexapolitano jus dicere permissum est. Cum vero supra allegatæ Assecurationes & literæ Reversales, nullas causas specialiter notaverint, nec tamen data sit per illas jurisdictio eccles. quam potius confirmata, ex alio fonte eas derivari opus est. Acquisitum maxime fuit hujus jurisdictionis exercitium occupatione vel potius præscriptione. Cum vero tantum præscriptum esse censeatur, quantum legitime possessum fuit *arg. L. 15. §. f. de acqu. vel amitt. possess.* ipsi actus possessorii inspiciendi sunt.

§. XXXIV. Quantum ergo ex annalibus Hexapoleos colligere potui, jus ordinis, legis Diœcesanæ (ut antiqua distinctione uti liceat) & jurisdictionis Episcopalis in specie sic dictæ, ceu ex subsequentibus fluit, exercet. Ita quoad ordinem utitur 1. jure ecclesias ædificandi, & renovandi, cujus actus complures annotavit Dn. Parens in Lausitz. Merckwürdigkeiten von Kirchen-Sachen. Imo nostris etiam tempori-

poribus exstructam esse memini ecclesiam in pago Wallsdorff.

§. XXXV. Porro 2.) ministros ecclesiæ & Scholæ pro necessitate constituit, cujus iterum non paucos actus recensuit Dn. Parens d. l. Recentissimus celebratus fuit Gorlicii *Anno 1712.* ubi præter numerum receptum Magistratus novum ecclesiæ ministrum templo Cœnobiali dedit.

§. XXXVI. Quoad legem Diœcesanam 3.) ipsi quæsitum est jus administrandi & gubernandi res & bona ecclesiæ, & curandi domos religiosas. Hinc constituit Ecclesiæ & Scholarum Curatores, quod cum notorium sit, allegatis actibus probare supersedeo.

§. XXXVII. Quoad jurisdictionem 4) constitutus est in possessione juris decidendi causas Clericorum tam civiles quam criminales, ut ergo ipsi etiam potestas suspendendi & removendi quæsita sit. Ita Gorlicenses 1539. Diaconos seditiosæ plebis auribus blandientes, 1516. Pastorem Pagi Ober-Biele N. Closium, & 1589. Blasium Gallum vitæ incorrigibiliter scandalosæ causa removerunt M. Ambrosium Freistadiensem, Carolstadii Witebergæ turbas moventis asseclam heterodoxiæ suspectum. Denique Camentienses etiam 1643. in Diaconum Caspar. Dulichium remotionem, imo capitalem quæstionem exercuerunt.

§. XXXVIII. Denique & 5.) sibi acquisivit potestatem decidendi causas matrimoniales.

XXXIX. Denique 6.) aliquo modo etiam jus ferendi ordinationes exercuerunt, in cujus rei fidem Lectorem iterum remitto ad *cit. Dn. Parent. d. l. pag. 27.*

§. XL. In harum ergo aliarumque causarum decidendarum exercitio constitutus est Magistratus Hexapolitanus, & cum illud per tam longum tempus continuatum sit, ut initii memoria non extet; non esse dubitandum putamus, quin illud præscriptione, uti dictum, acquisiverit. *arg. cit. L. 18. §. f.*

§. XLI. Quod modum exercendi attinet, jurisdictio ecclesf. absque interventu Consistorii, propria autoritate, in Curia exercetur. Ubi autem opus est, ut etiam Theologi consulantur, hi quoque in consilium adhiberi solent. Factum hoc fuisse Zittaviæ, probat *Dn. Parens d. l. pag. 40.* ubi aliquod Exemplum refert. Sæpe etiam si causæ arduæ dijudicandæ sint, Consistoriorum atque Facultatum Responsa petuntur, & sententia nomine Senatus publicatur, interdum quoque intimi Consilii imploratur autoritas.

§. XLII. Interim & sua Principi Sereniss. relinquitur Majestas & autoritas. Hinc si partes se gravatas esse putent, causa etiam ad Principem per supplicationem sive appellationem deducitur.

CAPUT IV.

De Modis amittendi & conservandi exercitium Jurisd. Eccles.

§. I.

Cum demonstraverim, quibus modis exercitium Jurisdictionis ecclesf. a Magistratibus municipalibus & Hexapolitano in specie acquiri atque possideri possit: restat ut adhuc de modis amittendi atque conservandi paucis disseram. Amittitur

§. II. Parum autem me morantur modi speciales, quibus Episcopi Jure Can. hac potestate aut ejus exercitio privari poterant, quales erant suspensio *c. 15. & 20. de sent. excomm.* excommunicatio *1. 1 x. & in 6. de sent. excomm.* translatio *c. f. x. de translat. episc.* Remotio *L. 3. §. p. C. de* Summ. *Trin.* renunciatio *Ziegl. ad Lancell. L. 1. t. 19. §. Abbat quoque* & præscriptio; sed de illis tantum loquar, qui utplurimum hodie contingunt, & ad Magistratus memoratos applicari poterunt.

§. III. Maxime amitti solet exercitium Jurisdictionis ecclesf. revocatione a Principe facta. Sed cum ordinarium sit memoratorum Magistratuum jurisdictionis exercitium, iisque jure proprio competat, adeoque instar juris quæsiti sit, Princeps eam indistincte & pro lubitu revocare nequit, nisi vel abusus manifestissimus & satis culpabilis, vel inevitabilis necessitas id postulet. Idque eo magis statuendum est, quo magis supra demonstravi, quod vi pacti ipsis competat. *Menoch. consil. 2. n. 139.* revocatione,

§. IV. Et cum Reipubl. maxime intersit, ne quis sua re male utatur, etiam 2.) ob nimiam crudelitatem & abusum, *Strauch. ad ff. p. 321. Carpz. L. 1. Resp. 53. n. 12. c. tuarum. de privileg.* jurisdictionis ecclesiasticæ exercitium amittitur, quo tamen casu regulariter comminatio præmitti solet *a. l. 14. C. d. pact. l. 36. ff. d. usur.* abusu,

§. V. Porro etiam 3.) amittitur non usu per decem annos *a. l. 1. ff. d. nund. Gail. L. 2. O. 60. n. 1.* nisi vel occasio utendi defuerit *ib. n. 6.* vel Magistratus impeditus fuerit *Mevius P. 2. D. 1.* in quo etiam Doctores utplurimum conveniunt. non usu

VI. Denique 4.) amittitur renunciatione, eaque vel expressa, vel tacita *arg. L. 1. de pec. leg.* quæ fieri solet admittendo actum voluntarium *a. l. 4. ff. d. mun. & hon.* directo contrarium *a. l. 13. §. f. ff. de vacat. & excusat. mun. Gail. d. l. n. 10. c. cum accessissent. de constitut.* & renunciatione.

§. VII. Non vero tollitur morte unius membri, Magistratus enim est persona mysti- non vero morte unius membri

mystica, (uti trita est Doctorum opinio) jura vero ejuscemodi personis data sunt realia *L. 4. §. 3. ff. de censib. Franzk. de consilt. pr. n. 37. seq.* Sicut ergo jura realia nonnisi totali rei interitu extinguuntur, ita etiam hoc Jurisdictionis exercitium nonnisi omnium membrorum morte, vel totius senatorii collegii interitu extingui potest. *a. l. 7. §. f. ff. quod cuj. univers.*

nec etiam omissa confirmatione. §. VIII. Neque etiam amittitur omissa confirmatione, si mortuo concedente alius in ejus locum succedat. Ipso enim jure obligatur Princeps, ut cuique Jus quaesitum salvum relinquat, *c. 16. c. 77. de R. J. in 6.* Et licet tutius sit eam confirmari, non tamen inde praecisa obligatio nascitur ad impetrandam confirmationem. Quae enim cautelae sunt, non etiam statim sunt necessitatis & obligationis.

Conservatur vero §. IX. Haec igitur de modis exercitium Jurisdictionis ecclesiasticae amittendi sufficiant. Progredior ad modos conservandi & tuendi.

per remedia possessoria, & actionem injuriarum. §. X. Conservatur Possessio per remedia possessoria, quale est interdictum uti possidetis. Competunt etiam remedia petitoria, qualia sunt actio confessoria & negatoria utilis, imo etiam actio injuriarum, *arg. L. 13. §. 7. ff. de injur. arg. L. 24. ff. de act. empt.* quam tamen contra eos, quibus specialis debetur reverentia, non invenire locum satis apparet *ex a. l. 11. §. 1. ff. de dol. mal.*

DISSERTATIONEM JURIDICAM
DE

JURE CIRCA HONORES SENATORIOS, SENATIBUS

IN GENERE, SPECIATIMQUE

HEXAPOLITANIS

COMPETENTE,

PRÆSIDE

JO. BALTHASARE WERNHERO, D.

POTENTISSIMO POLON. REGI ET ELECTORI SAX. A CONSIL. AULÆ ET JUSTITIÆ, COD. P. P. CUR. PROV. CONSIST. ECCL. SCABINATUS ET FACULTAT. JURID. ASSESSORE,

IN ACADEMIA VITEBERGENSI

D. V. JAN. M DCC XVII.

IN AUDITORIO JCTORUM,
PUBLICÆ VENTILATIONI SUBJICIET
AUTOR-RESPONDENS

CAROLUS GUILELM. LIMMER,
LOEBAV. HEXAPOL.

§. I.

Ea multorum animos superstitio invasit, ut nefas esse arbitrentur, nisi exposita prius rubrica, in rem praesentem venire, &, omisso verborum cortice, ipsum argumentum, cujus tractatio suscepta est, aggredi. Quae illorum haeresis sicuti merito damnanda est, ubi de vocabulis inaniter disceptant, & multiplici labore, plerumque frigido, Lectori remoram injiciunt, *vid. Ludov. de JCto sine Leg. loqu. § 6.* ita nemo, nisi forte iniquus rerum existimator, & arbiter, facile negabit, evenire quandoque posse, ut vocum expositio vel necessaria sit, vel saltem ad multas difficultates tollendas faciat.

§. II. Itaque & mihi, qui Academicum specimen publice edere, animum induxeram, perpendendum erat: Quae rubricae conditio, quae vocum analogia, quae demum obscuritas; His enim perspectis, judicare demum me oportebat, an e re foret, circa terminos aliquantulum haerere, an, quod res erat, statim tractare. Et, meo quidem judicio, Onomatologia supersedere. & statim ipsum tractationis limen ingredi poteram, nisi quod fere circa integram rubricam quaedam necessario prae-

præmonenda viderentur. Quæ nunc, fine verborum circuitu, in medium afferam. Pandent ea, fpero, viam, ad accuratam rei intelligentiam, & modo ftrictiorem, modo laxiorem vocum acceptionem.

§. III. Initio vocabulum *Juris* occurrit; cujus varia fignificatio in vulgus nota eft; ut hinc illi fufius explicando immorari nolim. Nam & Dupondius quisque facile intelligit, vocem illam h. l. notare *facultatem moralem, hoc vel illo modo ftatuendi.*

§. IV. Quid autem *bonorum* appellatione nobis veniat, aliquanto fufius explicari, operæ pretium fuerit. Hoc enim ad univerfum argumentum, in quo verfamur, illuftrandum magnopere faciet; multisque difficultatibus præcidendis apertam nobis viam monftrabit. Quocirca diftincte inveftigabo, quid *bonorum* vocabulo, & Romano Jure, & noftris moribus, contineatur.

§. V. Notum vero eft ex *tit. ff. & C. d. Muner. & Honor* quod *bonores* a *muneribus* diftinguantur, & fpeciem ab illis diverfam conftituant, *L. 9. ff. de Mun. & Honor.* ita, ut *munus* generis nomen retinens cum onere femper conjunctum, & fine Dignitatis gradu, fit; *L. 18. ff. de V. S.* ibique *Corvin. voce: onus. bonos* e contrario fit ad miniftratio Reipublicæ cum Dignitatis gradu. *vid. omnino L. 14. ff. eod.* Alias diffimilitudines & differentias muneris atque honoris, *vid. in L. 10. §. 2. eod. ibique Godofr. lit. a.*

§. VI. Jam cave, putes, hanc ab ipfa rerum indole petitam diftinctionem ufum fori Germanici non admittere; forte, quia in illis, quæ ftatum publicum concernunt, parum commode ducantur argumenta ex priftina Reip. Rom. forma *Ziegl. de I. M. p. 117.* Enimvero ficuti lubens concedo, in illis, quæ faciem Reipubl. noftræ Romano-Germanicæ concernunt, ad LL. Romanas, fpeciatimque poftremos *Codicis* libros, inepte recurri; ut contra *Taborem* olim *Conringius* præclare oftendit; ita in aliis negotiis atque caufis, quo & præfens argumentum refero, utiliter Leges Rom. adhiberi, puto, quoties non aperte a Germanorum moribus abhorrent. Qui enim in Imperio noftro Lege nititur Juftinianea, obfervantiam non probat, & tamen caufam habet fundatam, *Lauterb. Concl Forenf. Exerc. 1. th. 1 & ibi. cit. Autt.* quatenus contrariæ Leges, vel confuetudines patriæ, huic Juri, in fubfidium recepto, non obfiftunt; quales tamen in ea, in qua verfamur, caufa hactenus univerfaliter, five latas effe, five ufu invaluiffe, affirmare vix quisquam aufus fuerit; Quod & infignes effectus, quos hodienum honorata munera, præ illis inhonoratis, ut vulgo audiunt, producunt, de quibus in fequentibus ex inftituto agemus, luculenter evincunt.

§. VII. Equidem hanc meam fententiam, ratione ftipatam, infringere videri poterat *Brunnemanni* autoritas, qui *in L. un. C. de Infam. n. 5.* contendit, quod noftris moribus muneri femper dignitas ineffe videatur, vilibus exceptis, & plane contemtis. Verum enim vero præterquam, quod vox ifta: *videatur*, fit ambigentis, tanti hoc morum teftimonium non facio, quin adhuc Juris communis difpofitioni infiftam, idque eo magis, cum adhuc hodie, obveniente cafu, Collegia Juridica fecundum eam refpondere, animadvertere liceat, in *Ill. Berger. Oec. Jur. p. 60.* & *Dn. Præf. P. 1. Obf. 179.*

§. VIII. Quando de Jure, circa Honores *Senatorios*, differere conftitui, eo vocabulo non innuo illa tantum jura, quæ toti Senatui in folos Senatores, ftrictiori fignificatu tales, competunt; fed fub eo, latius fumto, complector jus, quo totus Senatus, in totum Senatum, h. e. Confules non minus, ac cætera Collegii membra, gaudet.

§. IX Sed & voce *Senatus* ftudio ufus fum, atque a vocabulo *Magiftratus* abftinui. Huic enim, qua tali, jura, de quibus laboro, haudquaquam competunt. Neque ad rem facit, quod Senatus plerumque fimul Jurisdictionem, fi non Criminalem, minimum tamen Civilem, exerceant; cujus quidem caufa vel maxime Magiftratus audire debebant. Nam hic regerere licet, univerfaliter id verum non effe, neque Subjecti qualitates naturales, non item accidentales, refpicere.

§. X. Conftat autem inter omnes, *Senatum*, qua talem, non venire nomine *Magiftratus. Arift. L. 1. Polit. c. 13.* quippe qui Jurisdictioni præficitur, ut copiofius tradit *Cujac. Parat. ad t. ff. de O & I.* & ad Jus reddendum, de caufis publicis & privatis, conftituitur. *L. 1. ff. de Off. ej. cui mand. L. 6. §. 1. de Tutel. L pen. ff. de I. & I. L. 12. d. LL. L. 57. de V. S. Calvin. Lex. Jur. voc. Magiftrat* At vero *Senatus* ordinem certum fignificat, *vid. L. 10. ff. de Nupt. & Dd. ad tit ff de Senat.* qui munere, non Juris dicundi, fed de Republica confultandi, eamque recte regendi, gaudet. *Zamofc. de Sen. Rom. L. 1. p. 53. feq.*

§. XI. Conftat etiam hodieque, conftanti ufu, inter Magiftratum, & Senatum Oppidanum, difcrimen fervari. Non enim defunt exempla, in his ipfis terris Saxonicis, hanc in rem varia. Dantur Collegia Senatoria, quibus ne minima quidem ICtionis particula in fuos Cives competit; dantur & alia, quæ ejusdem hanc, vel illam, fpeciem exercent, non tamen pro-

prio nomine, ſed Locationis Cond. jure. Exempla *vid. in Titii Jure Priv. L. 8. c. 10. §. 24. ibique cit. Carpz. L. 5. p. 15.*

§. XII. Conſtat denique, Hexapolitanis Senatibus initio, aut plane nullam, aut ſane reſtrictam, nec in ſolidum, ICtionem competiiſſe, quia de alia majori eorundem poteſtate, circa Jus litigantibus dicendum, liquido non conſtat. Fungebantur enim Juris dicundi munere, quoad Nobiles, Regii Judices, die Land Richter, Land-Vögte, in ſuæ quisque Civitatis Diœceſi, &, reſpectu Civium, Statuti ſive hereditarii judices; utrique tamen ſibi, cum pro Tribunali ſederent, certos Deputatos Senatorios aſſidere, ob cauſas civili ratione non carentes, patiebantur. *vid. Dn. Carpz. Anal. Zittav. P. II. c. 2. §. 2. 3.* Senatus autem, tanquam Concilium, totam Civitatem repræſentans, pro varia Civium communione, nunc negotiorum explicandorum, nunc conſenſus rebus gerendis accommodandi cauſa, conveniebat. *vid. Mev. P. III. Dec. 228. n. 2. Conring. de Urb. Germ. th. 75.* Sed, tempore procedente, Senatus Oppidani quoque Magiſtratum gerere cœperunt, eorumque muneri Senatorio facultas, in cauſis, per provocationem a Judicum Decretis ad ipſos devolutis, cognoſcendi, accrevit. vid. laudatus *Dn Carpz. P. II. c. 5. §. 1 ſeq.*

§. XIII. Verum frequentia Regis inter, imo & Statutos, quos vocabant, judices, atque Oppidanos Senatus diſſidia, evidens item utilitas, atque lucrum, perſvadebant Imperatoribus, ut dictorum Judicum munus Urbium Senatibus titulo, nunc oneroſo, nunc lucrativo, nunc ad transferendum dominium habili, nunc minus idoneo, concederent. Sic v. c. primum Carolus IV. Anno 1366. Zittano Senatui Jurisdictionem, das Gerichte derſelben Stadt und auf dem Lande, ut habet Inſtrumentum deſuper confectum, certa mercede locavit; quæ quidem locatio poſtmodum multoties eſt renovata. Wenzeslaus autem eidem Senatui de ſtatuti Judicis ICtione duas tertias, & Sigismundus reliquam partem, vendidit. *vid. Dn. Carpz. c. l.* Idem in reliquis etiam Civitatibus uſu venit; donec ICtio omnimoda, vel ſaltem inferior, patrimonio earum ceſſit; qua de re *vid. Corp. Jur. Luſ. p. 182.*

§. XIV. Tenendum & hoc eſt, quod, ubi de Senatibus loquor, cum ſolis *Oppidanis* res mihi futura ſit. Non ergo huc Senatus, vel Aulici, vel Eccleſiaſtici, vel Academici, aliique plures, qui hoc nomine veniunt, referri debent. Multoque minus ea, quæ de Decurionibus ſ. Senatoribus ex Jure Rom. paſſim afferam, de illis intelligenda erunt, qui Reip. Rom. olim præfuerunt, cum quibus *Calvin. in Lex. Jur. voc. Senatus.* Principes Electores Imperii noſtri inepte comparat. Præterquam enim, quod alii plures Jure Suffragii in Comitiis gaudeant; longe inferior Senatorum Rom. conditio fuit, quam Principum noſtrorum, qui Superioritatem, quam vocant, Territorialem in ſubditos ſuos exercent; cum illis, qui Romæ erant, Senatoribus, ſeorſim ſpectatis, non alia, quam obſequendi, gloria relicta eſſet. Itaque minores illos ſubintelligi toties volo, quoties aliquam Senatorum Romanorum mentionem injicio. Neque *Decurionis* vocem eo te abducere patiaris, ut, iſtos ſub Senatorum vocabulo minus contineri, tibi perſvadeas; contrarium enim luculenter oſtendit *L. 33. C. de Decur. Calvin. l. c.*

§. XV. Agam vero ex inſtituto de Ampliſſimis ſex Urbium Senatibus, quatenus jus aliquod circa ſe ipſos exercent ſinguli. Quo loco præter id, quod in Luſatia ſuperiore ſitæ ſint, & Sereniſſ. ac Potentiſſ. Polon. Regi & Elect. Sax. pareant, attendendum eſt, (1.) Sex illas celebriores Urbes *Hexapoleos* nomine inſigniri eo, quod fœdus inter ſe anno 1337. inierunt. conf. *Dn Groſſer.* Lauſin. Merckw. *P. I. p. 75.* (2.) easdem ſingulas jure Comitiorum, ſive jure ſuffragium ferendi in Comitiis, gaudere; atque adeo (3) conjunctim alterum Luſatiæ ſuperioris ſtatum, nempe *Ordinem Civitatenſem*, den Städter-Stand, conſtituere.

§. XVI. Nam obſervandum eſt, poſt diutinas, imo avitas, Statuum Provincialium altercationes circa eorundem, atque inde dependentium Votorum, numerum ſubortas, litem ita ſopitam eſſe, ut in almæ Pacis conſervationem ſtatus in duos Ordines diviſi, *Nobilium* alterum, alterum vero *Civitatum*, efficerent; ne, facta forte animorum diſtractione, atque plurium votorum diſcrepantia, publicæ rei utilitas, & commendabilis concordia, periclitaretur. Sunt verba vernaculo idiomate expreſſa *Deciſ. Ferdin. §. 8. inf. & §. 14.* quam vid. *in Corp. Jur. Luſ. T. 1. P. 6. p. 14. & Lunig.* Reichs-*Archiv. Part. Spec. Cont. II. Vol. I. in App. ad Doc. Sax. fol. 29. ſ qq.*

§. XVII. Sed probe notandum eſt, quod h. l. juxta ductum *II. F. 10. & I. F. 14. ubi Interpr. Dn. Horn in Jurispr. Feud. c. §. 15. ſqq* non ſolos Nobiles vulgo ſic dictos, ſed & Equites, Barones, Dynaſtas, & Comites, imo Prælatos etiam, ſub Ordine Nobilium, dem Land-Stand, tanquam numero potiorum, ſervata tamen cuilibet membro, ab ipſa lege aſſerta, Dignitatis prærogativa, intelligam. *vid. Per-Ill. Aut. Fec. Europ. T. 1. p. 246.*

§. XVIII. Cæterum hujus quidem inſtitu-

ſtituti rationem ſpecialem, non unam alteramve, ſed multiplicem, darem, niſi labor jam ab aliis occup itus eſſet. Alius enim, ut recentiorum meminerim, in *Communis Juris Feudalis collatione cum Luſatico*, binis vicibus reconditæ eruditionis documentum edidit, alius autem in argumento *de Jurisdictione Eccleſiaſtica Hexapolitanis competente* ingenii vires exercuit, rurſus alius argumentum de *Servis Luſatiæ ſuperioris ſ. hominibus glebæ adſcriptis* egregie tractavit, alius denique *differentias potiores Juris Communis & Statutarii Budiſſ.* exhibuit. Itaque, poſtquam Senatibus Hexapolitanis jus, circa honores Eccleſiaſticos, vindicatum erat, quousque circa ſeculares, eosque Senatorios, eorundem poteſtas pateret, indagandi conſilium inii. Quem laborem jam, prætermiſſo ulteriori verborum circuitu, Deo annuente, aggredior.

§. XIX. Primo omnium de exiſtentia hujus juris videndum. Expediet, reor, rem repeti a prima origine, monente *Gajo in L. 1. ff. de O. I.* Et, quod attinet commune forum, res in proclivi eſt, ex *L. 1. C de Mag. Munic. Brunnem. ad h. t. L. 2. C. de Decur. L. 45. eod.* Id ipſum autem antiqui Germanorum mores haud admittunt. Illi enim, quibus Juventus ſua pro mœnibus erat, urbes ferre haud potuerunt, magno ſibi dedecori ducentes, mœnibus ſeſe valloque cingere; Eos ergo, quod ſponte conſequitur, nec Senatus noviſſe oportuit. Cœperunt tamen Cis-Rhenani, aut, ſi tanquam Germanus loqui velim, Trans-Rhenani primum urbes incolere, poſtquam ſecundum Victorum Romanorum mores atque præſcripta vivendi rationem inſtituerunt. vid. de his ſingulis prolixe differentem *Conring de Urb. Germ th. 20. 53.* Et quamvis Trans-Rhenani, nobis, cis Rhenum habitantes, præter antiquiſſimam urbem, *Schidingam*, vid *Gregor. Turon. L. 3. Hiſt. Franc. c. 4. & Wittichind. Corbei. Hiſt. Sax. L. 1.* circa Secul. IX. & X. ſub imperio Theſei illius Germanici, Henrici Aucupis, plurimas urbes munitas incolerent, tamen Jus, Burgorum Magiſtros, h. e. Senatum, *vid. §. 11. & Conr. th. 75.* conſtituendi, non ipſorummet Civium, item poteſtas in deficientis locum alium eligendi, non cæterorum Collegarum, ſed modo Principis, *Conring c. l. th. 50.* modo Miſſi, quem vocabant, Regii erat.

§. XX. Quod vero hodiernis moribus jus illud Senatibus aſſerere liceat, demonſtratu longe facilius eſt. Argumentum fortiſſimum præbent egregiæ Principum conceſſiones, quibus tantum non omnes honeſte ſuperbiunt Oppidani Senatus. Præbent & ſecutæ Succeſſorum Confirmationes, quas illi, majoris ſecuritatis & cautionis ergo, impetrare ſolent. Suppetunt ſexcenta alia, quæ nunc in medium afferre, longum eſt. Sic, ut vel tribus verbis nonnulla attingam, anniverſarii electionum actus, Raths-Kühren, iidemque nunc adſtrictiores, nunc liberiores; ſic Sacra ſolemnia, quæ ejusmodi actus comitari ſolent, Raths-Predigten; ſic, quæ paſſim Gymnaſtica juventus, eorundem intuitu atque occaſione, Exercitia Oratoria atque Dramatica inſtituit, quæque his præmitti ſolent, Programmata; ſic, quas tali caſu, ſub auſpiciis novi Regiminis, largus clientum numerus, modo ligato, modo ſoluto dicendi genere, ſcriptiones offert; ſic denique crebræ ſuſpenſiones & remotiones, a Senatibus ſuſceptæ, juris iſtius indicium luculentum præbent.

§. XXI. Neque vero unum idemque jus omnibus Senatibus circa ſe, ſed adſtrictius huic, illi laxius competit. Quantum quis juris qs. poſſedit, tantum ſibi acquiſivit. *L. 8. §. ſ. d, A. vel A. P.* Sunt, qui *nominandi* jus tantum habent, vid. *Ill Berger. Oec. Jur p. 59. ibi: ante greſſa ordinis nominatione: & p. 204. in præjudicio adjecto, voc.* vorgeſchlagen; quod verbum nudum jus nominandi, ſ. Principi ad eligendum offerendi, das Vorſchlagungs-Recht, aperte ſatis indicat, vid *S bils. Inſt. I. C. L. 3. t. 14. §. 9. 10.* Sunt, qui nominant & *eligunt* ſimul, ita tamen, ut omnis facta electionis effectus tamdiu ceſſet, donec ſuperioris confirmatio acceſſerit. Quod quidem jus plenius in Rep. Rom. viguiſſe, docet *L. 45. C. de Decur. Brunnem. ad h. l. n. 19.* Sed noſtro Seculo plerumque illud Senatus ſibi vindicant; id quod actus varii electitii, &, quæ majorem probandi vim habent, Privilegia loquuntur. Quo loco vel tribus verbis obſervare libet, quod in terris Saxonicis majorum urbium Senatus, Dreſdenſis, Lipſienſis, & Vitebergenſis, ab Intimo Status Conſilio, minorum autem, a Regimine Dreſd. Landes-Regierung, confirmationem impetrent. Sunt denique, qui jure pinguiori gaudent, & privilegiis eximiis muniti nominant, atque eligunt; *conferunt* etiam, atque rurſus adimunt Senatorios honores. In quorum numero Hexapolitani ſunt. Cujus triplicis juris ab illis acquiſiti, cauſas modosque, jam inveſtigare juvat.

§. XXII. Ut ſumma Juris dicundi cura ad totum illud poteſtativum, Majeſtatem vel Superioritatem Territorialem, tanquam integralis pars, pertinet; ita & publicæ rei adminiſtratio eodem loco cenſetur. Penes quem itaque Magiſtratus conſtituendi poteſtas eminenti gradu reſidet, eum penes adminiſtratores quoque legendi facultas non eſſe nequit. At enim facile

cile largior, plurimas apparere causas, ex quibus illa in subditos derivari possit, atque revera translata sit.

§. XXIII. Ex quo enim Imperii Principes, vi Superioritatis Territorialis, proprio Jure pagos atque provincias suas regere cœperunt; hi longe gravioribus distringebantur negotiis, quam ut cuilibet Civitati administratores præficerent; Succedebant itaque Civium actus, unus alterve, quibus vel commendarent aliquos, vel jam electum Principi confirmandum offerrent, vel denique, sumtibus forte parcentes, ne quidem Superioris autoritatem requirerent. Fecit ad stabiliendam hanc potestatem egregia Principum fiducia, quam in Senatibus posuere, eo fortassis argumento adducti, quod hi in Ordinem suum neminem legerent, nisi qui illo dignus, & egregiis in Remp. meritis conspicuus esset, atque tales gestæ administrationis rationes redderet, in quibus nihil desiderari posset.

§. XXIV. Verumenimvero hæc omnia tanti non fuere, ut jus aliquod perpetuum usurpantibus tribuerent; cum sola Principis tolerantia non inducat dispensationem. *c. 18. X. de prabend. Gonzalez. Tellez. in not. ad h. c. n. 6. c. 3. X. de Cognat.* Hactenus itaque, ex Superiorum arbitrio, omni, vel designandi, vel eligendi, facultate rursus exui poterant. Quare opus fuit modis & titulis, quibus jus aliquod perenne consequerentur. Ex Naturalibus quidem Præscriptin suppetit; cum nihil h. l. intersit, an Princeps in acquisitionem expresse consenserit, per concessionem, an tacite s. præsumtive, per præscriptionem, quippe qui tacitus consensus vim Privilegii habere intelligitur, modo immemorialis temporis lapsus accesserit; juxta præscriptum *c. 26. X. de V. S R. I. de anno 1548.* §. Wenn auch ein. & §. Wo aber innerhalb Menschen-Gedencken. *Mod. Pist. Conf. 4 n. 32.* Quod tamen secus se habet, si quis Regale quoddam contra privatum, aut, ut verbis *Dn. Hornii Jurispr. Feud. c. 8. §. 19.* utar, jus aliquod eximium, a Principe privato concessum, præscribat; Eo enim casu ordinarium tempus sufficere volunt. *vid. Rosenth. c. 5. concl. 17. n. 3.* Cum nihil intersit Principis, utrum ab eo, cui ipse concessit, an ab alio, contra hunc per præscriptionem acquisitum, exerceatur; ut *Jll Berger. Oec. Jur. p. 263.* existimat.

§. XXV. Sicuti etiam in præscriptione 30. annorum, cum effectu dominii tali, jus Civile titulum non requirit, *L. 8. §. 20. C. de prascr. 30. vel. 40. ann.* ita quoque comparatum fuit cum eo jure, de quo jam quæritur. Nam ipse temporis lapsus, & Superiorum patientia, de quibus paulo ante, tituli vicem sustinuit, saltem præsumti. *Mev. P. 6. D. 122. Carpz. P. 2. C 3. d. 6. truckm. de Regal. c 5. n. 5. L. 3. §. 4. ff. de Aqu. quot.*

§, XXVI. An vero hoc jus, tanquam res pro derelicta habita, acquiri possit, ego quidem dubitaverim; Licet enim Princeps vel per incuriam, vel ob alias rationes, per longissimum tempus, juris sæpe memorati exercitium sibi non vindicet, adhuc tamen ipsi integrum est, illud ad se revocare. Licet etiam vel maxime, eveniente casu, dicat, se eo jure imposterum uti nolle, inde tamen nondum inferre licet, quasi illud dereliquerit, atque adeo cujuscunque occupationi *L. 1 ff. pro derel. §. 12. I. de R. D.* exposuerit. Id potius voluisse argui debet, ut in eos transferret, quorum quam maxime intererat; Adde, quod eo, quem posui, casu expressa concessio tacitam derelinquendi voluntatem manifeste excludat. Præscriptio itaque usurpationi accedat, oportet, de qua in prioribus, aut vera concessio, de qua nunc agendum.

§. XXVII. Ex Civilibus m dis omnium usitatissimus fuit expressa concessio. s. Privilegium, in iis quoque Civitatibus exercitus, quibus jam per præscriptionem jus quæsitum erat. Quamvis enim sola præscriptione niti possent, fortius tamen duplex vinculum ligare, Senatus putarunt, atque de promtioribus probandi mediis sibi prospexerunt.

§. XXVIII. Verum hic dubium aliquis movere poterat, an hoc jus circa honores Senatorios, per concessionem in Senatus transire queat? Præcipua ratio dubitandi est, quod sit Regale majus, quod alias in subditos a Principe derivari nequit. Sed primo respondetur, quod Imperans non ipsum jus constituendi, non ipsam juris proprietatem, contra *L. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* concedat subditis, quippe quæ naturam habet a suo subjecto inseparabilem; sed nudum ejus exercitium, tanquam causæ ministeriali aut instrumentali, ut *Grotius* habet, *L. 1. de I. B. & P. c. 3. 5.* competens non jure proprio, nec independenter, sed subordinate, ita, ut si forte Senatus creditam sibi in partibus ejus regendis Rempublicam male administrent, & quosdam contra legitimum modum clavo Reip. admoveant, sine ullo dubio concesso jure privari possint; sive deinceps Privilegiorum tabulis clausulæ commissoriæ aut revocatoriæ annexæ fuerint, sive non, cum jam juris intellectu pro appositis habeantur. *Meichsn. Dec. Cam. 1. c. 2. L. 1. Dec. 6. n. 89. seq.*

§. XXIX. Ex his quidem viam pandere volui ad ea, quæ nunc de Hexapolitanis dicenda veniunt. Quod isti quoque Senatus singuli quodam circa se jure utantur, nemo forte in dubium vocaverit, cum

ea

ea probationum momenta, quæ pro illi Senatibus in genere asserendo supra retuli, huc optimo jure trahi possint. Hoc tantum paucis monendum, quod illo munera Senatoria libere conferre soleant; Id quod inter Privilegia illis indulta non ultimo loco habendum erit.

§. XXX. Acquisiverunt hoc jus ex causis, quarum itidem aliquam in superioribus injeci mentionem; nempe per tacitam Principis voluntatem, s. præscriptionem, & expressam s. concessionem. Jam enim Rex Wenzeslaus, referente *Chronico* quodam *Budiss. Mstl. de anno 1405.* Senatum Budiss. contra liberæ Electionis turbatores multis suppliciis affectos defendit. Imo ex *Zittav. Annalibus Dn. Carpz. P. 2. c. 2.* collegit actus liberæ electionis de anno 1370. ut plura documenta taceam.

§. XXXI. Sed forte objiciat hic aliquis, jus illud ex sola præscriptione minus probari posse, propterea, quod non solum a tempore Mandati Ferdinandini, vi cujus anno 1547. contra venientium bona, fama, & vita in commissum cadebant, ut verba: bey Straffe Poen-Falls, in isto mandato comprehensa explicat *vetus quædam Ord. Pol. Bohem. tradente Dn. Carpz. P. 2. c. 1. §. 18. p. 207.* omne jus præscriptione quæsitum Civitates amiserint, verum etiam jam ante hunc tristissimum eventum ipsa præscriptio interrupta fuerit; In cujus rei fidem apprime facere videbatur, quod Zittaviæ Civium aliquot turbulenta capita, tribus distinctis vicibus anno 1408. 1411. 1414. causa ad Regem Wenzeslaum devoluta, non obtinuerint tantum, ut & ipsi de Senatoriis honoribus participarent, sed effecerint quoque, ut ipse Imperator per Præfectum suum, den Land-Richter, quos ipse vellet, in Senatum legeret; ut prolixe refert *Dn. Carpz. P. 2. c. 3. §. 3.*

§. XXXII. Atvero salva res est. Nam laudatus *Dn. Carpz. c. l.* ostendit, quod Senatus Zittav. post tempora prædicta turbida, suo jure, circa liberam electionem competente, quasi postliminio usus fuerit. Deinde ex gratiosa Imperatoris voluntate, cuivis, inter Hexapolitanas, Civitati omnia jura, prouti ante pœnam in se statutam illa possederat, restituta sunt. Hinc verba privilegio inserta: Die freye Raths-Chür, wie sie dieselbige vor Alters in löblichen und üblichen Gebrauch ohne Männigliches Irrung gehabt ꝛc. Et, quod primo loco ponendum erat, singula Senatuum Collegia Anno 1559. de dat. Aug. Vindel. d. 20. Jun. Privilegio, honores Senatorios liberrime conferendi, munita sunt, quod vid. in *Dn. Grosser.* Lauß. Merckw. *P. 2. p. 190. lit. B.* cum eam biennio ante, se. anno 1557. in tantum, ut munerum istorum collationes non nisi ex Imperatoris voluntate speciali prævia fierent, restrictam recuperassent. *Id. ibid. p. 189.*

§. XXXIII. Largitus est hoc Privilegium idem Ferdinandus I. cui Consiliarii quidam, Hexapoleos saluti maxime inimici, *Dn. Grosser c. l.* executionem dicti Mandati pœnalis extorserant, forte in aliqualem graviotis animadversionis compensationem, atque ob compertam Civitatum innocentiam. Prædicantur ibi earundem præclara in Imperatorem, ejusque Majores, merita; Adjicitur Clementiæ atque benignitatis mentio. *vid. M. Joh. Campan. in sua Czechiade p. 102.* ubi dicit: quod hic Ferdinandus I. pacis studium, & liberalitatis exercitium vivis coloribus expressetit; Imo, quod diligenter notari meretur, et hac ratione commotum se Caesar expresse indicat, ut effraenis totius fere Hexapoleos Civibus, eorumque dominandi libidini, frena injiceret, iisdemque omne, quod ante hac sibi asserere audebant, in Senatoribus eligendis cum ipso Senatu concurrendi, jus adimeret. *vid. §. 31.* Eoque modo ansam ulterius rebellandi præscinderet. *vid. Chron. Budiss. §. 30. cit.* Nec Serenissimus Filius Archi-Dux, quem & alias Hexapolis in se longe Clementissimum multis modis experta fuit, intercessionibus suis parum profuit; quod ipse Invictissimus Pater in concessionis verbis non diffitetur. Hactenus de acquisitione juris, quo Civitates, speciatim Hexapolitanæ, gaudent. Nunc de modis illud *conservandi* dicam.

§. XXXIV. *Usus* hic primas tenet, quo jus constitutum integrum servatur. Complectitur autem hæc Senatuum circa se potestas duo præcipua capita, *Collationis* alterum, alterum *Ademtionis*. Videamus de *Collatione*, quam *Electio* pariter atque *Denominatio* præcedunt; Hos eosdem actus autem a diversis Collegii membris expediri, solitum est. Fidem dicti conciliat Schema quoddam, a Fautore quodam, studiose observando, transmissum, quod, ut subjiciam, non abs re fore, arbitor. Scilicet, die, qui electionem præcedit, Consul tunc temporis Regens, horis pomeridianis, Collegium Consulare convocat, cumque Collegis suis, cui administratio, Reip. finito Regimine demandanda, aut, si forte locus cujusdam Senatoris demortui vacet, an, & quis in ejus locum surrogandus, & Collegio Senatorio ad Eligendum denominandus, consultat; factoque, collectis suffragiis, Concluso, die, Electionis subsequenti, convocato Concilio, præmittuntur Curialia, hisque finitis, Consul, qui hactenus Regimen sustinuit, Fasces cum sigillo deponit, & de novo eligendo Consule suffragia colligit,

„git, personamque eligendam e Senatu di„scedere rogat; His peractis Consul noviter „electus, Conclusum Collegii Consularis, de „noviter eligendis Senatoribus, Senatorio „ordini aperit, atque illos, qui hoc officio „digni reputati sint, *denominat*, ex quibus, „rogatis suffragiis virilibus, dignissimi per „Majora *eliguntur*, ipsisque in Concilium „vocatis dignitas Senatoria *confertur*.

§. XXXV. Hæc tamen cum dico, nemo sibi persvadeat, quasi omnes omnino Civitatum Senatus hunc ordinem servent, sive nominandi, s. præsentandi solum, sive eligendi simul, & conferendi quoque jus habeant. Potius asserere ausim, omnem illam triplicem facultatem regulariter a toto Collegio exerceri debere, nisi aut observantia, aut Statuta in contrarium allegari & liquido demonstrari possint. *Everh. Loc. Leg. a tot. ad part. Barbos. Thesaur. locupl. L. 11. c. 60. ax. 7.*

§. XXXVI. Illud tamen ex dictis liquet, Consularem ac Senatoriam dignitatem paribus, quod ad hunc passum, conditionibus judicari, & solum Senatum in his electionis actibus concurrere, nec unquam alium, siue Civis ille sit, sive extraneus, ad eligendi consortium admitti. Quæ, quid distent a priscis temporibus, velut in transcursu videamus. Ex Romanorum institutis Tribuno, Coloniarum Duci, decimam Civium partem *L. 139. de V. S.* Consilii publici causa conscribendi, ex iisque conscriptis certas personas Jurisdictioni præficiendi, jus erat, quos pro re nata ab ipso quantitatis numero, modo Duum Viros, modo Trium-Viros, s. suæ cujusque Civitatis Consules appellare sveverant. *Zahn. Polit. Municip. L. 1. c. 3 n. 43.* Et Colonia jam semel deducta, ipsis Civibus integrum quidem fuisse deprehendo, quos sibi vellent, publicæ rei administratores, Decurionum nomine notatos, legere. *c. l. 239. Brunnem. ad tit. C. de Decur n 29. & ad L. 1. C. de Mag. Munic.* Duum Viros autem, ipsis Magistratus officio per annum defunctis, populi suffragio, nominare licebat. *L. 2. §. 2. ff. de adm. rer. ad civit. pert. Zahn. d. l.* Verum utrosque Prætoribus confirmandos offerri, oportebat. Germanorum mores antiqui, solos Principes Burgorum Magistros constituisse, docent; *Conring. de Urb. Germ. th. 50.* moderni vero, iique particulares, multiplici argumento, & luculentis exemplis, Civium concurrentem in Senatu legendo potestatem evincunt. *Id. ibid. th. 44. 46.*

§. XXXVII. Sed, ordine ita jubente, progredior ad personas, quæ Senatoria munera capessere valent. Has certis qualitatibus exornatas esse, oportet, quas juxta triplicia hominum bona curatius perlustrabo. Circa corporis dotes anxius hærere, nolo, cum ipsa Senatoris dignitas loquatur, quam solicite Decori leges hic observari debeant. Consule interim, si parva velis componere magnis, *Conring. de Oligarch. §. 6. seq.* Quod vero animi bona attinet, strictim videbimus, quarum rerum intelligens esse debeat, qui ad Senatorium munus adspirat. Et ipsa quidem officii natura luculenter satis ostendit, eum civili prudentia imbutum esse debere, ut obeundo huic muneri sufficiat. *L. 6. C. de Decur.* Verumenimvero, cum hodie, si non omnes, certe Hexapolitani Senatus, Jurisdictione simul, eaque superiore non minus, quam Inferiore, imo Ecclesiastica, donati sint, ideo & literis eruditos Reipublicæ clavo assidere, consultum non minus, quam prorsus necessarium, esse videtur.

§. XXXVIII. Equidem præ omnibus *Jurisperiti* Rempublicam & Cives beare solent, dum Jus & Justitiam propugnant, ac tranquillitatem conservant; sed tamen solis Jurium peritis has dignitatum portas patere, nemo existimet; quippe quæ ne *Theologis* quidem præclusæ sunt. Exercent nempe dicti Senatus, ex scripta Principum voluntate, Jurisdictionem Ecclesiasticam, vid. *Rec. Immiss. de Anno 1623. & literas reversales ab Electore datas. Conf. Dn. Grosser. Disp. de Jurisd. Eccles. p. 33.* cujus exercitium modo Clericis atque laicis simul, vid. Churfürstl. Sächsis. Kirchen-Ordnung. *tit.* von beyden *Consist.* modo laicis tantum, concedi solere, experientia testatur. Cum igitur quotidie casus obveniant, quorum decisiones vel Juris Ecclesiastici prudentiam, vel etiam interiorem Christianæ doctrinæ cognitionem, requirant, & vero, nunc propter periculum, quod in mora est, nunc, ut sumtus ultra necessitatem non erogentur, receptum sit, ut Acta ad Consistoria, aut Theologicas Facultates, non transmittantur, sed ipsum Collegium in causis oblatis cognoscat, prudentissimo consilio hoc Theologiæ studio imbuti Senatorii muneris capaces existimantur. Neque *Artis salutaris periti* ab ista Senatorum dignitate hodie excludi solent, cum ex horum laboribus, quos in examinandis Medicorum & Chirurgorum testimoniis, & scriptis Epicrisibus, de lethalitate vulnerum, subeunt, & quibus sæpenumero Judices, in concipiendis sententiis, carere haud possunt, *vid. Const. Crim. Art. 149.* non leve in Rempublicam redundet commodum.

XXXIX. His tamen ita positis, literarum expertes non omnem plane, ad eosdem honores ascendendi spem deponant. Dantur enim varii generis munia, quæ nihil cum Jurisdictione cummune habent, & in quibus obeundis nulli eruditionis parti locus est. Illa qui administrant,

varie

varie appellantur; v. g. die Steuer=Schoß=Waysen=Kammer=Bau=Mühl=Wein=Stall=Herren. Ut hinc nihil obstare putem, quo minus hodienum in Senatum legi possint, qui nullum doctrinæ genus omnino attigerunt. Imo, si vel maxime judicis officio tales fungi contingat, Juris peritiam non magnopere desiderabunt, Assessoribus instructi, Legum gnaris, qui hunc qualemcunque defectum facile supplere queunt, *L. 2. quod quisqu. Jur. Ill. Berger. Oecon. Jur. p. 913.* Quales, si vulgarium negotiorum arcana ex usu quotidiano didicerint, sæpius ea munia melius gerunt, quam qui oleam & operam libris impenderunt.

§. XL. Jam de fortunæ bonis quædam dicenda veniunt; Senatorius ordo est speculum quoddam morale, in quod Civium quivis intuetur, dignitatis gradum habet annexum; *L. 5. de Vac. & Excus. Mun.* Igitur non nisi legitima nativitate & bona fama conspicuos eidem admoveri par est. *L. 2. C. de dignit. ibique Gloss. L. 14. ff. de Mun. & Hon.* Est autem ea natalium macula personalissima; itaque ex iisdem progenicus ex hac sola causa ab eodem Senatorum ordine arceri non debet. Quo fit, ut spuriorum filii absque ullo dubio, sicut omnium dignitatum, ita & harum participes fieri, & capaces haberi soleant. Quem in modum Lipsienses consulti responderunt apud *Carpzov. Dec. 111.*

§. XLI. Pro publica Civitatis salute Senatus consulunt, & velut excubant. Quocirca rationis est, ut eorum Consilia, non aut festinata, & fervida, aut lenta nimis, sed matura, sint. Inde factum est, ut prisci LLatores honorum collationes certis temporum limitibus circumscriberent. *vid. Ziegler. ad Lancellot. L. 1 t. 7. §. 10.* probe attendentes, juvenilem ætatem affectuum majus, quam judicii, imperium agnoscere; senilem autem atque decrepitam tractandis arduis negotiis minus sufficere, eaque prope fastidire. *vid. L. 11. ff. de Decur.* Quamvis autem hodienum hæc veterum instituta in causis disceptandis sequamur, *vid. Ill. Berger. Oec. Jur. p. 28.* plerumque tamen, quibus honores conferendi jus est, hodie libere, & ex proprio arbitrio, modo junioribus, modo senioribus, conferre solent, rati, ex consiliis juvenum atque senum optimam mixturam procedere; nec, quamdiu, sed quam bene vixerint, videndum esse.

§. XLII. Affectuum studium angue pejus Senatori fugiendum esse, facile mihi dederis; Igitur dabis & illud, plures ex una familia in Senatum legi, esse minus consultum; & tale Regiminis genus Oligarchiæ speciem sapere, ideoque interdum publicæ rei exitium minari præsentissimum.

Quibus malis ut occurrerent Senatus Hexapolitani, varia remedia adhibuerunt, saluberrimaque instituta, felicissimo successu, introduxerunt.

XLIII. Duobus officiis fungi, regulariter non est prohibitum. *vid. late Carpzov. P. 2. D. 194.* Hoc tamen in iis fallit, in quibus utrinque perpetua præsentia, sedula administratio, & distinctio realis, h. e. in ipsis personis, requiritur; *L. 13. L. 50 ibique Joh. de Plat. n. 1. Cod. de Decur. Ill. Berger. E. D. F. p. 37.* Qui enim multa negotia tractat, ne unum quidem recte absolvit. *arg. L. f. C. de Assess.* Cum itaque Senatorum munus sola civilium rerum administratione contineatur, consequitur, neminem in duobus Civitatibus hac dignitate fulgere posse, *L. 1. §. f. de Coll. & Corp.* sed, facto in aliud Collegium transitu, priori renunciasse videri. *arg. L. 14. de Cohort. Princ.* Quod speciatim Lusatiam attinet, de eo *vid. Ill. Berger. Oec. Jur. p. 814.*

§. XLIV. Virtutem in eligendo, non patriam, ponderari, fas est. Juxta regulam itaque nihil interesse debet, indigena quis fuerit, an extraneus; Ille quidem majorem fidei atque affectus, & rerum domesticarum peritiæ præsumtionem pro se habet, nec tantæ aliorum invidiæ expositus est, *vid. L. 3. ff. de Off. Assess.* Enim vero peregrinus etiam & advena beneficium sibi collatum, integritate fidei, multitudine meritorum in Remp. & diligenti rerum scrutinio facile demereri potest. Cujus quidem rei illustria exempla tantum non omnem Hexapolin, Gorlicium certe atque Zittaviam, exhibere, nemo, nisi rerum Lusaticarum ignarissimus, nescire potest.

§. XLV. Præstat, non eundem & imperare & obedire, quam, utramque personam ab eodem sustineri. Quapropter opifices, tanquam personas honorum minus capaces; *Mev. ad Jus Lubec. L. 1. t. 1. A 4. in Addit.* ad Senatoriam dignitatem ita evehi, ut opificio imposterum quoque vacare possint, ratio vetat. Verum, ut in æstimanda opificum vilitate & præstantia, hominum opinioni multum tribuendum est, ita & pro cujusque loci consvetudine, certos ex certis, iisque quasi cardinalibus, opificum collegiis ad Senatorium munus adscendere videas, hoc solo discrimine observato, quod honoratiores Cives & incolæ dicantur alicubi Raths=Herrn, illi vero, qui ex opificum Collegiis in Senatum cooptati sunt, Raths Freunde audiant. Ex dictis liquet, de cujus generis subditis nobis sermo sit; Nam alias quisque intelligit, ipsos Senatores etiam, seorsim spectatos, imo & universum Senatus Collegium eo nomine comprehendi posse.

§. XLVI. Cæterum, quid sentiendum de

de concursu pauperis cum divite, de eo consule *L. 14. ff. de Mun. & Hon. L. 46. C. de Decur. Couring. Disp. de Oligarch. §. 6. seqq. & Zahn. Polit. Munic. L. 1. c. 14. 15. seqq.* quorum labores actos inpræsentiarum denuo agere, & ab illis dicta recoquere, nefas duco. Saltem de eo, qui reluctatur, & oblatum munus detrectat, annotare libet, eum, siquidem indigena sit, ad suscipiendum officium posse cogi, *L. 1. ff. de Decur. L. 9 ff. de Mun. & Hon.* non obstante aliquo exemtionis privilegio a muneribus personalibus; ut per *L. 2 §. 1. ff. de Vac. & Exc. mun.* Glossa concludit ad *L. 3. C. qui at. se. exc.* Nisi etiam ab honoribus quis se eximi curaverit. *Schilter. ad ff. Exerc. 1. th 23.* Cum quisque Patriæ suæ ad omnem utilitatem, atque salutem ejus procurandam arctissime obligetur. *Schrader. de Feud. P 10. Sect. 10. n. 34.* Et hunc eundem, ut aliis præsit, coactum, optimum deinceps Reip. gubernatorem sæpe exstitisse, *Mev. ad Jus Lubec. L. 1. t. 1. a. 6. n. 1.* observat. Hodie vero tantum abest, ut privilegia exemtionis ab honoribus municipalibus impetrentur, ut potius severa alicujus *L. Jul de Amb.* coercitione opus sit; excepto casu, quem tradit *Schilter. l. c. vid. Carpz. L. 1. R. 75.*

§. XLVII. Jam vero perspectis Senatorum qualitatibus, ad numerum eorum devenio. Interest Principis & Reip. quam maxime, ne ad unius tantum, duorumve, sed paulo plurium, arbitrium civitates regantur. *Perez. ad tit. C de Decur. n. 63.* Cum vero Ferdinandinum illud Privilegium Hexapolitanis certum personarum numerum haud statuat, inde juxta annalium testimonia, jam priscis temporibus, pro Curiarum amplitudine, nunc 8. nunc 12. nunc 18. nunc 24. Collegii membra numerare licet; Donec tandem certum personarum numerum, pro cujusque Civitatis usu & rationibus, modo majorem, modo minorem, ipsi Senatus, ex libero arbitrio, statuere cœperunt.

§. XLVIII. Notum est, Civili Jure, Consulares & Senatorias dignitates, imo & reliquos omnes honores, non facile per saltum, sed gradus, fuisse collatos, *t. 1. ff. de Alb. scrib. L. 14 ff. de Mun. & Hon.* Verumenimvero ut idem illud non perpetuo, sed tunc demum, si vel nulla lex municipalis *L. 1. ff. de Alb. scrib.* vel consvetudo legitime introducta, *L. 32. de LL.* vel denique collatorum potestas libera *L. 21. C. Mand.* obstaret, fieri solebat; *Struv. S. I. C. Ex. 4. th. 1.* ita moderno jure regulariter quidem Lex Nautica eligentibus probatur, quæ gubernatores futuros remigare prius jubet, quem eis in puppi sedere, ac clavum tenere, permittat; Vid. satis egregie de hoc argumento differentem *Richelium in suo Testament. Politic. P. 2. c. 7.* Nihil tamen impedit, quominus illi, penes quos eligendi facultas est, fasces, v. g. Consulares, ei tradant, quem ad Senatorium munus obeundum prius non admiserant; Quem quidem procedendi modum singularis subjectorum eruditio atque dexteritas, aliæque circumstantiæ, quandoque svadere & commendare solent, ejusdemque non obscura exempla quædam in Hexapolitanis Senatibus reperire licet.

§. XLIX. Succedit tandem conferendi modus, quem quintuplicem hic facio. Vel enim memorati honores pure conferuntur, quando sc. perpetuum jus electo quæritur, ad retinendam dignitatem semel collatam; vel in diem, quando ad certum temporis spatium adstringuntur; quo elapso, totius Collegii arbitrio adimi rursus possunt; vel mixtim, s. pure quidem, sed ita tamen, ut alternis annis quiescant, & reviviscant; quo refero illos, qui vulgo **Wechsel-Herrn** audiunt; quales non Zittaviæ solum, sed & Gorlicii, dantur; quamvis in illa tantum Civitate eo nomine expresse appellentur; vel sub conditione; vel denique sub modo, in specie sic dicto, cujus rei exemplum notabile præbet Statutum Budissinense. *Pt. 1. 4.* verbis: **Des Raths- und Gerichts-Mittel, wie auch alle andere des Raths, und** Officianten, **alles und iedes** Advociren**s, vorm Rath, oder Stadt-Gerichten, bey Verlust der Aemter, sich gäntzlich enthalten.**

§. L. Sistuntur denique effectus, iidemque nobiliores, factæ collationis. Consequitur itaque aliquem dignitatis gradum in Decurionum ordinem cooptatus *L. 5. ff. de vacat. & excus. mun.* & primarium quendam inter Concives suos locum occupat, *L. 7. §. 2. ff. de Decur. L. 33. C. eod.* s. regens efficitur, *ut Ill. Berger. in Oec. Jur. p. 58.* illum nominat. Ex quo tamen, cave, colligas, eum ex adductis rationibus, summum, inter omnes honoris gradum jure sibi vindicare posse. Primo enim tantum alicujus dignitatis fit particeps *d. l. 5.* deinde etiam primum inter Cives, qua tales, locum obtinet. Unde, ut in majori dignitate constitutis incolis, imo Civibus, remoto civilis nexus respectu, nobilioribus, vel invitus cedat, ratio svadet. Ex quibus facilis erit solutio quæstionis, quam passim moveri videas: An Oppidani Senatus membra adversus Jurium & Medicinæ Doctores, aliosque pari honoris gradu exsplendescentes, jure proedrias uti possint?

§. LI. Si rem secundum Romanorum instituta metiri velis, negando respondendum erit. Eo enim jure, literarum expertes publicæ rei præsunt, *L. 6. C. de Decur.* &, sicuti Municipiorum durissima condi-

tio erat, *Conring. de Urb. Germ.* §. 53. ita eorum Rectores parvi æstimari solebant. Sed hodie cum provincialibus Civitatibus res longe aliter comparata est; Quapropter, quod obiter noto, in hac tota Disputatione a voce *Municipii* abstinui, ratus cum *Mevio Tr. de Arrest. c. 5. n. 8.* Civitates, superiorem recognoscentes, hodie abusive tantum Municipales appellari. Conditio earum est longe tolerabilior, atque nobilior, Senatorum cura longe gravior. Hi plerumque Magistratuum officio funguntur simul, quod novæ dignitatis gradum auget, & exquisitam literarum peritiam non potest non requirere. Fulgent inde Hexapolitani Senarus hodie Viris præclare doctis, quorum plerique summo gradu Academico decorati sunt. Eorumque aliquos Ipse Sereniss. Rex & Elector in numerum Consiliariorum suorum adscîscere haud dedignatur.

§. LII. Quocirca existimem, pro ipsa Civitatum magnitudine, qua ubivis terrarum æstimantur, pro curarum multitudine, inde exsurgente, quam onerosam satis Senatoria Collegia pro publica salute sustinent, denique pro gravitate officiorum, quibus, ipsa Collegiorum membra, inter se divisis, funguntur, hæc illis anteferri, vel postponi debere. Imo etiam omnes omnino Ordinis Collegas, omni omnino muneris, sive levioris, sive gravioris, sive majoris, sive minoris annexæ dignitatis, respectu vel maxime neglecto, solo receptionis jure, præ modo nominatis personis jus quoddam proedrias posse urgere, docet notabilis apud *Görlicenses* consvetudo, inaniter fortassis refragante *Crusio in Tr. de Praem. L. 1. c. 2.* introducta.

§. LIII. Movent hic alii alias quæstiones, quas breviter excutiam. Dubitant quidam, an Senatores & Judices Hexapolitani possint esse nobilium Justitiarii? Et dubii solutio in promtu videtur esse, si dicas, in Sax. Elect. rem esse planam, propter generale Rescriptum prohibitorium, d. 14 Jun. 1698; in nostra vero Lusatia nulla Constitutione publica esse prohibitum, adeoque nihil impedire, quo minus hæc duo in una persona concurrant; Compatibilia esse, Judicem, vel Senatorem, agere, & pluribus simul a Consiliis esse.

§. LIV. Verum hac responsione res nondum conficitur; Nec enim in Electorali Sax. Senatores & Judices Oppidani Nobilium Justitiarii esse prohibentur, quia Rescriptum ad Regios Judices f. Præfectos directum fuit; Deinde, non Senatornm quidem, bene tamen Præfectorum munus, cum Justitiariorum officio, quod non, Consilia suppeditando, sed, judicia dirigendo, absolvitur, quodammodo pugnat. Quocirca non existimandum est, quasi hæc officiorum conjunctio, tanquam res mere adiaphora, prohibeatur; sed tanquam actus ipsi Præfectorum officio contrarius, adeoque ipso jure tacite prohibitus, sed tamen temere exercitus.

§. LV. Fac enim, quæso; Præfectum, Nobilis Amtsassii Justitiarium, tulisse sententiam, a qua pars læsa provocare velit, hæc, inquam, gravata pars, sive ad Præfectum appellet, sive Curiam aliquam Provincialem adeat, magis adhuc gravabitur; Nam priori modo spes reformatoriæ cessat, posteriori aliquam Processus instantiam amittit. Qua ratione fieri non potuit, quin Princeps, summus Justitiæ Præses, Præfectis severe interdiceret, ne imposterum, cum maximo aliorum detrimento, turpia lucra captarent. Verum, quod Senatores & Judices Oppidanos attinet, hæc omnia, etiam in Saxonia, Lusatia, alibique, secus habent, cum Nobiles, Senatum Oppidanum superiorem recognosentes, vix reperias. Nam sie quæras de Præfectis provincialibus Lusatiæ, Budissinensi sc. & Gorlicensi, aut summo omnium judice Regio, dem Land-Vogt, idem de istis dicendum foret, quod in præcedentibus de Præfectis Saxonicis notavi.

§. LVI. Objicis: Rescriptum istud prohibitorium non ad sola Nobilium Amtsassiorum, sed & Schrifftsassiorum, judicia pertinere, adeoque Senatores Lusatiæ æque, ac Saxoniæ Præfectos, stringere. Sed respondeo; palpabilem adhuc diversitatis rationem adesse, sc. divisa maxime Senatorum civilia, communicata vero cum assessoribus judicum Oppidanorum, negotia, & concatenatos, atque in una Præfectorum persona concurrentes, labores, quos officii ratio postulat, neque aliis negotiis, ut par est, vacare permittunt.

§. LVII. Succedit alia, quæ multum agitari solet, quæstio: An Senator Advocati munere fungi queat? Ad hanc plerique Juris Interpretum ita respondent, ut distinguant inter judicium, Senatus proprium, & alienum; Concedunt unanimi consensu Senatoribus causarum patrocinium in alienis judiciis, *Mev. ad Jus Lubec. L. 1. t. 1. a. 13. n. 25.* denegant autem in propriis, vid. *Rivin. Enunc. t. 3. En. 6.* Hi sequentibus fundamentis nituntur. Primo provocant *ad L. 5. ff. de Off. Assess.* ubi Paulus diserte satis Consiliario f. assessori judicii *eo tempore, quo assidet*, in suo auditorio negotia tractare, nullo modo permittit, in alieno autem plane non prohibet. Jung. *c. 63. X. de Appell.* Deinde citant *L. f. pr. C. eod.* ubi Justinianus omnibus in universum causarum patronis munere uno eodemque rempore judicandi interdicit. Præterea favere sibi pu-

putant *L. 6. C. de Postul.* ubi *Impp. Valent.* & *Val.* in hunc sensum loquuntur: Quisquis vult esse causidicus, non, idem in eodem negotio sit advocatus & Judex. Quo & facit *L. 34. C. de Decur.* ubi Decuriones a procuratione arcentur.

§. LVIII. Addunt rationes alias, quæ primo intuitu non parum momenti habere videntur. Suspicionem primo loco ponunt, quam contra judicem causæ Patronum militare aiunt. *Lauterb. Comp. Jur. tit. de jud. p. 99. in fol.* Urgent (2) disconvenientiam istorum munerum; incompatibile enim esse, in eadem causa penes eandem personam, munus Judicis & Advocati, scribit *Stephan. Gratian. T. I. Disc. For. c. 4. n. 8.* (3) Defectum virium; ne, cum ad utrumque festinat, neutrum bene peragat; nam abunde satis sufficit, per advocationem causis perfectissime patrocinari, & assessoris officio fungi. *L. f. C. de Assess.* (4) Respectum personarum; quod aliquem inter arbitros & patronos oporteat esse delectum. *L. 6. C. de Postul.* (5) Honestatem, quam obsistere perhibent, quo minus quis judicis partes & patroni rite obire possit; neutrum quidem in se turpe esse, si seorsim spectetur; sivero conjunguntur, & ab una persona sustineatur, non magis inter se convenire, quam aquam & ignem, nisi quod physice hæc, illa moraliter inimica sint. *Ziegler. Dicast. Concl. 19. §. 3. seq.* (6.) Communem Dd. opinionem, & sententias Collegiorum; a quibus recedere piaculum putant. *Gloss. & Dd. ad L. 3. C. de sent. & interl. Besold. L. 1. Consf. 20. n. 117.* (7) Principum voluntatem, quam pro ratione, non immerito, habent. (8) Favorem denique modo Judicis, modo Assessorum, quo plerumque erga Senatorem ferantur.

§. LIX. Adstipularer & ego huic sententiæ, nisi superessent quædam, quorum intuitu in diversas partes abire, ipsæ Leges, earumque ratio, jubent. Habent me cum *Mevio* facientes facile consentientem, quando Senatores Civitatis, in alieno judicio, tanquam advocatos, admittunt, ob *L. f. C. de Assess. L. 5. ff. eod.* Quamvis nec desint, qui hanc *Legis fin.* prohibitivam dispositionem etiam ad aliena judicia extendant. *vid. Ziegl. Dicast. d. l. §. 5.* Quando autem in propria Civitate omnem ipsis judicii aditum præcludunt, non possum non, quin contra sentiam. Equidem non dubito, fore plerosque, qui temere me facere putent, quod a communi sententia recedere audeam; Cum autem multas sententias vulgo receptas esse intelligam, quas deinceps falsas esse animadverti, insuper habita omni autoritate, rem ipsam curatius aliquanto examinabo.

§. LX. Antequam autem ad sententiam meam adstruendam accedam, prius objectiones, ex prioribus enascentes, destruam. Primum argumentum, ex *L. 5.* desumtum, nihil ad rem facit. Consiliarius f. Assessor judicii non potest advocatus esse, eo tempore, quo assidet. Et hoc quidem saluberrime constitutum esse, nemo negaverit. Imo, si contra fecerit, eum *L. f. §. 2. C. de Assess.* aculeos nullo modo evitare existimo; Hac sola cautione adhibita, quod pecuniaria, *X. libb.* auri, pœna, ibidem statuta, hodie in arbitrariam commutata sit, ob generale in foro receptum principium: Quod omnes actiones pecuniariæ, certam pœnam inferentes, hodie, ex arbitrio judicis, modo ad plus, modo ad minus, dentur. *vid. Ill. Berger. E. D. F. p. 152.* Cujus rei exemplum vid. apud *Rivin. Enunc. 5.* Cum enim LLatores vidissent, his assessoribus atque judicibus, licentiam, qua ipsis causas simul orare integrum erat. *vid. Plin. L. 3. Ep. 4. & 9.* peccandi, v. g. cum partibus colludendi, illecebram esse; adversariis autem crebram de judicum integritate dubitandi materiam subministrari; non immerito malo ingruenti medicinam pararunt. Et hactenus primam prohibitionis caussam, suspicionis sc. admittere non refragarer.

§. LXI. Verumenimvero, ut regula, in casibus, lege non exceptis, vim suam haud dubie retinet; & quidvis licitum tamdiu censeri debet, donec contrarium lege probetur: *vid. L. 43. §. 1. ff. de Procur.* ita judicandi quidem potestas cum advocati munere, *in una eademque persona, & uno eodemque negotio*, concurrere non potest; sed casus, ubi quis assessor & advocatus in diversa causa est, memoratæ *L. 5.* sanctione minus continetur. Quo collimare videtur *Lauterb. in Comp. Jur. p. m. 58. pr.* Neque ulla, hoc casu, suspecti postulatio locum sibi vindicare potest, cum, quod fit lege permittente, dicatur juste & bene fieri. *L. 17. §. 12. ff. de Ædil. Edict. Wesember. L. 1. Consf. 3. n. 52.* Imo non absurdum forte, aut a mente ICti alienum fuerit, hanc *L. 5.* non de assessore & advocato, sed potius de assessore & procuratore, intelligi; propterea, quia advocatus aliena negotia non tractat, sed jura suggerit, *L. 1. §. 2. ff. de Postul.* procurator ex adverso aliena negotia administrat. *L. 1. pr. ff. de Procur.* vid. etiam *Ill. Berger. Oec. Jur. p. 970.* Verum hanc litem, tanquam obiter propositam, in præsenti meam facere, instituti ratio non permittit.

§. LXII. Ad alterum argumentum, ex *L. f.* desumtum, ea repeto, quæ ad primum regessi. Itaque progredior ad tertium, ex *L. 6.* petitum, quod itidem meam sententiam non ferit. Illa enim prohibet,

ne quis in *eodem negotio* sit advocatus & judex; Quam prohibitionem, & ego, justissimam esse, ambabus, quod ajunt, manibus largior. Nam, hac L. penitius inspecta, deprehendimus, universos advocatos tunc temporis ita litigantibus patrocinium præstitisse, ut in licentiam conviciandi, & maledicendi temeritatem prorumperent, nec agerent, quod causa desiderabat, neque sibi temperarent ab injuria, atque adeo protaces essent, ut, non ratione, sed probris, putarent esse certandum. *vid. Jac. Godofr. ad L. 2. Cod. Theod. de Postul.* Quibus recte consideratis, facile intelligitur, cur, abrogato pristino more, Imperatores voluerint, ne super unu eodemque negotio quis causam diceret, & sententiam ferret.

§. LXIII. Nempe advocatus, qui simul judicabat, causa ultra citroque disceptata, sive contradixisset afferenti, sive neganti affirmando obstitisset, nunc in majorem semel propositorum fidem, (ut verba *L. f. in f.* habent, affectionis suæ memor, nunc in injuriarum hactenus impune illatarum vindictam, (ut *c. l. f. C. in f.* loquitur, advocationis memor, pro ea semper opinione, quam ipse foveret, laborare arguebatur. Quare Imperatores huic malo remedium afferre volebant, sancientes, ne munera ista in uno eodemque negotio conjunctim exercerentur. Quocirca intrepide assero, judicem, citra suspicionis & confusionis metum, aut existimationis & honoris læsionem, in diversis negotiis, modo Patroni, modo judicis, officio fungi posse; Quo quidem loco aperte consentientem habeo *Jac. Godofr in not. ad L. 2. C. Theod. de Postul.*

§. LXIV. Solenne Romanis erat, ut munera singula singulis imponerent; quia duabus necessariis rebus unum non facile sufficere, credebant. *L. f. §. 1. C. de Assess.* Sic v. c. nulli concessum erat, duobus Magistratibus assidere, *d. l. f.* sic Decurio prohibetur, sub gravissima pœna, procurator esse, *L. 34. C. de Decur.* Tabularius, *L. 15. ibid. L. 21. C. de Falf.* conductor bonorum, sive privatorum, v. g. prædiorum, *L. 30. C. Locat.* sive publicorum *L. 2. §. 1. ff. de Adm. rer. ad. civ. pert.* item vectigalium, *L. 6. C. de Decur.* Igitur vi hujus instituti non poterant concedere, ut quis judicis & advocati munus conjunctim exerceret.

§. LXV. Præcipua prohibitionis causa erat virium imparitas; ne, cum ad utrumque quis festinaret, neutrum bene perageret; Accedebat officii dignitas, in qua constituti fuerunt. *L. 5 ff. de Vac. & Exc. mun.* Contra vero procuratoris munus omnium vilissimum erat. *L. 34. C. de Decur.* & conductio prædiorum ideo male audiebat, quod pro aliqua procurationis specie haberetur, *Nov. Theod. Ne curial. alt. præd. cond.* At vero, cessante Legis ratione, cessat & ipsa legis dispositio. *L. 32. ff. de Pact. c. 26. X. de jurej. Everhard. loc. leg. 85.* Jam regulariter hodie Senatorum officium & administrationis gravitas impedire non intelligitur, quo minus quis etiam huic oneri sustinendo, & advocationis muneri rite obeundo, sufficere queat, teste *Dn. Præside in P. 1. O. 8. Add. Brunnem. ad L. 6. C. de Postul. n. 5.* Neque hodie, mutato penitus Reip. Statu, procuratoris officium pro sordido reputatur. *O. C. P. 1. t. 6. & 19. Ill. Berger. Oec. Jur. p. 970.* Fundos etiam hodie Senatores pro lubitu conducere, testis est *Brunnem. ad L 30. C. Loc. n. 3.* & quotidiana experientia loquitur.

§. LXVI. Sequitur quartum argumentum, quod & ipsum contra sententiam meam nihil omnino facit. Loquitur *L. 34.* de Decurionibus, quos plane nullam Jurisdictionis particulam exercuisse, in aprico est; in præsens vero de Senatoribus sermo est, qui vel conjunctim considerati, proprio jure, vel seorsim spectati, mandatario nomine, Jurisdictionem sibi competentem exercent; Ideoque τὸ alienum, eo loco, τῷ proprio, perperam contra distinguitur; Deinde Decuriones isti per c. l. a procuratione tantum, non item advocatione, arcentur. Nam luculenter satis ex *L. 2. C de adv. div. jud.* demonstrare licet, Decuriones, in propria Civitate, simul Ordinarios, ut hodie vocamus, advocatos fuisse. *vid. Godofr. ad h. l. & it r. & ad L. 56. C. de Decur. lit. m.*

§. LXVII. Devenio ad præjudicia, Doctorumque opiniones. Ubi fateor, eam hodie Jurisprudentiæ faciem fere esse, ut plerique causarum patroni, nisi casum in terminis terminantibus, ut barbare loquuntur, invenerint, clientum causas, felici cum successu, se perorare posse, diffidant. Qui abuti mihi videntur effato *Brunnemanni in L. 23. ff. de LL. n. 4. quod ea, qua in Academiis interdum audiverunt juvenes, in judiciis & in foro dediscere oporteat, nisi risui se velint exponere.* Sed hi meminisse debebant, quod turpe sit advocato, jus, in quo versatur, ignorare, & stolidum, cum Phrygibus sero sapere, & magnis cum incommodis ex aliis discere, quæ ex propriæ eruditionis thesauro haurire licebat. His obiter monitis, redeo, unde discessi. Provocant igitur dissentientes ad Pragmaticorum, speciatimque *Rivini*, autoritatem, qui t. 3. n. 6. adjecto præjudicio enunciat: Senatorem coram Senatu, aut Prætorio, non admittendum esse, ut clientum jura proponat.

§. LXVIII. Hæc omnia me non movere valent, quin veriorem opinionem amplectar,

ctar. Ea enim, in examinandis ſententiis, quæ proponuntur, via incedere ſoleo, ut ponderem, quid quisque dicat, non æque, quis dicat. vid. *c, 8. Diſt. 9. c. 6. X. de V. S.* Cum Dd. opiniones elumbes, & velut mortuæ, ſint, niſi nitantur rationibus Juris. *Weſenb. P. 7. Conſ. 319. n. 32.* Unde legibus & rationibus, non exemplis, & præjudiclis ſolis, judicandum eſſe, exiſtimo. *L. 13. C. de ſent. & interl. c. 1. de Poſtul. Pral.* Non enim ſpectandum eſt, quid Romæ factum ſit, ſed, quid fieri debeat. *L. 12. ff. de Off. Præſ.* Cum igitur laudatus *Rivinus* Reſponſum ſuum, neque Lege, neque ratione ſufficienti, quæ in Luſatia noſtra pondus habere poſſit, probaverit, ideo & ſola ejus autoritas, ad infringendam opinionem meam, nihil quicquam, ut puto, valebit.

§. LXIX. Objicis: In Luſatia quoque Senatores coram Senatu, aut Prætorio, cauſas agere prohiberi; Quale ſtatutum Budiſſæ v. g. habetur. Sed hoc dubium facillime tolli poteſt; cum in aprico ſit, mihi ſermonem eſſe de Jure Communi, quid eo liceat, non, quatenus aliud Statuto conſtitutum eſt. Reliqua argumenta, quorum in ſuperioribus mentio facta eſt, ejus ſunt generis, ut per ſe ipſa corruant, nec reſponſionem mereantur; ſpeciatimque favoris vel odii in Judice & Collegis, ſuſpicionem, præſumtio, ex jurisjurandi vinculo orta, omnino excludit.

§. LXX. Hactenus operam dedi, ut objectiones, quæ ſententiæ meæ opponi ſolent, diluerem. Nunc eandem, novis argumentis, & rationibus, ſtabilire aggrediar. Non repetam huc ea, quibus ex *L. 5. ff. de Off. Aſſeſſ.* ibi: *eo tempore, quo aſſidet. L. 5. pr. C. eod.* ibi: *uno eodemque tempore. L. 6. C. de Poſtul.* ibi: *eodem negotio.* vi contrariorum, meam ſententiam adſtruere poſſem. Satis enim, opinor, ea de re in ſuperioribus actum eſt; ſed ſtatim *ad L. 56. C. de Decur.* convertor. Ibi *Alexandrini Principales* advocatione ſungi, expreſſis verbis dicuntur, Jam vero *Principales* nihil deſignarunt aliud, quam primos Curiæ, *d. l. 56. L. 127. C. Theod. eod. Calvin. in Lex. Jur. voc. principales* & Duumviros, quaſi-Conſules *Godofr. ad L. 33. E. de Decur. lit. x.* Magiſtratus Municipales, *L. 26. ff. ad Munic L. 13. ff. de Juriſd.* His, inquam, coram proprio, cum aliud non exiſteret, judicio cauſidicorum officiis ſungi permiſſum fuit, quatenus Ipſi in illa cauſa non judicarent, ut temperat ſæpe citata *Lex 5. ff. de Off. Aſſeſſ.* Nec eſt, cur vocula *Alexandrini* quenquam offendat, quaſi iis ſolis hæc poteſtas, cauſas perorandi, data fuerit. Ita enim Impp. ad factum, quod ipſis proponebatur, reſcribebant; reliquis vero idem jus competere, luculenter ſimul ſignificabant. Adde, quod Jure Civili talia Reſcripta commune jus faciant. *L. 1. §. 1. ff. de Conſt. Princ,*

§. LXXI. Pergo ad Legem Luſaticam, unde ſententiæ meæ haud leve præſidium accedit. Eſt autem illa *in Ord. Jud. Luſ. Sup. P. 1. §. 5.* obvia, ubi verba ſic habent: Als ſollen .. die Städte ihre Syndicos, oder andere qualificirte Raths-Verwandten .. abfertigen .. jedoch, da einer oder der andere Stadt-Syndicus von den Partheyen zum Advocaten beſtellet, ſolle in dieſen Fall, und deſſelben Tages, eine andere taugliche Raths-Perſon zum Aſſeſſore verordnet werden. Quæ Aſſeſſoribus Judicii Ordinarii, de quo c. l. ſermo eſt, poſtulandi pro aliis facultatem diſertis verbis indulget, cum eo tamen temperamento, ut in eadem cauſa dijudicanda, ejus loco, ſubſtitutus alius ſuffragium ferat. Quæ, ni fallor, exacte conveniunt cum Jure Civili.

§. LXXII. Non latuit, Romanos magis, quam Luſatos, LLatores, verum quidem eſſe, quod, perfacili negotio, judicis animus ita poſſit inflecti, ut injuſtam, amici maxime, cauſam, pro juſta reputet. *Joh. Dieter.* von Gülich *diſcurs de Sim. c. 6. p. 122.* Sed recordati etiam ſunt optimæ præſumtionis, qua judex amicos, non ultra juſtitiæ aram, honorare, *Holterm. de Var. jur. uſ. & ab. th. 5.* ſed, tanquam ſol juſtitiæ, ſine perſonarum delectu, jus reddere intelligitur; perinde, ut ſol naturalis, non alius huic, alius illi, ſed omnibus unus eſt, atque communis. *Eraſm. Roterod. in Simil.*

§. LXXIII. Ex quo evenit, ut Juris interpretes ſuſpecti judicis exceptionem adverſus omnes Civitatis ſapientes, *Bald. ad L. 64. n. 1 ff. de Condit. & Dem.* h. e. totum Senatus, aut judicii concilium, fraudoloſam, nec admittendam exiſtiment; *Viv. L. 1. comm. opin. in verb. ſuſpecti Gail. L. 1. O. 33. n. 2.* idq; conſtanti uſu ſervent; *Zang. P. II. c. 4. n. 16.* quamvis hic *n ſeq.* ſubjiciat limitationem, niſi omnes aſſeſſores ſint ſuſpecti, aut major pars eorum, aut etiam unus magnæ autoritatis, cui alii non audeant contradicere. Cujus tamen exceptionis probationem plerumque difficillimam eſſe, quisque, me non monente, videt atque intelligit. Quocirca, ut omnia in compendium redigam, ſatis demonſtratum eſſe, exiſtimo, quod Senator, coram Senatu, vel Prætorio, cauſas orare regulariter, &, præſtructis terminis, ut vulgo loqui amant, habilibus, non prohibeatur. In quam ſententiam ab Ordine JCtorum Vitebergenſi reſponſum aliquando fuiſſe, autor eſt *Dn. Præſes in P. I. Sel. Obſ. For. 8.*

§. LXXIV. Sed jam ad alia tranſeamus, ubi inprimis duplex, idemque ſingulare, Senatorum forum, occurrit. Tenendum eſt, ſingulos Senatus Hexapolitanos ſuam ſibi pro-

propriam Jurisdictionem, Criminalem æque, ac Civilem, certis personis, uno Prætorii nomine, committere solere. Unde colligi videtur posse, quod Senator, si conveniatur, coram eodem judicio forum sortiatur. Sicuti autem publica utilitas suadet, ne majoris momenti causæ, a paucorum arbitrio judicioque pendeant; ita memorati Senatus Hexapolitani, non omnes, delegatis suis, causas definiendas commiserunt, sed quasdam, easdemque arduas, & graviores, exceperunt, de quibus ipsi cognoscere solent. vid. huc apprime facientem *L. 56. de jud. ped.* Sic v. c. ipsi Senatus, cujuslibet Civitatis, Ecclesiasticas causas, sive personas respiciant, sive res, quæque his jungi solent, Matrimoniales, tractant; Sic omnes Tutorum, Curatorum, atque contractuum Confirmationes, & Insinuationes, ipsi suscipiunt; Sic denique in Senatores omnem sibi JCtionem reservarunt. Tenetur ergo Senator ipsum Senatum, nullo causarum discrimine servato, pro judice competente, agnoscere, non vero regulariter Prætorium. Quod institutum cum Praxis quotidiana comprobet, ei pluribus demonstrando me inhærere, supervacaneum fuerit.

§. LXXV. Potest non solum coram Senatu, sed & Archi-Dicasterio Budiss. in *Criminalibus* conveniri Senator. Notum est, Senatorem, ex officii, quo defungitur, natura Civem effici, *L. 7. §. 2. ff. de Decur. L. 33. C. eod.* quem ad Magistratus Municipalis, hodie, Senatus Oppidani, ejusve delegatum judicium, trahi, præcise oportebat; dummodo Senatus eam Jurisdictionis speciem in alios Concives exercere possit. Sed enimvero, quoad Criminalia, Lusatiæ jura a communis juris dispositione quodammodo recedunt. Cum enim Ferdinandus I. in Lusatorum salutem propensissimus, utrique Ordini superiorem Jurisdictionem, adeoque & Criminalem, *vid. §. 10. I. de Injur. L. 25. §. f. ad SCt. Silan. Carpz. Pr. Crim. P. 3. qu. 102. n. 78. O. Pol. S. de anno 1555. Ill. Berger. El. Jurispr. Crim. p. 89. & Suppl. P. 2. Obs. 94.* concederet, de quo *vid. Corp. Jur. Lus. p. 182.* Senatores in *Criminalibus* Regium, quod cum eo, quod Senatibus competit, concurrit, judicium agnoscere, voluit. Sic enim habent verba Privilegii: **Wir behalten Uns** *rc.* concurrentem & conjunctam Jurisdictionem **an solchen Ober-Gerichten** *rc.* **in Städten an den Personen, die Uns, Unsern Aemtern, und den Räthen in Städten verwandt** *rc.* **gäntzlich bevor.** Quæ verba, cum planissimum, de concurrente JCtione, sensum exhibeant, mirari subit, cur a quibusdam eo detorqueantur, quasi Senatores, nec possent, nec deberent, coram Senatu, ejusve Prætorio, conveniri, sed præcise coram Archi-Dicasterio Budiss. *in omnibus causis* comparere tenerentur. Sane evidentissime obloquitur Imperator, quando dicit: **an solchen Ober-Gerichten.** Itaque *Criminum rei* Senatores *quandoque Archi-Dicasterium* judicem agnoscunt; de Inferiore JCtione ne verbulum quidem subjecit Imperator; Quare *in Civilibus coram Senatu præcise* respondere tenentur.

§. LXXVI. Sunt, qui contendant, verba: *Concurrentem & conjunctam JCtionem,* non intelligenda esse eo modo, quo alias vulgo a Jurisperitis explicantur, sed ita capienda esse; quod Imperator Ordinibus superiorem JCtionem concedat quidem, sed non omnimodam, quasi nullum plane hujus JCtionis exercitium sibi reservare velit; verum, quod certas personas, quoad hanc JCtionis speciem, a foro Ordinario omnino eximat. Eam Imperatori mentem affingunt, cujus nullum vestigium ostendi potest, & cui quotidianus fori usus, qui optimus Legum interpres est, reclamat.

§. LXXVII. Neque est, cur dissentientes offendat vocula: **Gäntzlich,** & phrasis, **vorbehalten.** Nam inferius dicta temperanda sunt ex antea positis; id quod regulariter ordinis ratio postulat. Adeoque verbum, **Gäntzlich,** infert tantummodo enixam Imperatoris voluntatem, in jure Senatoribus de Criminibus dicundo concurrendi; vocula vero, **vorbehalten,** Germanorum phraseologia, est satis clara, nec nisi, respectu Senatorum concurrentis, non vero omnis omnino Iurisdictionis superioris, reservationem indicat.

§. LXXVIII. Dubium illis injicit forum Senatus, quod coram Archi-Dicasterio Budiss. sortitur; Idem idcirco Juris in partibus statuunt, quod deprehendunt obtinere in toto. Quod sicut admitto de partibus, qua talibus: ita de iisdem, quando diversum respectum recipiunt, tuto negatur. Equidem verum est, Senatores, in Curia convenientes & consulentes, tanquam integrales Senatus partes, eodem, quo totum, jure æstimari; Sed vero extra eam constitutos, perinde ut alios, pro privatis, Civibus, & subditis, *vid. Ill. Berger. Suppl. ad. E. D. F. P. 1. p. 1252.* habendos esse, ideoque suum forum coram ipso Senatu sortiri, dubitari nequit.

§. LXXIX. Cæterum, quod reliquum est, moneo, verba concessionis, **die den Räthen in Städten verwandt,** ad solos Senatores esse restringenda, non item ad alios extendenda. Sane Imperator omnem in omnes JurisdictionemCriminalemSenatibus concessit, excepit **die den Räthen in Städten verwandt.** Ut autem omne privile-

vilegium latissime interpretandum, *L. 3. de Const. Princ.* & verba sic accipienda sunt, sicut accepit autor eorum: *c. 8. X. de Decim.* ita verba memorata idem significant, ac Raths-Verwandte; hi vero solos Senatores denotant, juxta communem & proprium loquendi usum, quem maxime considerari oportet, *c. 9. X. de V. S.* ut hinc omnis restrictio, aut exceptio, ultra literam, non extendi debeat. Supersederem hæc talia, in vulgus nota, his pagellis illinere, nisi essent, qui contendant, adductis privilegii verbis, non solos Senatores, sed alios quoque, v. c. Syndicos, Actuarios, imo & eos, contineri, qui ipsis sunt a pedibus, v. c. Thür-Steher, Marck-Stock-Meister, Raths-Gerichts-Dienet, Stadt-Knechte &c. Quam interpretandi rationem, ut opinor, nec verba privilegii, nec mens & sententia illius admittunt. Syndicorum & Actuariorum munus, sua natura, cum Senatorum officio, nullam cognationem habet; Recipi possunt regulariter dictæ personæ, atque dimitti, pro suo cujusque Senatus arbitrio, qui tamen de Collegarum munere eodem modo statuere non potest. Add. *Ill. Berger Suppl. ad E. D. F. P. 2. Conf. 74.* Hinc membra Senatus, Raths-Verwandte, in sensu politico, audite nequeunt; nisi, quod fieri quandoque svevit, munia Senatoria simul obeant; Quo casu duplicem personam gerunt, eoque intuitu pro veris Collegii membris, Raths-Verwandten, habendi erunt, ideoque sorum illud singulare eosdem tali casu sortiri, non abnuo. De illis, qui Senatibus Hexapolitanis a pedibus sunt, minus dubitari potest, quod in Criminalibus illis subjiciantur; cum ad hos verba privilegii, nulla ratione omnino quadrent. Quod & nemini serio in mentem venire posse, existimo.

§. LXXX. Speciatim vero *Consulatus* effectibus nobilioribus accenseo potestatem, officia inter Senatores, proprio ex arbitrio, regulariter, distribuendi; *Mev. ad Jus Lub. Lib. 1. t. 1. art. 4. n. 34.* adeo, ut nihil obstet, quo minus eorum administrationem plane immutare, & illi, qui hactenus pinguiori munere functus est, aliud, cujus conditiones minus lautæ sunt, assignare possit; præsertim, si talis translocatio non ex affectu, sed publicæ utilitatis ratione, fiat. vid. *Carpz. Vol. 3. Conf. 8. n. 5. seqq.* Neque est, quod forte Senatorum aliquis regerat, indignum esse, & æquitati adversum, ut is, qui majores honores gessit, ad minores descendere debeat. Quo & facit *L. 2. C. quemadm. civ. mun.* Præterquam enim, quod Consuli ad obsequium, ipsi præstandum, jurato se obstringant Senatores, nequaquam *d. l. 12.* præsidium aliquod iisdem afferre potest. Prohibet ista lex, majoribus honoribus functos ad minores devocari, quod Jus Canonicum etiam inculcat *in c. 1. X. de Translat. Episc.* conf. *Perez ad tit. C. de Mun. & Hon. n. 12.* Neque illa Juris dispositio ratione destituitur, præsertim, cum passim hæc consvetudo invaluerit, ut ad superiores honorum gradus, non nisi per inferiores, ascendi soleat. Ast vero observandum est, dictam L. loqui de *majoribus & minoribus* honoribus, non item fertilioribus, aut sterilioribus. Dignitatis ratio, in partiendis officiis illis Senatoriis, haud occurrit. Unus est honor Senatoribus *L. 5. ff. de Vac. & Excus. mun.* Officia hujus honoris varia.

§. LXXXI. Succedit alius, idemque haud paulo nobilior, effectus, quem, sigillatim Zittaviæ, primus inter Consules locus parit. Quamprimum enim quis in illa florentissima Civitate fasces Consulares, sibi traditos, accepit, statim Cæsarei Palatii Comitum Privilegiis utitur. Originem ducit hæc dignitas, ex speciali Potentiss. Regis Pol. & Elect. Sax. concessione, Vicario Imperatoris nomine, facta Dresdæ d. 12. Sept. 1711. vi cujus, secundum tenorem Comitivæ, Clementissime indultæ, Tabelliones publicos, prævio examine consueto, creare potest. Quo loco & hoc notari meretur, quod præter illud, Consuli Regenti, quem vocant, concessum Privilegium, totus Senatus, ex eadem concessione, Jus sibi egregium quæsierit, cujus virtute, nullum omnino Instrumentum Notarii, suæ intra Jurisdictionis limites, confectum admittit, nisi a Zittano Palatii Comite s. Consule, ad clavum Reip. sedente, Notariatus jura & insignia acceperit. Concessionis tenorem exhibet. *Dn. Carpz. in Anal. Zittav. P. 2. c. 4. §. 1. p. 273.*

§. LXXXII. Spectato Jure, Senatibus Hexapolitanis, circa *Collationem* competente, nunc ad *Ademtionem* procedo. Tradunt alias Canonistæ distinctionem inter Præsentationem, Electionem, & Investituram s. Confirmationem; Quam ad Seculares dignitates, & præsens institutum, accomodasse, non abs re fuerit. Per *præsentationem* & *electionem* ad Senatoriam dignitatem designato, firmum aliquod jus nondum accrescit, sed demum Confirmatio s. plenaria *Collatio* stabile jus, ex istius dignitatis indole profluens, tribuit. Ex hac tota Officialis autoritas pendet. Ex quo consequitur, quod libere receptus & confirmatus, a solo Conferente, modo cum ignominia, modo salva existimatione, rursus dimitti possit. Cumque regulariter Senatui Oppidano Jus *Nominandi & Eligendi* tantum comperat, jus *confirmandi* s. conferendi vero apud Principem resideat, hinc

adi-

ademendi potestas huic soli tribuenda venit. Cujus rei exempla habentur in *Ill. Berger. Supplem. ad El. Jurispr. Crim. P. I. Obs. 3. p. 9. & Oecon. Jur. p. 204.* Hexapolitanis tamen Senatibus, quibus jus, honores Senatorios *conferendi*, vindicatum est in superioribus, eadem facultas, vi Privilegii, Principe ita permittente competit; Quam eveniente casu, ob justam causam, libere exercere possunt.

§. LXXXIII. De eo vero dispiciendum venit, quis ex ipso Senatus Collegio, tali casu, actum exclusionis expedire debeat? Audivimus supra, quod in Collatione, pro actuum diversitate, modo totus Senatus, modo certa solummodo membra, concurrant; Poterat igitur primo intuitu videri, quasi h. l. idem procedendi modus adhiberi deberet; At vero quis est, qui non ex nominationis & electionis natura perspiciat, hos actus Collationi proprios esse, neque ullo modo ad exclusionem applicari debere. Praeterea ipsam Collationem a toto Senatu absolvi, saepius inculcatum est; ideoque ademtionem ab eodem perfici, rationis est. *Add. L. 35. ff. de R. I.* Sive deinceps Consul, sive Senator, officio suo exuendus sit.

§. LXXXIV. Suscipi solet haec dignitatis ademtio, de qua mihi in praesenti sermo est, nonnisi ex causa, culpabili sc. s. delicto; Nam illa, quae sine causa, & citra existimationis laesionem, quandoque fit, & *Dimissio* appellari solet, hujus loci non est, de qua vid. *Gisb. Voet. Polit. Eccl. P. 3. L. 4. A. 2. c. 12. §. 2. & Ill. Berger. Oec. Jur. p. 203. seq.* De altera vero, quae ex capite delicti fit, paulo uberius, hoc loco, agendum erit. Est vero illa, vel temporaria, vel perpetua; Illam, speciali vocabulo, *Suspensionem*, hanc vero, *Remotionem*, vocamus. *Suspensio dictari, primo, solet, ubi quis reus est gravioris Criminis, quod tamen nondum est ad liquidum perductum, *Stryk. Disp. de Suspens. ab offic. c. 1. n. 55. & c. 5. n. 44. 48.* s. ut alii loquuntur, ob inquisitionem. *Ill. Berger. Suppl. ad Jurispr. Crim. P. I. p. 6. in f.* Cujus tamen rei fundamenta, magis ab usu & observantia, apud Saxones inprimis recepta, quam legibus scriptis, repetenda sunt; vid. *Dn. Praes. in P. 3. O. 58. n. 3.* Alias enim, secundum Juris Civilis principia, distinguendum esse videtur, an delictum circa officii administrationem commissum sit, nec ne; ut priori tantum, non item posteriori, casu, suspensioni, pendente accusatione, locus sit. *L. 17. §. 12. ff. ad Municip. Myl. ab Ehrenb. in Hyparchol. c. 14. §. 9. n. 20. vid. L. f. C. de Acc. L. 3. C. de susp. tut.* Si Lusatiam nostram spectare velis, dicendum omnino est, hanc Saxonum mores sequi; vid *Corp. Jur. Lus. 460.* adeoque propter inquisitionem, super quocunque crimine, quamvis extra officium perpetrato, motam, indistincte suspensionem decerni. Qui procedendi modus plurimis, si opus foret, exemplis, probari posset, quae, ut existimationi & famae hominum parcam, studio nunc praetermitto.

§. LXXXV. Praeterea ademtio temporaria fit quandoque in vindictam Criminis jam probati, *Stryk. c. l.* s. in poenam; *Ill. Berger. Suppl. Jurispr. Crim. P. 1. p. 6.* &, speciali vocabulo, interdum *sequestratio ab officio* dicitur. *Conf. Aurel. 3. c. 1.* Hujus quoque usum in Lusatia multo frequentissimum, recentiores inquisitiones passim commonstrant; quibus finitis, Senatores, ex Senatus sententia, temporariae suspensionis poenam luerunt. Sed perpetua exclusio, h. e. *Remotio* omnem omnino, sine ulla spe recipiendi, dignitatis privationem, involvit. Neque hanc in Lusatia adeo infrequentem dixerim, quippe cujus pluscula mihi exempla in promtu sunt, quae lubens praetermitto.

§. LXXXVI. Caeterum utraque in eo convenit, quod famam non possit non fugillare & laedere; *vid. Gisb. Voet. c. l.* quod ab officio ejusque administratione arceat; *Gibalin. de Censur. p. 318.* quod denique Salarium & omnia emolumenta adimat. *c. 11. X. de privil. & excess. c. 4. X. de judic. c. 20. X. de V. S. vid. Carpz. L. 3. Def. Eccl. 115. n. 5. Stryk c. l. c. 4. n. 33. seq.* Solet tamen, quod ultimum hunc effectum attinet, communiter suspensio excipi, quae fit ob inquisitionem, ex indiciis remotioribus, quo casu, extraordinaria quidem honoraria s. Accidentia, ut vulgo audiunt, suspenso Dd. denegant, eundem autem fixo, quod vocant, salario privari, durum existimant, tum imprimis, cum reus in mora non est, quo minus se, quam fieri potest, citissime, ab indiciis purget, suamque innocentiam ostendat. *Mev. P. 8. D. 144. seq. Stryk. c. l. n. 29.* ubi plures in hanc senteotiam citat. Et hunc in modum Collegium Jurid. Viteb. anno 1686. a G. L. de jure consultum respondisse, refert *Ill. Berger. Suppl. ad El. Jurispr. Crim. P. 1. p. 8.* Verum, hanc eandem exceptionem tam varie limitant, ut eam fere in nihilum redigant. Ipsi v. g. suspensum, ob inquisitionem, salario privant eo casu, ubi suspensio facta ex indiciis gravioribus, aut, si ex remotioribus quidem, sed vel adsit res judicata, vel reus deinceps condemnetur. Sane rariores; puto, hodie imprimis, casus erunt, ubi non ex his limitationibus una locum habere possit; Nam, vel pars suspensionem urgens, vel judex ipse suspendens hodie semper prospicere solet, ne suspenso, per tempus inquisitionis, salarium solvatur;

Et, fi res illius arbitrio relinquatur, indicia femper pro gravioribus habebit; præfertim, cum inquifitio plerumque, ex prævia Collegii alicujus Juridici fententia, ob indicia non levia, decerni foleat.

§. LXXXVII. Quamobrem mihi *Dn. Præfid.* fententia arridet, quam *in P. 3. Obf. 58. n. 3.* proponit; quod nempe, nullo cafuum difcrimine, fufpenfus ob inquifitionem, ea pendente, & falario, & commodis aliis, carere debeat. Idque eo magis, quo minus præjudicium hic in inquifitum redundat; Ex eventu enim caufæ principalis, dependet vis fufpenfionis, ab officio, & falario; Purgatis indiciis, ipfo jure ceffat; *vid. Rol. a Vall. Vol. 2. Conf. 6. n. 35.* Quo fit, ut recuperandæ poffeffionis remedia fufpenfo competant, *c. 7. X. de reftit. fpol.* quæ omnis caufæ, f. fructuum interceptorum, h. l. falarii, reftitutionem fimul continent. Delicto autem probato, condemnatoria fententia fertur, quæ, refpectu fufpenfionis, declaratoria, non privatoria, effe, cenferi debet. Ex quo evenit, neceffe eft, ut nec falarium, a fufpenfionis momento, præftari debeat, Hoc enim propter officium datur, *L. 52. §. 1. C. de Epifc. & Cler. L. f. C. de reft. mil. Menoch. A. Q. 329. n. 1.* quo, fi quis ex propria culpa non perfungatur, iniquum eft, fructu ejusdem, h. e. falario, ipfum frui. Cæteris objectionibus forte opponi poffet Brocardicum: Quod reatus, generaliter fumtus, omne beneficium excludat. Verum hæc obiter.

§. LXXXVIII. Vidimus hactenus ademtionis fpecies. Nunc ad caufas progredior, ex quibus Senator fuo munere privari poteft. Siftuntur h. l. generales f. communes, & fpeciales f. fingulares. Ex generalibus occurrit inprimis *Infamia. L. 8. C. L. 6. §. 3. ff. de Decur.* Quam variis modis inuri, conftat, de quibus *vid. t. 1. ff. de his. qui not. inf.* Huc refero quoque *delicta*, quæ *circa officium* committuntur, inprimis loquacitatem & negligentiam. Cum enim taciturnitas & fedula induftria fint optima atque tutiffima rerum adminiftrandarum vincula, aliter evenire nequit, quam, ut Senatus Confiliis evulgatis, aut negotiis negligenter tractatis, ipfa adminiftratio, & huic cohærens dignitas, a fuo fubjecto abeat. *vid. Zaf. P. 10. n. 36.* Sic ipfe cafus recordor, quod negligentia Senatoris, circa officium, in Diætis aliisque Conventibus, gerendum, admiffa, fufpenfionis pœna coercita fuit.

§. LXXXIX. Præterea huc pertinet *Ineptitudo*, propter quam quis, officio Senatorio admotus, iterum dimitti, imo quandoque extra ordinem puniri, videtur poffe. *vid. Brunnem. ad L. 1. C. fi ferv. aut libert. Dec. n. 3. ibique cit. Menoch. A. Q. C. 5. qu. 402.* At vero, cum Senatus Hexapolitani, hoc noftro fæculo, eruditis, & ad gerendas res idoneis viris, femper fere abundare foleant, atque in legendis Senatoribus magna circumfpectione utantur, cafum vix dari, puto, quo quis ex hac caufa Senatu motus fuerit.

§. XC. Siftuntur demum caufæ fpeciales f. fingulares, quæ ex cujusque Senatus Ordinationibus hauriri debent. Has autem, in Archivorum fcriniis fancte repofitas, infpiciendi, licentiam expetere, hominis foret, infigniter impudentis, & intempeftive curiofi. Hinc neminem finiftre interpretaturum fpero, quod ademtionum caufas generatim, hoc loco, adduxerim, nec fpeciatim recenfuerim. Sed vero Statuta, quæ omnibus noffe permiffum, Budiffinenfia fubminiftrant aliquam, quam hic commemorari, non abs re fuerit. Difponunt ea in *P. 2. t. 3.* verbis fupra relatis, ne quis ad Senatoriam dignitatem evectus coram Senatu, ejusve Prætorio, caufas peroret; Quod fi itaque contingat, Senatorem jura Clientum coram Senatu Budiffinenfi tueri, dubium non foret, quin, ex hac fpeciali Statuti illius difpofitione, eidem, fi ab incepto non defiftat, pœna remotionis dictari poffit.

§. XCI. Hactenus de primo modo, quo, jus circa honores Senatorios, Senatibus generatim, fpeciatimque Hexapolitanis, competens confervatur, *Ufu* fcilicet, egi. Jam ad alterum accedo, nempe illius *Vindicationem*. Evenit enim fere quotidie, ut homines, temere litigantes, aut male feriati, jus, alicui legitime quæfitum, in controverfiam vocent; Quorum vel malitiæ, vel temeritati, ut occurri poffit, certa remedia Legibus funt introducta, quibus, quod cuique debetur, perfequi liceat; Hæc autem perfecutio, pro varietate objecti, circa quod verfatur, & ipfa varia effe intelligitur. Agitur autem vel de ipfo jure, vel de ejus quafi poffeffione: Hoc cafu, Pofferforiis, illo, Petitoriis remediis, experiundum eft. De utrisque videbimus, quatenus ad præfens, de quo laboro, jus, circa Senatorios honores, accommodari queunt.

§. XCII. Hujus, ut cujusque alius, juris *quafi poffeffio* utilibus interdictis, *L. f. ff. uti poffid. L. f. ff. de Servit. L. 8. §. 5. ff. fi fervit. vind Carpz. P. 2. C. 7. d. 11.* quæ ad eam, vel acquirendam, vel retinendam, *L. 11. §. 1. ff. uti poffid. §. 4. f. de Interd.* vel recuperandam, tendunt, *c. redintegr. 3. c. 3. qu. 1.* vindicatur. Ipfa vero Juris *proprietas* per Condictionem ex privilegio petitur, *Bachov. Difp. 23. th. 1. l. A. B.* Equidem obftare videtur *§. 15. I. de Action. L. 25. de O. & A.* ubi folæ in perfonam actiones dicuntur Condictiones;

nes; cum tamen hoc Senaruum jus sit in eorum patrimonio, adeoque reales effectus producat, & contra quemvis turbatorem asseri possit.

§. XCIII. Enimvero Imperator in citato §. ad observantiam tantum, & modum loquendi, eo tempore receptum respicit, dum reales actiones, speciali nomine, *Vindicationes*; personales autem, *Condictiones*, nominari asserit; non, quod hoc condictionis nomen in rem judiciis accommodari nequeat; Id quod satis, opinor, innuunt verba subsequentia: *nunc vero abusive dicimus*. Quippe, tenendum est, stilo Romanorum veteri, omnes actiones, sive in rem fuissent, sive in personam, Condictiones appellatas fuisse; Ideo, quod, *Theoph. teste ad h.* §. litigaturis solenne esset, ut is, qui contra alterum judicio experiri cuperet, adversario suo denunciaret, ut hoc, vel illo, die in judicio adesset, & vadimonium obiret; adversarius itidem, se affuturum, sponderet. Qui actus *Condictionis* nomine venire solebat. *Vinn. ad.* §. *15. I. de Action.*

§. XCIV. Posteaquam vero judicia realia, a solennitatibus, in eo condictionis genere peragendis, speciale *Vindicationum* nomen retulerunt, fieri non potuit, quin personales actiones, in quibus nullus solennitatibus istis locus erat, nomen generis sui, velut sibi proprium, retinerent. Qua ratione eveniebat, ut deinceps omnes actiones reales *Condictiones* audirent, *vid. Hotomann. ad. h.* §. quarum utræque certas sub se continent species, specialibus nominibus insignitas.

§. XCV. Quia vero interdum contingit, ut facultas agendi, lege quidem, detur, sed genus actionis, quo experiundum sit, non exprimatur; inde tales actiones eodem generali Condictionum nomine veniunt. Neque interest, reales illæ sint, vid. *L. 30. C. de Jure Dot. L f.* §. *1. C. de hered. petit. L. f.* §. *6. de Jure Delib. L. 30. L. 35. C. de inoffic. testam. vid. Schilter. Exerc. 1. th. 6.* an vero in personam conceptæ, ut videre est *in L. 35 de Donat. L. 2. C. de Resc. Vend.* vid. plura exempla in *Brunnem. ad tit. de Condict. ex L.* Quocirca liquet, petitoriam actionem, quæ intuitu juris, in quo versamur, competit, *Condictionis* verbo, commode appellari posse. Neque alterum, *Privilegii*, vocabulum difficultatem aliquam afferre potest; cum in vulgus notum sit, privilegium nihil aliud, quam legem aliquam novam specialem atque singularem, esse, *L. 10. de LL. L. 1. ff. de Const. Princ.* ut hinc nihil intersit, sive Privilegii, sive Legis, vocabulo utaris.

§. XCVI. Dubium movere poterat regula, cum ab aliis vulgo, tum & *Hoppio* tradita, *in usu hod. Comment. ad.* §. *2. I. de Act. p. 818.* Quod toties actione confessoria experiundum sit, quoties quis se fundat in jure aliquo singulari s. privilegio; Quæ, hac imprimis ratione, defenditur, quod Privilegium sit jus aliquod, jura vero, ad similitudinem servitutum, hac confessoria, ratione objecti, utili afferantur, & vindicentur. vid. *Ill. Berger. Oecon. Jur. p. 327. Eckolt. ad t. ff. si usufr. pet. Struv. & Dd. ad. tit. ff. si servit vind.*

§. XCVII. Enimvero mihi, hoc loco, distingvenda esse videntur Jura communia a singularibus, ut loquuntur, *vid. Calvin. Lex Jur. voc. Privilegium.* h. e. jura ex pactis, ipsi juri communi non ad versantibus, sed eodem inirl licitis, acquisita; *vid. L. 38. ff. de Pact.* & Jura, quæ a LL. communibus recedunt, & ex Privilegiis Principum competunt; vid. *L. 2. §. 21. C. de V. I. E.* Si quis sibi jus aliquod commune, in alieno fundo, *Schæpffer ad tit. ff. si serv. vind.* §. *f.* legitime acquisitum afferat, dubium non est, quin, propter istius juris cum servitutibus, analogiam, confessoria utili experiri queat; Atque de his juribus, Gerechtigkeiten, quæ jure communi concedi & acquiri possunt, vid. *L. 38. de pact.* regulariter intelligendi sunt Dd, quando jura vindicaturo actionem confessoriam utilem concedunt.

§. XCVIII. Si quis vero, ex jure aliquo singulari, experiri velit, non puto, confessoriæ actioni commode locum esse. Hæc enim descendit ex constituta servitute; *L. 5. pr. si usufr. pet.* Servitutis autem constitutio est negotium aliquod privatum, s. jure *communi* licitum; igitur ex converso, cujus juris constitutio non est licita jure communi, (*sed singulari,*) illa nec effectus juris communis producere potest; Atqui vero solius Principis est, contra leges sancire, arg. §. *11. I. de I. N. G. & C. L. 2.* §. *21. C. de V. I. E.* & singularia jura concedere; Unde sua sponte fluit, quod actio confessoria hic sibi locum vindicare nequeat, sed potius ex isto jure, s. lege singulari, descendat condictio.

§. XCIX. Sic tandem Juris, circa honores Senatorios, Senatibus in genere, speciatimque Hexapolitanis, competentis, *Constitutionem* & *Conservationem* absolvi; Restabat, ut *Amissionis* modos subjungerem. Cum vero in hac parte nihil, præter juris Communis dispositionem, occurrat, hoc loco subsisto, & levidensi huic Dissertationi impono finem.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
CONTINENS
STATUTORUM BUDISSINENSIUM COLLATIONEM
CUM
JURE CIVILI ET SAXONICO COMMUNI,
QUAM
PRÆSIDE
VIRO ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO
DN. CHRIST. WILDVOGELIO, JCto,
SERENISS. DUCIS SAXO-ISENAC. CONSILIARIO STATUS INTIMO, CURIÆ PROVINCIALIS ET SCABINATUS ASSESSORE, COLLEGII JURIDICI SENIORE ET ANTECESSORE CELEBERRIMO,
DOMINO AC PATRONO SUO SUBMISSE VENERANDO,
PRO OBTINENDIS IN UTROQUE JURE
PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
Die Aprilis M DCC XV.
CHRISTIAN GOTTLOB Kaulfuß,
ADVOC. ORD. JUR. DICASTERIORUM
IN UTRAQUE LUSATIA.

PRÆLOQUIUM.

Optimus inter germanarum rerum scriptores. *L. 1. Annal. in fine*, vetera nos extollere, recentium incuriosos esse, conqueritur. Jure hocdicis, Tacite! Aurum enim in solo patrio conditum nos non decet negligere, ne in patria simus peregrini, & e contrario domestici in terra aliena, nec reprehensionem JCti, in *L. 43. ff. d. Orig. Jur.* incurramus, turpe esse, inquientis, jura patria & cum primis causam ibi orantem ignorare. Sane Imperator ipse, in *L. 1. ff. d susp. tutor. & curat. & L. 25. ff. d. liberat. legat.* monet, quotidiana maxime attingenda esse; magna enim terrarum portio, statutario magis quam communi jure regitur, & qui praxi litant, maxime de co sunt solliciti, quid per statuta locorum receptum, & his deficientibus, quid jure communi sit sancitum. Quæ si mecum volvam mente, cum patriis moribus familiaritatem inire omnino necessum duxi, id quod meliori via vix contingere putavi; quam si statuta inclytæ Reip. Budissinensis, Metropoleos in Lusatia superiori, cum jure civili & Saxonico conferrem. Et cum Saxonico quidem ex hac ratione, quoniam hoc pro communiter recepto in nostro Marggraviatu habetur; id quod non modo praxis ac experientia rerum magistra comprobat, sed etiam ex Conring. *d. O. J. G. C. 29. 31. &* Meibom. *Introd. ad Hist. infer. Sax.* apparet. Cum enim Epko Repkovius jus provinciale Saxonicum intra primos 50. seculi XIII. annos, primum latine, post hæc rogatu Hoyeri, Comitis Falcensteinii, in linguam antiquam Saxon. transferret, & tandem Misnico idiomate Melchior Zobelius donaret, opereque in 3. Tomos diviso titulum speculi Saxon. daret, hujus dein tanta fuit auctoritas, ut in Livonia, Bohemia, Polonia, Marchia, Misnia, Silesia, Lusatiaque & aliis locis reciperetur, in controv. v. dubiis ad Scabinatum Hall. Magdeburg. appellaretur. Et licet Budissæ natales non debeam, matris tamen & nutricis instar eadem mihi est deveneranda. In antecessum vero L. B. præmoneo: mihi non esse animum, commentari in jura hujus Reip. quippe quod aliis nostratium, & inprimis experientia rerum instructis & jure consultissimis relinquo; sive enim horum jurium fœcunditatem, sive, qua per omnes juris partes se diffundit, amplitudinem spectes, ultro calculum adjicies, haud contineri posse hæc tanta in brevi dissertatione. Suscepi ergo tantum periculum facere in collatione dictorum statutorum cum celeberrimis non in germano duntaxat, sed & universo pene orbe receptis juribus, civili & Saxonico, & ostendam breviter,

viter, in quo hæc inter se invicem faciunt divortium;

- - - *det ditior alter aristas*
pomaque, nos frutices munera parva damus.

Abundat hæc Respublica viris & JCtis consummatissimis, tam qui clavum gerunt, quam qui consiliis adstant, quorum ἀξιέβεια adeo in orbe relucet, ut ipsis hac pagina facem accendere supervacuum sit. Abundavit quoque dudum pristinis seculis, qui huic civitati saluberrimas præscripserunt leges municipales, illasque ad conservandum bonum ordinem, & promovendam civium salutem publice promulgarunt. Laudantur hæc sæpius ab his, culpantur ab illis: pro re nata utrique facile assentire possum. Justitia equidem nonnisi una est, leges tamen, quæ eam profitentur, aut id saltem affectant, non uno modo se habent; nec habere se possunt, propter gentis diversam indolem; ex qua causa sæpe numero fit, ut aliquid hoc jure constitutum licitum sit, alio plane sit illicitum & prohibitum, præsertim in iis rebus, quæ ex mero legislatoris arbitrio & beneplacito pendent. In cæteris enim, quæ ex naturali ratione dijudicantur, si diversum quid contineant leges, non tam jus dari per eas, quam impunitatem præstari, certum est: Si deficiant & æquitas & rationabilitas, potius illa ad Garamantas releges. Ingens copia horum posteriorum, teste experientia, in opificum collegiis deprehenditur; ast cum hisce haud conferas nostratium statuta; vix reperies in iis omissum, quod ad bonos mores, justum ordinem, summam Reip. salutem, pertinet; quæ lex divina, Pater Patriæ Augustissimus, atque uno verbo, justitia requirit, omnibus numeris absoluta hic deprehenduntur, & lites, juxta monitum JCti, in *L. 4. §. 1. ff. d. alienat. jud. mut. causa*, ceu pestem Reip. execrantur. Non nego, dari sanctiones, quæ ob disparitatem status cum alio eidem æque non prosunt; sed L. B. non ibis inficias, singulas vestes, licet sint pretiosissimæ, non omni corpori esse aptas, & velut calceus, nitida licet sutoris opera formatus, omnium pedibus haud convenit, ita nec omnes leges ac sanctiones, in se quamvis æquissimæ ac saluberrimæ, nequaquam omni Reip. conveniunt, sed prout tempora Reip. ejusque status postulant, juxta prudentissimum Messalini apud Tacitum monitum, subinde mutari debent. Discrepantiam namque facit vel locorum, regionum ac climatum diversitas, vel incolarum, qui ingenio, moribus ac vitæ genere immane quantum sæpius discrepant, varietas, qua de re eleganter Anonymus scripsit in Tr. *les differences principales, qui distinguent les plus considerables nations de l'Europe.* vel temporum etiam ac dominorum mutatio; hinc recte Aristoteles *L. 4. Eth. 1.* dicit: Leges ad Remp. non Remp. ad LL. accommodari debere. Et hoc modo quædam consvetudo quoddamque statutum dici potest rationabile, quamvis aliqualem nonnunquam continere videatur iniquitatem vid. Wehner. *obs. 112 voc.* Gewohnheit. Nolo præterea hic quæstionem discutere, an in talius modi statutis, civibus competat discretio boni & mali? quamvis magis in negativam descendere velim, cum omnibus modis cavendum sit, ne cives circa LL. a superioribus vel majoribus præscriptas nimium sint scrupulosi, nec omnia ad lancem & trutinam summæ æquitatis aut justitiæ appendant, eoque sub prætextu magistratui debitam obedientiam detrectent, quippe experientia testatur, sæpius haud esse in magistratus viribus, ex animi sententia semper justitiam summam observare, sed ex certa status ratione aliquando iniquum admittere solere, ut finem suum consequatur, huc enim pertinet illud: a justitia nonnunquam abeas in parvis, si salvam illam velis in magnis, & quod Tacitus monet: habet sæpe aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod erga singulos utilitate publica rependitur.

Sat est municipio, si illis LL. regi potest, quas antiquitus probas & sibi convenientes duxit, ne singuli in singulos ruant, sed unusquisque sub publico tutamine pace & quiete frui possit. Immensam quidem juris civilis amplitudinem fatentur omnes, & plurimi conqueruntur de nimio Romanarum LL. numero, atque accusant Justinianum, quod aggressus fuerit tam desperatum opus, Saxonibus itaque aliisve multis civitatibus adeo juribus statutariis prospectum esse putant, ut videantur omni jure Romano carere posse; Sed eventus nondum comprobavit, ullibi statuta hoc perfectionis punctum assecuta fuisse, ut juri Romano universo repudium dare liceat. De cætero, cum Imperator ipse non possit per generalem constitutionem singulis casibus prospicere, ideo potestatem LL. condendi, juxta provincialium mores & indolem permisit: expedit enim Reip. ut LL juxta conditionem rerum humanarum & statum populi præsentem habeat. Hine utut ingens sit, non tamen tanta est LL. multitudo, ut omnibus & singulis casibus decidendis sufficiat: Usu nuta recipiuntur hactenus ignorata, deciduntur multa hucusque dubia, & licet jus Romanum magnæ sit autoritatis, quod ostendit Artur. Duck. *tr. d. usu & autor. jur. civ. L. 1. c. 2.* & Duarenus *in præf. ad ff.* quin & per totam fere Europam observetur, test. Carol Molin, *ad Consv. Paris. Tit. des fiefs. n.* 10. &

tio. & in Germania primum ſenſim receptum, dein conſtitut. Imp. Maximiliani *An. 1495.* confirmatum. Lehm. *Chronic. Spir. L. 4. c. 21. p 337.* & in Camera hodienum obſervetur. *O. C. P. 1.* quo reſpectu, & quod a ſapientiſſimis viris conſcriptum, imo æquitati & rationi conveniens appareat, ut omnium fere chriſtianarum gentium approbatione commune ſit effectum, adeo ut Thomas Lanſius *Orat pro Ital. p. m. 659.* de Digeſtorum & Codicis libris pronunciaverit: nullos præſtantiores in orbe terrarum poſt ſacra biblia exiſtere, & vix tam elegans corpus chriſtiana Reſp. foret datura. Anton. Matthæi *diſp. 12. d fund. jur. alit. jaciend. th. 34.* In qua diſſertatione is equidem multas juri juſtinianeo aſpergit maculas, ſed has Jacob. Mœſtert. *in Tr. d. juſtit. Rom. LL.* abſterſit. conſ. Oldenb. in *Limn. enucleat. T. 13. & 57. P. 2. T. 31. in f.* Quia tamen nulla lex omnibus & ſingulis Rebus publicis ſufficiens lata eſt, ideo hæ quandoque LL. particulares ad naturam populi accomodatas requirunt, Quapropter non peccaſſe me credo, dum hanc diſſertationi meæ Inaugurali materiem ſelegi, nec ſollicitus fui de aliena, dum obviam mihi venit noſtræ Reipublicæ ſtatutum. Haud diffiteor equidem, quod in agris alias contingere videmus, ut pro ea, quæ eſt hominum induſtria, vel nullum, vel exiguum ſaltem ſpatium hodie ſuperſit, quod non ab aliis jam fuerit occupatum, idem pariter in jure noſtro obtinere. Verum nec ideo ſcripſi hoc meletema, ut novum quid tradam, nec ut diſcuſſionem inſtituam eorum, quæ in Academia a Profeſſoribus traduntur; ſed & tantum abeſt, ut in magiſtrorum verba jurare velim, cum ex Senecæ monito, nil æque curandum, quam ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem; pergendum nun qua eundum eſt, ſed qua itur via: Examinandæ ſunt res libertate philoſophica & ex norma juſtitiæ, ubi lex & ratio deficit: tam libera enim Jurisprudentiæ eſt philoſophia, ut ſi filius a patre diſſentiat, pietatem non lædat. Tuum jam erit, L. B. omnia in bonam interpretari partem, cum ſcias ex *L. 3. §. 13. ff. d. V. J. E.* in nullo penitus aberrare, ſolius divinæ non mortalis eſſe conſtantiæ.

CAPUT I.

Siſtens Onomatologiam, Homonymiam & Synonymiam Statutorum.

§. I.

Onomatologia. Methodus in conſcribenda diſſertatione hæc uſu recepta videtur, quæ rubri explicationem per etymologiam, homonymiam & ſynonymiam exhibet: Antiquitati hæc conſvetudo ſuos debet natales, nec noviter irrepſit, quod videre eſt ex *L. 1. pr. ff. d. J. J. L. 2. §. 22. ff. d. O R.* & ſuo uſu haud deſtituitur; ſunt enim nomina quaſi picturæ & characteres, quibus ipſa rerum innoteſcit natura, teſte Aulo Gell. *N. A. L. 13. c. 10.* & ſuffragante JCto, in modo citatis L. L. Imo Pontifice in *c. 1. cauſa 27. qu. 1.* Derivatur vero Statutum a *ſtatuendo*, quod eſt, *arg. L. 1. ff. quod quisque jur. in al. ſtatuer.* deliberato animo aliquid decernere ac conſtituere.

§. II. A JCtis uſitata ſignificatione diverſimode accipitur, tum pro jure Statuum Jmperii & cujusvis in ſuo territorio. Bachov. *ad πρῶτα Rubr. ad Statut. n. 2.* tum pro judicis ſententia & judicato. *L. 9. C. d. ſent. & inter. loc. l. 4. & 5. d. re jud.* non minus de quolibet jure communi, *L. 46. d. V. S. pr. L. 2. fi. d. off. Præf. Prat.* item pro jure (*C. 1. 2. d. Conſtitut. in 6.*) corporum & collegiorum, juxta hodiernum uſum: & denique pro jure locali & topico vel LL. Civitatum municipalium, nobis Weichbild, Willkühr, Stadt-Recht, quali ſenſu etiam apud Romanos olim uſurpatum eſt. *L. 2. C. d. Decur. l. 19. 21. d. muner. & honor*, quæ poſterior ſignificatio eſt hujus loci. **Homonymia & Synonymia.**

§. III. Quanquam cujusvis rei definitio, monente JCto Ulpiano, maxime periculoſa, cum hæc ſuis numeris abſoluta vix ferri queat, attamen me non fallere ſum perſuaſus, ſi cum Alb. a Roſate tr. *d. ſtat. L. 1. q. 1. n. 1.* ſtatuta deſcribam, quod ſint jus cuilibet civitati poteſtate nomothetica gaudenti, vel cum conſenſu ſuperioris proprium, quod ipſa ſibi in ſuam utilitatem conſtituit. Quo pertinet, quod habetur in *L. 9. d. J. & J.* omnes populi, qui LL. & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium jure utuntur, quod enim quisque populus ſibi jus conſtituit, id ipſum jus proprium civitatis eſt. conf *§. 1. J. d. J. N. G. & C.* quapropter hodie nulla fere eſt provincia civitasque nulla, quæ non ſua propria habeat jura provincialia vel municipalia, ſive ſtatuta, quibus Carpzov. *P. 2. C. 14. D. 53. n. 1. ſeq.* tantam tribuit autoritatem, ut in illis locis, in quibus vigent, etiam Imp. & Pontificum LL. ac canones vincant. Hoc certum eſt, ſtatuta ſemel condita & promulgata, habere vim legis. *l. 9. ff. d. J. & J.* & ex eo tempore, quo publicata, robur obtinere adeo, ut qui contrarium aſſerit, ſc. quod non ſint recepta, id probare debeat. Jacob. Schult. *p. 2. qu. pr. 66.* Carpzov. *P. 1. Dec. 3.* **Definitio.**

§ IV. Superſedeo hic examinare quæſtionem ſatis tritam; (1) an municipales civitates gaudeant poteſtate LL. condendi, & remitto *L. B.* ad Struvii *S. J. C. Exerc. Th. 4. ſeqq.* it. Zæſ. *ad ff. Tit. 4. n. 32.* Stephan,

de

de Jurisdict. L. 2. P. 2. C. 8. n. 16. seqq. Mev. *ad jus Lub. in proœm. qu. 2. n. 52.* mea opinio ex definitione apparet, quod nim. municipiis potestate nomorhetica destitutis, sola parendi gloria sit relicta, Becman. in *Medit. polit. Diss. 19. Th. 2.* adeoque superioris consensu munienda esse talia statuta: a quo tamen DD. excipiunt casus, si bonorum administratio senatui a superiore fuerit concessa, tunc enim concessam æque esse facultatem leges circa administrationem præscribendi, quo his ipsis salus & bonum civitatis promoveatur. *arg. L. f. & 1. 1. decret. ab ord. faciend.* Zæs. *d. l.* & de hac materia in nostris statutis infra quædam reperies *P. 3. Articul. 10. num. 5.* Non igitur statutum, qua tale, simplici conventione Magistratus & civium nititur, per trad. Ziegl. *de jur. Majest. c. 3. §. 16.* utut conventionis speciem habere videatur, ex quo etiam suum nomen sortitur & Willkühr vocari solet, id namque ad principium & fontem referendum est, non ad vim ipsius præcepti: atque hinc quatenus tale statutum vim habet cogendi publicam, Lex dicitur, C. *1. 2. d. constit. in 6. C. 46. pr. d V. S. Auth. Cassa. C. d SS. Eccles.* Et quamvis nulla civitas jurisdictione & facultate leges condendi destituta, consvetudinem condat, actus tamen illi præbet, qui, quatenus ex eisdem jus inducitur, ratione formæ a superiori dependent, ita ut si actus isti divino juri, rectæ rationi, saluríque publicæ & genio civitatis conformes reperiantur, is illos improbare nequeat, sin vero secus, denegare eisdem vim intrinsecam possit, nulla impediente temporis diuturnitate. Besius *c. 8. d. pactis famil. illustr. p. m. 441.* Aliter sentit excellentiss. Struv. *S. C. J. Ex. 2. §. 42.* ubi distingv. inter Civitatem privilegiatam & minus talem, ita ut illius statuta, non vero hujus, absque superioris confirmatione expressa obligent, cui calculum adjicit Lauterb. *in C. J. p. XI.* Cæterum statuta inclytæ Reip. Budissinensis maximum robur & auroritatem ex confirmat. Imp. Romani, Regum Bohemorum & Marggraviorum Lusatiæ, nimirum a Ferdinandis, Rudolphis, Uladislao & subsequentibus Marggraviis Lusatiæ, ad nostra usque tempora durantem, nacta sunt.

§. V. Porro (2.) ad quæstionem, num quoque statuta dentur ac subsistant, quæ non in scripturam sunt redacta? affirmativa opinio mihi arridet, quippe statuta sensim ac pedetentim consuetudine introduci possunt, per longi autem temporis diuturnitatem tantopere coalent, ut quilibet civium in suo municipio illa pro lege agnoscat, & unus in alium, parentesque in posteros suos transferant. Evenit exinde, ut hæ consuetudines cum statutis pari passu ambulent. Rauchbar. *Jurid. Qu. 36. n. 86.* & vim legis acquirant. *L. 32. 33. d LL.* Ipse quoque Justinianus *§. 10. J. d. J. N. G. & C.* qui differentiam inter jus scriptum & non scriptum extrinsecus ab institutis duarum civitatum, Atheniensium sc. & Lacædemoniorum, deducit, quarum illa, quæ pro LL. observabant, memoriæ mandabant; hæc vero, quæ in LL. scripta comprehendissent, custodiebant, luculenter hoc edocet, quam quæstionem satis excussit Bachov. *ad Tit. Inst. d. I. & I. rubr. d. divis. & spec. jur. civ.* nec non D. Struv. *S. I. C. Ex. 2. §. 2.* Ungeb. *Exerc. 2. qu. 6.* ubi demonstrat, quod ad modum solummodo pertineat scriptura. Add. Suarez *Tr. d. LL. L. 1. c. 11. n. 6.* Imolam *rubr. d. Const. Pr. & in L. 8. C. d. LL.* Sebast. Medic. *Tr. d. LL. & statut P. 3. qu. 11.* Excell. Dn. Thomas. *ad Straub. Diss. 1. aph. 6.*

§. VI. Pedem promoveo ad divisionem statutorum. Dispescuntur vero ut plurimum a DD. in municipalia, quæ fiunt a magistratu civitatis, quia ipsis cura civium commissa & de eorundem rebus disponendi facultas data est, Mev. *P. 1. D 55. n. 2.* & in opificum articulos, Innungs-Articul, Beier. *d. orig spec. & interp. jur. opif. c. 6. §. 5.* hi namque licet non propria, analogica tamen, h. e. jurisdictione tali gaudent, quæ ad eorundem negotia pertinet. Brunnem. *ad L. f. C. jurisd. 112.* itemque in statuta Principum Imperii, ad differentiam juris universalis Imperii, conf. ordin. Cam. *P. 1. T. 57. &* Struv. *S. I. C. Ex. 2. Th. 4.* Alia porro sunt civilia, quæ ad statum publicum pertinent, vel privata, singulorum utilitatem respicientia, *arg. §. 4. I. d I. & I.* Alia quæ secundum, alia quæ præter, & alia, quæ contra jus commune sunt. Schneidew. *in §. 1. I. d. I. N. G. & C. n. 17.* Pruckm. *Vol. 1. Cons. 13. n. 33.* Denique alia sunt realia, alia personalia. conf. Anchoranus *Consil 327.* Honded. *Cons. 3. n. 29.* Divisio.

CAPUT II.

Ipsam collationem statuti cum jure communi & Sax. exhibens.

§. I.

Quæstio hic incidit: An etiam hodie jure civitatis frui possint homines proprii, vel glebæ adscripti? Resp. neg. Notum est, in Lusatia utraque rusticolas glebæ esse adscriptos, nec ea gaudere libertate civili, ac rustici in Misnia & Electoratu, id quod comprobat Ober-Laußnitz. Unterth. Ordn. de Anno 1652. Art. I. Was derer Unterthanen aufm Lande Zustand, Thun und Wesen sey ꝛc. in verbis: Daß die Unterthanen, wie bey diesem Marggrafthum beständig

Ad Proœm. verb Vielmehr ein jeglicher von unsern Bürgern, Inwohnern Schutzverwandten ꝛc.

dig hergebracht, aufm Lande nicht nach Art und Weise wie die Knechte in Römischen Rechten dienstbar und leibeigen, sondern ihren Gru:d und Boden dergestalt besitzen, daß sie hiervon denen Herrschafften ihre schuldige Dienste zu leisten, dargegen ihren nothdürfftigen und gebührenden Unterhalt von dem Grunde, so sie besitzen, zu suchen schuldig. Und weiln sie gestalten Sachen nach denen auf dem Grund gewidmeten gleich zu achten, und dahero weder gäntzlich frey, noch gäntzlich dienstbar sind etc. so gar, daß wenn schon ihre Kinder denen literis obliegen, nicht frey werden. vid. Præjud. in Ober-Amts Actis Herrn von Callenberg contra George Jentschen von Halbendorff An. 1687. Hine in bene constitutis rebus publicis homines hujusmodi conditionis non ad jus civitatis admittuntur, nisi manumissionis testimonia, Laß-Brief, afferant, vel alias nexu servili liberati verisimiliter præsumantur, qui casus susius *in cit. ordin.* recensentur, vel fidejussores præstent de eo, quod legitime nati, nec ullius hominis sint proprii. conf. Mev. *adj. L. Art. 3. n. 3.* item *Art. 13. & 14.* Auch soll kein Dienst-Knecht zum Bürger angenommen werden etc. & Besold. *in Contin. th. pract. voc.* Leibeigene Leute. ibi: Es wurde nicht leicht ein Leibeigener zum Bürger aufgenommen: unde ortum esse proverbium, quod dicitur: Es flieget kein Rauch-Huhn über die Mauren etc. Hering. *de fidejuss. c. 5. n. 333.* Multo minus Sorabi & Vandali, qui juxta Budissam maximam partem habitant, & per recessus Imperii ab omni dignitate excluduntur, in album civium cooptandi, eapropter literis testimonialibus opificum inseritur: Daß der Lehrling kein Wende oder Sclave sey. vid. Mich. Praun. *d patri. p. 49. n. 118.* & Besold. *th. pract. voc.* Lehr-Jahren etc. ubi simul rationes reperies. Erat etiam hic mos apud Romanos, ut in venditione servi ejus nationem indicent, eo, quod natio servorum possit vel provocare emptorem, cum illi præsumantur boni, qui sunt generis non infamati, *l. 31. §. 21. d. ædil. ed.* vel illum deterrere, cum mali corvi malum ovum esse soleat. Sic Samaritani semper infames & despectui fuere Judæis, teste S. Scriptura. Vigore igitur dictæ constitutionis, dominus subditos tales fugitivos, quamvis in numerum civium jam cooptati fuerint, vindicare quocunque tempore potest. Mev. *P. 2. Dec. 101.* quod tamen jure Lubec. ad annum & diem est restrictum, *Lib. 1. T. 3. Art. 3.* Mev. *P. 1. Dec. 90. n. 12.* De eo vero, quatenus dominus propria autoritate colonos suos fugitivos apprehendere & antiquis penatibus restituere possit, vid. Gail. *d. Arest. Imp. c. 8. n. 17. p. 254. L. 1. & 3. ff. d. fugit.* j. *L. 2. 4. C. d. serv. fugit.* ibique Brunnem. Dantur etiam alibi particularia jura; quæ certam nationem a jure civitatis excludunt; veluti disponit Würtenb. Land Ordnung. *Tit. 2. §. 3.* Es sollen unsere Amt-Leute und Gerichte keinen Wahlen oder Sayhoyer zum Bürger annehmen. & per *L. f. C. d. Jud. & Celic.* ut & *Auth. Gazaros. C. d. haret.* Judæi quoque a communione civitatis arcentur, nisi sint baptizati, per tradita Deciani *Tr. Crim. l. 5. c. 15. n. 2.* Qui vero dicantur cives nati? & an ii, qui diversæ sunt religionis, jura ac privilegia civium capessere queant? conf. Lyser. *in Diss. d. jure civitatis. Wittb. hab. 1681. §. 9. seqq.*

Ad verba: Oder wer sonst vor uns und unsern Gerichten zu schaffen haben.

§. II. Quæri solet: an & quatenus tam statuentes quam forenses ex jure statutario obligentur? Effectus legum est, ut omnes obligent, non solum ad scientiam, *t. t. ff. & C. d. jur. & fact. ign. arg. L. 7. C. d. LL.* sed & ad obedientiam, *L. 7. ff. d. jur. patron.* Felin. *in c. 3. X. de jurej. n. 5.* itemque ad pœnam, *l. 2. ff. d. LL.* & omnes statuentium subditos comprehendant, *arg. L. 9. ff. d. J. & J.* quin & ad ipsos statuentes & magistratum extendantur. Zas. *ad L. 1. n. 9. ff. quod quisque jur. in alt. stat.* Oldendorp. *Class. 1. act. 1.* Carpz. *Jurispr. for. P. 3. c. 12. def. 17. n. 1.* Et sane hæc statuta eo fortius ligant, quando præcipua juramento senatorio inserta clausula, consules & senatores, se leges & statuta civitatis sarta tecta servaturos, ac nihil quicquam contrarium esse admissuros, promittunt. Hic enim est ille vitalis spiritus, quem tot millia trahunt; ubi vero mali mores, leges ac statuta in potestatem suam traxerunt, ibi mera fit ἀναρχία & confusio. Fritsch. *in Tr. d. Cons. & Senat. Concl. 25.* Sic pariter prætoris est, statuta in pronunciando ad literam servare. Schurff. *Cent. 3. Cons. 76. n. 12. pr. J. d. off. jud.* & si hoc non observat, litem facit suam & de syndicatu tenetur. *c. venientes. X. d. jurej. l. 3. C. d. ædif. privat.* Gail. *L. 1. obs. 36. n. 12.* Quid? quod immensum subditis calcar addatur, si ipse magistratus, bene quod ordinavit, observet: quo spectat quod Lucanus ait:

In commune jubes si quid censesve tenendum,
primus jussa subi, tunc observantior æqui
fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum
autorem parere sibi.

Nec advenæ ab hac obligatione sunt exempti, juxta illud: si fueris Romæ, Romano vivito more. *arg. c. quisquis 1. dist. 41. can. 24. c. 11. qu. 3.* inprimis quando illi bona immobilia comparando, contractus celebrando, litigando vel delinquendo civibus se admiscent, hoc ipso enim judicis loci jurisdictionem agnoscunt. *arg. L. 2. ff. de judic. l. 11. §. 1. ff. de jurisd. c. 1. & 2. X. d. mut. petit.* Hugo Grot, *d. J. B. & P. L. 2. c. 2. §. 5. & c. 11. §. 5.*

§. 5. n. 2. ubi sequentem in modum philosophatur: *est necessarium moraliter ad gubernationem populi, ut qui ei vel ad tempus se admiscent, quod fit intrando in territorium, ii conformes se reddant ejus populi institutis.* Et velut is, qui transfert domicilium in aliquem locum, eo ipso vult obligari LL. loci permaneoter, vel ex consequenti obligatur; ita qui alicubi vult ad breve tempus morari, eo ipso vult aut velle debet subesse regimini illius loci, quoad ea, quæ ad generales mores & leges spectant. Svarez. *Tr. d. LL. L. 3. c. 33. n. 4.* Id quod tamen eatenus procedit, quatenus in uno vel altero casu, personæ singulari jure non sunt exemtæ, veluti id asserunt Dd. de aulicis, *ad Tit. C. ubi Senat. l. Clariss.* Christ. *Vol. 2. Dec. 167. n. 5.* militibus, Brunnem. *in Comment. ad L. 6. C. d. Jurisd. omn. Jud.* Idem & in Lusatia superiori observatur circa omnes & singulos nobiles, quamvis in civitate habitent, tam masculini quam sequioris sexus, quod tamen cootrariatur juri civili in *L. 19. §. f. f. de Judic. l. 29. ff. ad municipal.* & canonico, *cap. cum sit generale X. de foro comp.* Quo etiam referas personas gradu academico insignitas & advocatos ordinarios juratos, quatenus non sunt cives, vel ratione rei sitæ forum sortiuntur, de quibus infra plura & laxiori vena scribam. Colophonis quasi loco illud adhuc adjiciam: quod statuta quandoque non modo ad futuros, sed etiam ad præteritos actus referri possint. *L. 5. C. de act. pign. j. L. 7. C. d. LL.* Majer. *in Comm. ad Inst. L. 1. T. 2.* sc. si nominatim & de præterito tempore & negotiis inde dependentibus cautum. *c. l. 7. C. d. LL.*

Ad verba: Damit sich führohin niemand mit einiger Unwissenheit &c.

§. III. Huc jure distinctionem illam Dd. applico: aut terminus a quo, statutis est præfixus, aut non: illo casu obligant illa ab eo tempore, quod est definitum, hoc vero post duos menses a promulgatione facta, tum ad scientiam tum obedientiam. conf. cit. Dn. Mayer. *in Comment. ad Inst. L. 1. T. 2.* Exemplum est in promulgatione constitutionis de signata charta, vulgo vom Stempel-Papier; hæc cum Mens. Dec. An. 1711. in Lusatia superiori promulgaretur, duo menses eidem, ceu terminus a quo, præfixi erant. Oritur autem ex promulgatione statuti obligatio ad scientiam, ideo, quod in subdito ignorantia ejus non præsumatur. Hunn. *in Encyclop. P. 1. T. 3. c. 1.* Mascard. *d. stat. interp. conc. 6. n. 143.* Excipe civem novitium, qui tamen ignorantiam suam juramento probare tenetur. Gail. *L. 2. obs. 48. n. 26.* nisi delictum perpetraverit, quod etiam jure communi prohibetur. Reinking. *de Reg. Sec. & Eccles. L. 2. Cl. 2. c. 10. n. 19.* Nam & in rustico dolus præsumitur ratione eorum, quæ contra jus naturæ & gentium, vel contra hooestatem publicam perpetrat. Bargal. *de dolo. L. 3. c. 1. n. 45.* Ad obedientiam vero ita, ut etiam in conscientia cives sint obligati. Sanderson. *in. Tr. de Consc. præl. 5. th. 21.* Arriaga *in Disp. Theol. Tom. 2. Tr. d. LL. Disp. 16. p. 178.*

ad P. 1. Tit. I. Von Bürgerl. Gehorsam &c.

§. IV. Licet jure civili inobedientia contra magistratum haud dicatur crimen læsæ majestatis, Farinacius *Quæst. Crim. 113. n. 138. & 192.* nec semper ultimi supplicii pœna, sed deportatione. *l. 38. §. 2. ff. de pæn.* & plerumque arbitraria pœna coërceatur, Farinac. *c. l. n. 192.* ubi *n. 197.* ait: ab hac opinione ceu veriori & receptiori, consulendo & judicando non esse recedendum. Gail. *d. P. P. l. 2. c. 4. n. 3.* attamen enorme & atrox esse hoc delictum, nemo negabit, *Luc. 23. & Actor. 24.* imo io Lusatia frequens fuisse, annales Lusatiæ comprobant, ut ita Imperatores & Marggravii hujus provinciæ prægnantes habuerint rationes, ob quas auctoritatem magistratibus civitatum stabilirent. vid. Caroli IV. Rescriptum Statutis Budissioensibus verbotenus insertum. Unicum, loco omnium, civici tumultus exemplum recensere sufficiat ex Chronico Budissin. de Anno 1405.

ad verba: sondern sich am Stadt-Rechte begnügen lassen u. gehorsam seyn, bey Vermeidung der Pœn, damit Kayser Carl &c.

P. P.

In gemeldtem Jahre haben die Tuchmacher an dem Tage der Raths-Chur einen Aufruhr gemacht, sind in das Rathhauß gefallen, haben die meisten des Raths gefangen genommen, und einen neuen Rath erwehlet, aus ihrem Handwerck, auch hernach das Schloß belägert; Allein Kayser Wenceslaus hat das scharff geahndet, auf dem Rathhause in eigener Person Gerichte gehalten, der Tuchmacher und anderer Zünffte, die dabey interessiret gewesen, ihre Privilegia zerrissen, viel Rädelsführer und den gantzen neuen Rath köpffen lassen, den alten aber wieder eingesetzet, und sie bey ihrer Autorität und freyen Chur ohne Zuthun der Handwercker erhalten, und dem Rathe Macht gegeben, daß ohne ihre Bewilligung die Handwercker keinen Jungen haben sollen. Wie auch Kayser Wenceslai Brief dat. Görlitz Feeyt. nach S. Gallen Anno 1408. bezeuget.

conf. nuper editum Programma scholasticum Dn. M. Bartschii, Rect. Budiss. *de singul. Bohem. in Lusat. meritis.*

ad verba Rescripti: Nach Grösse des Frevels an Leib und Gut. 2c.

§. V. *L. 3. 4. 6. §. 8. d. offic. Præsid. j. L. 1. & 2. C. de Defens. Civit. & Nov. 15. c. 6. §. 1.* probant, magistratus civitatum municipalium nullam in causis criminalibus judicandi vel exequendi habuisse potestatem; non tamen negant LL. & DD. hanc æque ac civilem, singulari privilegio vel præscriptione, aliove titulo oneroso ab illis posse acquiri, sicut de omnibus etiam gravioribus causis cognoscere & in facinorosos pro modo concessæ & exercitæ facultatis anim-

advertere queunt, per probata a Stephan. *d. Jurisd. L. 2. P. 2. c. 2. n. 17.* Bocer. *d. Jurisd. c. 8. n. 90.* Bruning. *d. var. universit. spec. concl. 27.* Tale Privilegium cum inclyti Status Lusatiæ superioris & Magistratus civitatum a gloriosissimo Imp. Ferdinando I. An. 1562. sub dato Pragæ d. 12. Martii obtinuerint, ejus primam paginam hic inserere allubet:

Vester, Rath, lieber getreuer: Uns ist aus Euerem gehorsamsten Berichte, gebührend vorgetragen worden, was massen der Pfarr zu Goldentraun, Johann Georg Knobloch, sein Unternehmen, wegen eines Grußauischen Amts Unterthanens aus Schlesien, Nahmens Jeremias Wenrichs, mit einer ledigen Ihm in tertio gradu affinitatis Verwondten, vorgenommenen Trouung, zu excusiren vermeinet, und daben, daß auch in Schlesien, von dasigen Pfarren die Ober-Lausitzischen Unterthanen angenommen und getrauet würden, angeführet. Dieweil denn nun dem Pforrer nicht gebühret, auswärtige und fremde Personen, ohne gnugsam Zeugniß und Erlaubniß des Ordinarii und sonder proclamation, zu copuliren, auch dessen übriges Anführen von keiner Erheblichkeit ist;

Als wollet Ihr obgedachten Pfarrer, wegen dieses excessus, mit der suspension ab officio & reditibus auf 3. Monathe bestraffen, und die actus ministeriales inzwischen durch die vicinos, welchen vor ihre Mühe die Einkünffte zu reichen, verrichten lossen, auch der Geistligkeit ingemein, sonderlich denen, so an den Gräntzen wohnen, durch ein generale, daß sie sich diesem Verboth gemäß bezeigen sollen, auferlegen. Hiernechst haben wir, wegen derer Exempel, da in Schlesien, Ober-Lausitzische Unterthanen getrauet worden, bey Ihrer Mojest. dem Kayser, auf eine Gleichheit und mithin dahin angetragen, die gemessene Verordnungen behöriger Orten nachdrücklich ergehen zu lassen, damit eines Theils die excedenten zur verdienten Straffe gezogen, andern Theils aber dergleichen verbothene copulationes, ohne Vorzeigung des gewöhnlichen Erlaubniß-Zettuls des Ordinarii loci, führohin fürzunehmen, denen an den Lausitzischen Gräntzen, in Böhmen und Schlesien wohnenden Pfarren nachdrücklich inhibiret werde. Möchtens Euch, deme Wir mit Gnaden gewogen, mit remission der Actorum nicht verhalten, und es geschiehet daran Unsere Meynung. Datum Dreßden, am 30. Octobr. Anno 1713.

Bernhard Zech.
Christian Bernhardi.

ad T. 4. P. 2. daß eines Verstorbenen Halbgeschwister.

§. LIII. Per *Nov. 118. c. 3.* mortuo fratre, relictis fratris sui vel sororis suæ bilateralis, liberis, hi soli capiunt defuncti hereditatem, exclusis unilateralibus; nostra autem statuta negativam definiunt hoc articulo, tum quia hoc per immemoriale tempus observatum, & ab Imp. ac Marggraviis hujus Lusatiæ perpetuo ita pronunciatum, tum quia ab iisdem quoque expresse hoc sancitum & magistratui, ut hanc observantiam in posterum tenerent, injunctum est.

ad Tit. 6. vom Heer-Geräthe.

§. LIV. Jure Saxonico communi inter solos nobiles res expeditoriæ frequentantur. LR. *l. 1. art. 27. vers.* ein jeglicher Mann, der von Ritter-Art nicht ist und dem der Herr-Schild nicht zustehet, der lässet hinter ihn Erbe zunehmen *rc.* item Coler. *part. 1. dec. 42. n. 3. & dec. 203 n. 21.* ubi ait: Weil nach Sächsischen Rechten Bürger und Bouer kein Heer-Geräthe lossen *rc.* Sed in permultis locis observantia contrarium indroduxit, teste Col. *P. 1. D. 42. & 203.* Carpz. *P. 3. C. 38. def. 24.* quod etiam Budissæ obtinet; Cæterum jure communi ad res expeditorias pertinent (1) Viri defuncti gladius, (2) equus instructus, (3) optima defuncti armatura, (4) vestis ab optima secunda, (5) culcitra militaris, (6) mappa & manile, (7) duæ patinæ, (8) ahenum & climacter; Nostra vero statuta in nonnullis ab hoc recedunt & sequentia inter res expeditorias referunt: (1) in genere: allen Harnisch und Wehren so der Monn gehabt, (2) alle männliche Kleider, (3) alles Silber-Geschmeide, zu Mannes-Zierde gemacht, jedoch daß das Silber über zween Marck nicht habe, (4) ein Schrein oder Kasten, (5) ein Span-Bette, berei-

bereitet mit zween Betten, nebst denen besten zween Lein-Lachen, einem Küssen, einem Haupt-Pfühl, ein Tisch-Tuch, zween Hand-Tücher, ein Stuhl-Küssen und ein Banck-Pfühl; præter equos, qui alias inter expeditorias numerantur. De his Carpzov. *P. 2. C. 3. D. 12. 13.* notat: quod a tempore elapsi trigesimi, intra annum & diem regulariter præscribantur.

ad Tit. 7. von der Gerade.

§. LV. Notum est ex jure, quod gerada dividatur in ordinariam, quæ est uxorum atque cognatarum, & extraordinariam, quæ est clericorum & maritorum. De priori & quidem cognatarum loquitur nostra nomothesia, & fundatur in L. R. *L. 3. Art. 38.* diciturque vulgo die Nifftel-Gerade. Multa de hujus geradæ speciebus extant præjudicia atque responsa apud D. Philipp. *in Synops. Institut. Justinian. L. 3. T. 9. p. m. 165.* Sed nostrum jus topicum in plurimis recedit, & modo sequentia ad illam refert (1) der Frauen allerley Kleider (ohne was von Perlen daran behafft oder von silbernen Spangen) (2) alle Schleyer, die sie gebraucht und getragen, (3) ein silberner Gürtel, der über zwo Marck Silber nicht hat, (4) das beste Perlen-Bändgen oder Schnure, doch daß solches ü. 16. Rthlr nicht werth sey, (5) das beste silberne Haar-Band, (6) ein Schrein oder Kasten, und eine Lade, (7) ein Spann-Bette mit zween Leinlachen, ein Küssen, ein Haupt-Pfühl, ein Stuhl-Küssen, und ein Banck-Pfühl, (8) ein Tisch-Tuch, und zween Hand-Tücher, (9) die beste Kaute oder Deck-Lack, und die besten Zwey Wochen-Leilach. Quæ præter has enumeratas res deprehenduntur, sine discrimine ad res hereditarias pertinent, & quæ haud adsunt, illæ nec parari, neque tradi debent.

ad Tit. 8. Art. 1. von ehelichen und andern Vormundschafften.

§. LVI. Maritus jure civili uxoris curator esse nequit, *L. 2. C. qui dar. tut. l. 14. ff. de cur. fur. l. 4. & 17. C. de excus. tut. §. 19. J. eod.* quod jure Saxonico communi secus se habet, L. R. *L. 3. Art. 45. ibi:* der Mann ist seines Weibes Vormund, so bald sie ihm zur Hand getrauet ist. Quæ tamen necessitas curatoriæ autoritatis ad actus tantummodo judiciales restringitur, relicto in cæteris mulieris arbitrio, extra judicium de rebus suis disponendi; nostra vero statura hanc distinctionem rejiciunt, *cit. artic.* & marito plenam atque perfectam facultatem in omnibus & singulis uxoris bonis addicunt, adeo, ut is curatorio speciali haud opus habeat, sed in judicio & extra illud absque speciali curatorio, aut cautione rati, uxoris negotia pertractare, imo ipsius nomine jurare possit: Negat hoc quidem Sezerus *de juram. L. 4. C. 3. n. 34.* sed affirmativa in nostris statutis est fundata.

ad Artic. 2. verba: Wie des föderlichsten ein Weysen-Gerichte zu bestellen.

§. LVII. Hoc judicium pupillare amplissimus Senatus haud ita pridem bene constituit, imo ordinationem pupillarem eine Weysen-Amts-Ordnung, typis publicis excudi curavit, quæ in plerisque bibliopoliis reperitur, & utique magnam per id meretur laudem.

ad Tit. 10. von Testamenten.

§. LVIII. Satis nota est distinctio testamentorum, in judicialia & extrajudicialia; nostrum vero statutum posteriora in totum rejicit, adeo, ut, si aliter quis fuerit testatus, nullum sit ac irritum testamentum. Hinc Budissæ firmiter haud testaberis, nisi coram Prætore, Scabinis & Actuario, vel iis; quos Consul aut Prætor ablegat. Potest vero testator vel oretenus ipsis præsentibus voluntatem suam declarare, vel illam in scriptis consignatam iisdem tradere, ut in curia deponatur. Plura de his testamentis, vide iis apud Struv. *Ex. 32. th. 9.* Phil. *Ex. 2. Eclog. 48.* Neque tamen Budissæ testamentum per procuratorem insinuari potest: in quo nostra statuta cum jure communi conveniunt, quod scil. testator ipse, & non per alium istud offerre debeat, ne per intermediam personam fraus committatur, Carpzov. *P. 3. C. 3. Dec. 23.* Berl. *P. 3. C. 4. n. 31.* Nil autem interest, an diebus feriatis, aut etiam noctu, testamentum hac ratione insinuetur: *per l. 5. §. utrum. ff. qui test. fac. poss.* Nonnulli hoc ultimo casu tria luminaria accensa requirunt; sed quod illa non sint necessaria, tradit Stryk. *in Diss. de Testament. ad l. 2. §. 6. ff. qui test. fac. poss.* Manz *de Testam. valid. & inv. T. 4. qu. 5. seq.* Equidem *L. 8. C. de fer.* omnes actus, tam publicos quam privatos, in feriis, maxime divinis, quiescere debere, præcipit; sed hoc intelligendum est de actibus jurisdictionis contentiosæ. Brunnemann. *ad c. l. 8. & ad T. ff. de fer. quæst. 5.*

ad Tit. 11. Art. 1. von Verkauffung unbewegl. Güter.

§ LIX. Jure civili contractus emtionis venditionis solo consensu absolvi, patet ex *§ un. J. de oblig. ex cons.* & scripturam facilioris probationis causa intercedere, probat *l. 4. ff. de pign. l. 4. ff. de fid. instr.* nisi expresse desuper partes pactæ fuerint *l. 17. C. de fid. instrum.* Huic assentit jus Saxonicum, Carpz. *P. 2. C. 33. D. 12.* Nostrum vero jus locale, hos contractus pro validis haud agnoscit, nisi (1) emtor sit in numerum civium allectus (er soll Bürger-Recht haben) (2) venditor coram judicio dominium emtori resignet (er soll es vor gehegter Banck aufnehmen) (3) pretium intra annum & diem solvendum constituatur, (4) contractus a duobus fidejussoribus, qui de evictione præstanda cavent, iisque civibus & possessionatis, subscribatur, & (5) ipsum emtionis instrumentum actis publicis (dem Kauff-Buch) inseratur. Rationem suppeditat ipsum statutum in medio hujus articuli, scil. ut lites, quæ circa instrumen-

menti defectum sæpius oriri solent, omnisque fraus eo facilius evitentur.

ad T. 11. A. 3. Nachdem sich auch ereignet, daß ledigen Gesellen und Jungfrauen.

§. LX. De filiisfamilias pupillis & minorennibus, agit hic titulus, prohibetque omnes cum illis celebratos contractus, adeo ut si tales absque consensu parentum, tutorum ac curatorum confecti fuerint, pupilli & minores non obligentur, nec conveniri possint: Inprimis hoc probe observandum mercatoribus, oenopolis, cupediariis, sartoribus &c. de quibus plura congessit Wissenb. *ad Tit. ff. de SCto Mac. Th. 27.* Struv. *ad eund. Th. 51.* Verba statuti sunt clara: Es soll weder dem Schneider zu seinem Macher-Lohn, noch dem Kramer zu seiner Schuld verholffen werden: De justitia hujusmodi statutorum, conf. *C. I. A. Tit. de autor. Tut.* & rationem exponit Perez. *ad Tit. C. de aut. præst. n. 3.* Franc. Sarmienr. *de redit. eccles. p. 1. c. 2. n. 16.* Surd. *Dec. 70. n. 23. & Dec. 108. n. 7.* Quomodo vero supradicta regula in statuto nostro limitari queat, tradit Eckold. *ad SCt. Maced. §. 4.* Zanger. *de Except. P. 3. C. 12.*

ad P. 2. T. 3. von Treibung bürgerlicher Nahrung und Gewerbs.

§. LXI. Plerisque in locis Electoratus Saxoniæ & permultis aliis civitatibus, licitum est incolis, præter opificium, mercaturam &c. jus braxandi exercere, Budissæ contrarium obtinet: ibi enim quilibet civium vel prius, vel posterius omittere necessum habet. Præterea certus eorum, quibus jus braxandi conceditur, est numerus, qui contra reliquos concives jus prohibendi habent; nec permissum est forensibus citra consensum magistratus & confessionem precarii, ex pagis cerevisiam aut vinum intra mœnia inferre, nisi in possessione vel quasi libertatis sint constituti, de quibus sequens rescriptum regium notandum:

Friedrich Augustus, König und Churfürst &c.

Vester, Rath und lieber Getreuer. Bey Uns haben die bey letztgehaltener extraordinair-Landes-Versammlung anwesende Stände von Lande des Engern und theils des weitern Ausschusses, ex beyden Creyssen Unsers Marggraffthums Ober-Laußitz, allerunterthänigste Beschwer geführet: Daß wenn sie zu Ihren oder Ihrer officianten, und andere sich in Budißin aufhaltende Adeliche Personen, zu Ihren Mund-und Tisch-Truncke, Bier vom Lande in die Stadt bringen, auch die accise davon entrichten ließ, der Rath solches nicht anders, als precario hinein passiren lassen, auch dieserwegen ebenfalls, wie des Weins halber, iedesmahl einen Bitt-Schein, oder confessionem precarii haben wolte; Wordurch aber Sie Ihre officianten, und daselbst sich aufhaltende von Adel, in Ihrer possessione vel quasi libertatis, dabey Sie doch von Unsern Christlöblichen Vorfahren an der Chur, durch unterschiedene decisiv rescripta und Vorsorge von 17. Januar. 1659. 25. Januarii 1660. 29. April 1663. 1. Febr. 1666. $\frac{1}{11}$. Martii 1689. und $\frac{12}{22}$. Septembr. 1689. von Zeit zu Zeit manuteniret worden, gekräncket werden wolten.

Ergehet dannenhero hierauf Unser gnädigstes Begehren, Ihr wollet erwehnten Rathe nachdrücklich anbefehlen, daß denen angezogenen Verordnungen zu Folge, Er die Land-Stände und deren Mittels-Freunde, auch officianten, und andere in der Stadt wohnende Adeliche Personen, bey deren habenden libertät, und bestätigter possess vel quasi, den Mund-und Tisch-Trunck, an Wein und Bier zur eigenen Hauß-Nothdurfft (iedoch daß hingegen diese geziemende Maaß desselben, nach Gelegenheit eines ieden familie, nicht überschreiten, und etwa mit Verlaß-und Verzapfung des Geträncks, an die Bürger und Handwercks-Leute, denen privilegiis der Stadt keinen Eintrag thun) einzuführen geruhig unturbiret, auch sothanen Tisch-Trunck, gegen einen blossen Ansage-Zettel und Entrichtung der accise, ungehindert passiren, auch übrigens Ihren Raths-Keller also versehen lassen solle, daß Fremde und Einheimische iederzeit gegen billiche und proportionirte Bezahlung einen gerechten Trunck von Wein und Bier darinne finden, und destoweniger dergleichen einführen zu düeffen nicht begehren mögen. Daran &c. Und &c. Datum Dreßden am 29. Februarii 1708.

Egon F. zu Fürstenberg.
D. H. Fr. Hr. von Friesen.
Christian Bernhardi.

Patile rescriptum *Anno 1640. d. d. 27. April.* Elector gloriosissimus b. m. ad instantiam reverendæ Abbatissæ cœnobii Marienstern edidit: daß der Abbatißin von Marienstern, vor sich und die Ihrigen bedürffendes Bier aus dem Kloster Marienstern nacher Budißin passiret werden solle &c. quod tamen intelligendum: gegen einen Ansage-Zettel. Harum schedutarum amplissimus magistratus Anno 1708. octo volumina collegit, & tunc temporis numerus ultra 2800. excrevit,

§. LXII. Vide hac de materia die Brau-Urbar-commissions acta *Vol. VII. fol. 124.* ubi reperitur: Bericht, welchermassen zu Budißin mit dem Mältzen und Brauen gebahret und umgegangen wird *d. d. 14. Sept. 1604.* it. *eod. Vol. fol. 149.* das Ober-Laußitzer Schütt- und Gießwerck über die Biere *de d. 10. Sept. 1604.* — ad P. 3. Art. 3. vom Brauen.

§. LXIII. Veluti in omnibus nostra statuta ad civium & incolarum salutem tendunt, ita pariter in eo, quod ludos in totum prohibeant, laudabiliter disponunt. Ludi enim plerumque fiunt luctuosi *l. f. C. de aleator.* & eorum effectus est injuria, *c. l. arg. l. 59. §. f. pro soc.* imo illi sunt pessima — ad Art. 10. von verbotenen Spielen.

pro

prodigalitatis organa, quibus tota patrimonii substantia perdi potest, furtis quoque, blasphemiis, rixis, homicidiis aliisque criminibus occasio præbetur. Hahn. *ad Wesenb. Tit. de aleat. in f.* quapropter vi nostrorum statutorum, victor pecuniam ludendo partam perdit & simul cum hospite receptatore arbitrarie punitur. Qui plura cum de his, tum de permissis ludis legere amat, evolvat Eckold. §. *2. ff. de aleator.* Struv. *Exerc. 15. Th. 57.* Carpz. *L. 6. Resp. 96.* Scacc. *de commerc.* § *1. concl. 1. n. 105.* Lauterb. *Concl. for. exerc. 21. concl. 7.* Gregor. Sayrum *in clav. reg. Cas. libr. 11. cap. 12. n. 4.* Navarr. *in manual. confess. cap. 29. num. 9.* & apprime B. Lehmanni *Tr. de variis ludendi gener. cor. jur. Budiss. 1680. ed.* Tantum hac vice in medium proferre libuit. Ubertas materiæ ad plura scribenda præbuit occasionem; ast limites dissertationis academicæ excessissem. Vastum hunc oceanum aliis relinquo, vel in aliud tempus reservo, sufficiat jam fretum hoc leviter trajecisse. Meliora me docentem, quam quæ hic continentur, lubentissime sequar: etiamsi enim alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere, quod pridem dixit Pomponius *in L. 20. ff. de fideic. libert.* Anchoram itaque hic figo, & cum, propitio divinæ auræ afflatu, in portum me delatum videam, sacro sanctæ Triadi pro concessis ubique viribus sempiternas persolvo grates. Alme DEUS, qui custodire salutem civium potens es, largire nobis halcyonia.

Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM QUA

DIFFERENTIA JURIS STATUTARII ZITTAVIENSIS A JURE CIVILI

EVOLVITUR,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO PHILIPPO WILHELMO,

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENB. CETERA,

AUCTORITATE ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS,

PRÆSIDE

DOMINO HENRICO BODINO, REGIM. ECCLES. REGII IN DUCATU MAGDEBURG. CONSILIARIO, P. P. CELEBERRIMO ET h. t. DECANO,

IN ALMA FRIDERICIANA REGIA PRO LICENTIA

Summum in Jure Gradum & Privilegia Doctoralia rite capessendi IN AUDITORIO MAJORI HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

Die Decembr. M DCC VII.

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

JOH. CHRISTIAN JOHNE, ZITTAV. LUSAT.

B. C. D.

INter ea argumenta, quæ mihi circa eligendam materiam disputatoriam occupanti, in mentem veniunt, proximum haud esse videtur, illo, quod Jura statutaria patria respicit; præprimis cum & causas in Foro peroranti nil turpius, nil indignius accidere possit, quam impingere in Jura loci, quo quis versatur, quam ob rem etiam ex pristinis Romanorum temporibus constat, Servium a Quinto Mucio ideo objurgatum fuisse, referente Gajo *in L. 1. §. 43. ff. d. Origin. Jur.* Non absque causa hinc constitui, hoc specimine diputatorio differentiam Juris Patrii seu statutarii Zittaviensis a Jure civili, quantum fieri poterit, brevitate evolvere. Cum autem hac in parte, ut ab Ordine Statutorum recedamus, neces-

necesse haud fuerit, ideo secundum ductum illorum rem ita absolvemus, ut primo semper unam post alteram ponamus quæstionem ex Jure civili, posteave, quid Juris sit statutarii, adjiciamus. Sit itaque annuente Divina gratia absque ulteriori ambage:

Quæstio I. Num Pater invitus ad constituendam dotem filiæ elocatæ possit adstringi?

Expediti Juris est affirmativa in Jure civili *per L. 19. ff. d. Rit. Nupt.* ob rationem, quæ traditur *in L. 10. C. d. Jur. Dot.* Limitationes, quæ sunt, exhibentur a Dd. *ad Tit. ff. d. Jur. Dot.* Nostrum est, dispicere, quid hac in parte Juris sit statutarii. At cum in eo de dote, Ehe-Güter, Ehe-Steuer, Heyraths-Gute, Mit-Gifft, nullibi quid cautum reperiatur; Itaque quæstio hic allata pariter non aliter quam affirmative quoad Jus patrium erit decidenda. Eam tamen ideo hic apponere visum fuit, quod adhuc in Jure Statutario nostro Zittaviensi Textus adesse velint, qui dubium aliquod circa hanc rem excitare videntur. Habentur enim in §. 1. Cap. I. Von Erb-Fällen. verba:

> Nimmt ein Mann oder Junger Geselle eine Frau oder Jungfrau zur Ehe und hat mit ihr nicht Kinder, verstirbet er eher denn die Frau, so soll ihr von seinen Gütern folgen ihre Morgen-Gabe,

ubi expresse videtur positum, quod dotem possit petere uxor ex bonis mariti, ad quam etiam constituendam maritus Jure statutario esset adstrictus *per §. 2. Cap. 15.* Von Ehelichen Gelübden. verb.

> So viel aber die Ehestifftung und Beredung der Ehe und Morgen-Gabe betrifft, soll ein jeder Bürger und Einwohner, er sey Vater oder Vormund oder Bluts-Freund, der seine Tochter, Mündlein oder Freundin einem Wittber oder Junggesellen ehelich zuzusagen und zu verheyrathen bedacht, auf den Tag der Verlobung und Ehe-Beredung von Bräutigam die Morgen-Gabe nach der Stadt Altherkommen und Gebrauch abfordern.

Verum ante omnia hic circumspicere oportet ipsa verba atque totius rei intellectum, ubi autem facile deprehendimus, primam rationem dubitandi exortam esse ex vocabulo in Statutis posito: Morgengabe, per quam vocem (Jure tamen invito) dotem intelligi volunt. At cum Dos & Morgengaba neutiquam inter se conveniant, sed plane distinctissima sint; quippe Morgengabe nihil aliud involvit, quam remunerationem a marito factam concreditæ pudicitiæ, vel etiam in compensationem delibatæ virginitatis *Dn. Menck. ad ff. p. 353.* quæ Morgengaba pariter Jure Saxonico communi fundata est, atque uxori constituitur a marito, uti videre est ex Hahn. ad Wesenbec. *Tit. ff. d. Jur. dot. §. ult.* Hinc quæ expressis verbis tantum de Morgengabe hic dicuntur, neutiquam ad dotem simul erunt proferenda. Dos autem, uti dictum, quod ea pariter a marito uxori sit constituenda, nullum verbulum aut vestigium in Jure statutario reperitur, ut ideo Jure meritoque etiam hic subsistendum Jure civili & communi, idque tanto magis, quo favorabilius Jus atque favor constituendæ dotis concurrat.

Insuper ratione dictæ Morgengabæ obiter notato. 1.) Quod si sponsæ hujus promissio die sponsaliorum publicorum a sponso non fuerit facta, postea ea amplius peti non possit, ob verba dict. §. 2.

> Und wo solches übergangen, soll niemand zur Zahlung der Morgengabe verpflichtet seyn.

2.) Quod si Fidejussor pro ea intervenerit, atque hic non intra annum & diem interpellatus fuerit de solvenda Morgengaba, hic ulterius conveniri non possit per §. 1. *dict. Cap. I.* verb.

> Und der Mann so vor die Morgengabe gelobet hat, so er bey Jahr und Tag gemahnet würde, soll er darfür thun was billig und recht ist, wird er aber bey Jahres Frist nicht gemahnet, soll er der Sache und Bürgezugs loß und ledig seyn.

Quæst. II. An Conjux Conjugi succedat?

Affirmatur de Jure civili, si scilicet matrimonium sit indotatum, defunctus dives, superstes inops, ita tamen, ut ratio habeatur coheredum, tam quoad numerum quam quoad qualitatem, eo effectu, ut Conjux interdum quartam suam partem vel portionem virilem pleno Jure capiat, interdum suæ portionis modo usumfructum *Nov. 117. C. 5.* Illustr. Dn. Stryk. *d. Success. ab Intest. C. 5 §. 32. seqq.* Uti autem ferme locus non est, ubi in casu successionis non speciale quid animadvertere liceret; Ita etiam hoc contingit Jure statutario patrio. Equidem ibi respectus habetur, num liberi in matrimonio suscepti fuerint, nec ne? Ob sich die Ehe-Leute mit einander vererbet oder nicht? Tunc enim in casu, quo nulli liberi exstiterunt, uno Conjugum mortuo, omnia alterius defuncti Conjugis bona ad proximos ejus heredes ab intestato devolvuntur, nisi quod in antecedentibus dicta Morgengaba statutaria ex bonis mariti exsol-

solvenda sit uxori supeestiti. Veeba statuti sunt *in d. §. 1. Cap. I.* Von Erb-Fällen.

> Nimmt ein Mann oder Jungee Gesille eine Frau, oder Jungfeau zur Ehe und hat mit ihr nicht Kinder noch Erben, verstiebt er eher denn die Frau, so soll ihr von seinen Gütern folgen ihre Morgengabe ꝛc.
>
> So ferne aber bie Feau eher denn ber Mann verstirbet, so folget ihr Gut, so sie mit Bewust zu ihm gebracht, ihren nechst angebohrnen Freunden, denen es völlig gegeben werden soll.

Ex adverso altero existente casu, quo liberi a Parentibus fuerint geniti, Jure patrio sequentem in modum fit successio: Ut si uxor ante maritum moriatur, is omnium bonorum, i. e. tam illorum, quæ antea mariti propria fuere, quam illorum, quæ uxor habuit, consequatur duas partes, tertiam autem capiant liberi. Mortuo autem prius marito, uxor superstes pariter omnium bonorum accipit tertiam partem, duabus partibus reliquis ad liberos transeuntibus; juxta verba §. 8. *d. Cap.* Von Erb Fällen:

> Gewinnen aber zwey Ehe-Leute Kinder miteinander und Erben, so erlange die Fran ihrer beyder Güter den dritten Theil, der Mann zwey Theil.

Quid si liberi quidem extiterint, ante Parentes autem rursus e vivis discesserint? Tunc illa pars, quæ uno Conjuge mortuo ad liberos pertinuisset, in totum pariter devolvitur ad Conjugem superstitem, ita quidem ut nulla ratio habeatur bonorum vel ad res expeditorias, vel ad Geradam pertinentium, neque ejusmodi res ab aliquo peti queant, per verba Statuti *§. 20. d. C. 1.*

> Und stiebet der Mann, der sich mit seinem Weibe also vererbet hat, und daß seine Kinder, die förder nicht Kinder hinterlassen, vor Ihm todt seyn, so bleiben seine Theile samt dem Heergeräthe, bey seinem nachgelassenem Ehe-Weibe in ihrem Drittheil.

Et §. 21. d. C. I.

> Dergleichen ist auch mit der Frau, wo sie sich mit iheem ehelichen Mann vererbet hat, und ihre Kinder die förder nicht Kinder hinterlassen, vor ihr auch todt seyn, so bleibet das Drittheil mit der Gerade und Küsten-Geräthe bey des Mannes zwey Theil, und keiner ist des andern Feeunden davon was zu geben, veepflichtet, sondern erbet dasselbige sein Gut nach dem Tode alles auf seine nechste Freunde.

Ubi tamen adhuc observandum, cum Parentibus in bonis liberorum ad minimum debeatur legitima, eave nullo modo a liberis regulariter possit adimi, neque eadem in Jure nostro statutario expresse sit ademta, hinc etiam eo in casu, ubi quidem Coujux Conjugi in integra bona existit heres, nihilominus tamen ex duabus partibus mariti, vel etiam tertia uxoris parte (prout de legitima respectu mariti, vel uxoris quæritur) parenti superstiti legitima adhuc est relinquenda, Carpz. *P. 3. C. 12. def. 1. 3. & 4.* nec aliter obveniente ejusmodi casu in patria ante aliquot annos in certa causa pronunciatum fuisse, recordor.

Quæst. III. An etiam per Pacta possint acquiri hereditates?

NEgativa fundata est in Jure civili per *L. 15. & fin. C. d. Pact.* Affirmativam vero Dd. communi Germaniæ Praxi introductam esse volunt, vid. Muscul. Tract. *d. Success. convent.* Hahn. *de Jur. rer. concl. 69.* Et simile quid in statutis patriis contineri videtur, additis tantum requisitis 1) ut ejusmodi pacta judicialiter sint inita, 2) ut simul in utilitatem rei publicæ in illis aliquid fuerit destinatum, & 3) ut tantum certa pars in casu, si liberi prioris matrimonii adsint, possit transferri. Verba enim Statuti sunt *in §. 4. seqq. dict. Cap. I.* Von Erb-Fällen.

> Wo aber beyde Mann und Weib ihre Güter vorm Richter und Schöppen einander haben auffgeben und verschreiben lassen, soll solches, wie es verschrieben, gehalten werden. Und soll mit Aufgaben von Ehe-Leuten also und folgender Gestalt beschaffen seyn: Hat der Mann vorhin ein Weib zur Ehe gehabt und Kinder, die annoch am Leben, mit ihr gezeuget, so mag Er seinem Weibe, wo es in seinem Willen, ein Drittheil und nicht mehr in die zwey Theil seiner Güter auffgeben; hat Er aber vorhin nicht Kinder, und gewinnet mit derselben andern, dritten, vierdten Frauen auch nicht Kinder, so mag Er, dieweil Er bey guter Vernunfft mit Vorbewust des Raths und Unvergessen des gemeinen Nutzens alle seine Güter dem Weibe oder wem Er will, zueignen. Dergleichen die Frau, hat Sie vorhin einen Mann zur Ehe gehabt und Kinder, die noch am Leben, mit Ihm gezeuget, mag ihrem andern, dritten und vierdten Mann zwey Theil und nichts mehr auffgeben; Hat Sie aber nicht Kinder, so mag Sie, weil Sie guter Vernunfft ihr Gut mit Bewust des Raths, und unvergessen des gemeinen Nutzens ihrem Ehemanne oder andern zuwenden, wohin sie beliebet hat. Und was Mann oder Weib nach dem Tode für Güter und Haabe unverschafft hinter ihnen

nen lassen, die nicht Kinder haben, soll erben auff ihre nechste Erbnehmen.

Quod autem communem prætensam observantiam concernit, ipsi qui contrarium afferunt, illud præcipue inter conjuges valere urgent, ut in ipsis pactis dotalibus de futura successione seu hereditate invicem convenire possint, co ipso tamen, quando hic distinguunt inter pacta dotalia quæ in vim contractus; & inter illa, quæ in vim ultimæ voluntatis concepta sunt, vid. Carpz. *P. 2. C. 43. D. 5. 6.* Andreas Kohl. *de pactis dotalibus P. 2. n. 1 seqq.* ac in hisce præter requisita pactionis, quinque testes, aut insinuationem ad Acta ac ultimæ voluntatis verba similesve corroborationes requirunt, insuperque concedunt, quod una pars mortua vel invita altera parte conventa revocare possit, vid. Cothm. *Vol. 2. Resp. 78. num. 169.* Carpz. *d. l. D. 10. 11.* manifestum satis erit, per acta qua talia promissum jus succedendi sive hereditatem non transferri; quamvis concedamus, certa aut universa bona superstiti conjugi per verba contractus & donarionis inter vivos, dilato saltem tempore solutionis in diem transferri posse; de quibus agunt supra all Dd. *loc. cit.* & sic, licet in re ipsa a Doctoribus communiter non admodum dissentiamus, tamen insistendo accuratiori sensui verborum contradictionem involvere existimamus, jus succedendi per pactum deferri, cum ante mortem alter radicatum jus non habuerit, sed demum hereditario jure illud consequi debeat, simul tamen illud jus ex pacto illi competere. Quod statutum patrium attinet, illud quoque requirendo judicialem auctoritatem, simul aliquod Legatum Reip. præstandum ac excipiendo bona postmodum acquisita, talia pacta sola conventione non subsistere satis innuit, quamvis de cetero certa requisita hujus pactionis singulariter requirat, & in eo a jure & observantia communi recedat. Quibus observatis illud & hic obtinere existimo, quod tunc invita altera parte tali conventioni contravenire non liceat, quorsum inprimis pertinent verba in statutis posita: **auffgeben, verschreiben, zueignen.** Utrum vero in casu successionis ex hoc pacto, secundum Dn. Præsidis opinionem in diversis Disputationibus publicatam, quod scilicet heredi ab intestato Trebellianica sit concedenda nec ne? jam non definiam, sed in medio relinquo, quamvis opinio negans mihi magis recepta videatur. Quod tamen modo circa finem præcedentis quæstionis ratione legitimæ Parentibus debitæ ibidem monitum, hoc itidem per supra adductas rationes hic locum invenit, & quod neque talia pacta obstent, quo minus post mortem filii & filiæ nullisque relictis liberis vel nepotibus a superstite parente legitima peti valeat. Num autem ex ejusmodi pactis, actus inter vivos vel ultimæ voluntatis sit eliciendus? hoc ex literis hanc ob causam confectis sumendum. Quævis hic præterea tam ratione accedentis Curatoris Consensus, quam judicialis insinuationis atque alias circa hoc pactorum negotium utiliter adhibenda suppeditat, Dn. Menck *ad ff. Tit. de Pact. Dotal. lib. p. 354.*

Quæst. IV. Num etiam Matri competat Ususfructus in bonis liberorum?

Negatur de Jure Civ. ob R. quia mater liberos non habet in potestate, cujus tamen Effectus respicit Usumfr. *§. 1. J. Per Quas pers. & L. 6. C. 3. Bon. qu. liber.* Quid hac in parte Juris sit statutarii, nunc dispiciendum. Ubi licet expressis verbis Ususfructus matri non videatur assignatus, alia tamen non deesse volunt argumenta & loca, secundum quæ etiam ad matrem pertinere Usumfr. inferri vult. Primo enim in *§. 10. d. Cap. 1.* **Von Erb-Fällen** sequentia habentur verba:

Und die Frau mag auch, dieweil Sie Wittibe bleibet, wo es ihr Wille, mit ihren unmündigen Kindern, das Kind, welches sich ehelich verändert, abrichten, Jhm sein vermacht Geld aus den Gütern geben, und mit den andern unmündigen Kindern in Besitz der Güter bleiben, wo aber die Frau ehe denn der Mann verstirbet, so mag der Mann, dieweil er ein Wittber bleibet und die Güter nicht geringert, ohne Hinderniß der Kinder, so unmündig sind, und sich keines ehelich verendert, der Güter gebrauchen.

Ubi dum possessio relinquitur uxori in bonis liberorum, qui nondum matrimonium contraxerunt, & a propriis uxoris bonis separati sunt, quorsum pertinent dicta verba:

Mit ihren unmündigen Kindern, das Kind, so sich ehelich verändert, abrichten.

non etiam non Ususfr. concedi videtur, qui & alias ordinarie sequitur ex possessione. Atque hoc assertum optime suffragari videtur per. § seqv. 16. d. Cap. 1. qui sic se habet:

Es soll auch kein Weib, die ein Kind trägt, aus den Gütern ihres verstorbenen Mannes gestossen werden, ehe Sie des Kindes genesen ist, sondern ihre Zeit soll ihr gelassen werden, und so sie das Kind lebendig gebähret, daß es getaufft, oder die vier Wände beschrien, soll sie sich im Gebrauch der Güter und ihres Dritteils, wie oben vermeldet, halten.

Ex

Ex his enim non tantum patet, cum partus fuerit editus atque vivus, tunc ad uxorem, uti supra adductum, tertiam partem hæreditatis spectare, sed etiam simul hic notanter adjicitur: **So soll sie sich im Gebrauch der Güter und ihres Drittentheils, wie oben vermeldet, halten.** Ubi quidem nunc in Genere matri fruitio tam bonorum ipsius matris, quam liberorum conceditur. Quodque hic separatio bonorum non sit statuenda, illud etiam ex eo simul evinci potest, cum hic §. 16. expresse se referat ad præcedentia, ubi autem, prout dictum §. 11. cautum erat, in potestate matris esse situm, an in possessione tantum suæ ipsius portionis, an una liberorum hæreditatis permanere velit? Quod non tantum in h. §. per relationem ad d. §. 11. nunc repetitur, sed & insuper possessionis qualitas per vocab. **Gebrauch**, declaratur. Ideoque eo ipso etiam Usumfr. ex Jure Stat. matri competere, recte dicendum videtur. Nec erit, ut objiciatur: Statuta saltim loqui: **vom Gebrauch**. Unde autem ad Usumfr. non mox concludendum. Etenim, cur per hoc vocabulum generale non pariter Ususfructus intelligi possit, ratio in Contrarium non videtur obstare. Deinde in confesso est: Patri ordinarie Usumfr. in bonis liberorum adventitiis competere; Nihilo tamen secius Jus statutarium, quando de bonis liberorum respectu patris loquitur, per nullum aliud vocabulum Jus patris ratione Ususfructus competens, exprimit, quam itidem verb. **Gebrauchen**, uti ex supra alleg. §. 11. circ. fin. patescit. Quæ omnia tantoque magis procedi volunt, quo minus ignotum, Dd. etiam uxori Usumfructum in bonis liberorum quoad Jus Saxon. commune, quod pariter in Patria viget, alias assignare, B. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 12. th. 5. ibi que Dd.*

Interim tamen haud negandum, multum hac in parte consuetudini tribuendum, atque secundum eam, si constans fuerit, etiam in tali casu Judicium formandum, cui & sic hactenus dicta non repugnabunt.

Quæst. V. Num ad Sponsalia minorum ut & fœminarum requiratur consensus Curatorum vel etiam Consanguineorum?

NEgatur de Jure Civ. propterea, quia Curatores bonis atque rebus dantur non personis. Hinc etiam a minoribus matrimonium, quod omnino personale quid est, recte absque Curatoris Consensu contrahitur *L. 20. ff. d. Rit. Nupt.*

Affirmatur quæstio ex Jure statutario. Extat enim Textus §. *24. d. Cap. 1.* sequens:

Dergleichen sollen den Wittiben auch Vormunden gegeben werden / welche und auch die Töchter, sollen hinter Bewust und Bewilligung derselben Vormunden sich mit niemand verloben, so auch itmand ohne Verwilligung der Vormunden sie überreden oder beliffigen würde, daß sie sich mit ihm verlobten, dem soll die Stadt Jahr und Tag verbothen seyn, und soll darein unerlaubt des Raths nicht kommen, darzu E. E. Raths Straffe gewärtig seyn.

Item alius *Capit. 15.* **Von Ehelichen Gelübden &c.** §. 11.

Vor allen Dingen sollen alle heimliche Gelübde, so unbewust und unbefragt der Eltern, Vormunden, und nechsten Freundschafft mit Witben oder Jungfrauen sich zutragen, bey ernster poen und Straffe verbothen seyn.

Ex quibus elucet, jure patrio, si actus frustratotius evitari velit, necessarium esse ad Sponsalia minorum ut & fœminarum, consensum parentum, Curatorum illiusve qui proxima contingit Consanguinitate. Nec erit, ut contra dicta assurgatur: In dict. §§. Sponsalia quidem prohibita esse, quæ sine Consensu Curatorum inita, idque expresse sub Lege punitionis; At notum tamen esse, quod plane diversa sint: Actum aliquem prohibitum esse tantum sub lege punitionis, atque simul prohibitum esse, sub Lege annullationis & irriti. Hinc licet ejusmodi Sponsalia secundum Statuta omnino sint punibilia, non tamen pariter esse irrita, omnique Effectu destituta. Verum facilis est responsio: Quod superior allata distinctio in legibus civilibus, in quibus aliquid fieri vel non fieri præcipitur, suum perdat officium: Siquidem in his expresse cautum, non tantum illud, quod lege prohibente fit, non recte fieri, sed & penitus inutiliter fuisse susceptum atque pro nullo haberi, licet expressa pœna annullationis haud fuerit adjecta per *L. 5. C. d. LL.* Unico adhuc observato, quod cum in Statutis dicatur: **und nechsten Freundschafft**, ob strictam illorum interpretationem sufficere sit putandum, si tantum is, qui proxima Consanguinitate contrahentem contingit, ratione consensus non fuerit præteritus. Pariter sufficiet, si tantum Parentes, neglecto Curatorum vel aliorum consensu, in Sponsalia consenserint, ut & si deficientibus Parentibus tantum Curatorum adfuerit Consensus; Quippe omnium Consensum conjunctim Statuta non præcise requirunt, hinc & sufficiens erit, modo in uno operentur, præsertim cum hac in parte a Jure civili deflectant.

Quæst. VI. Num mortuo Fratre, relictis fratris sui vel Sororis suæ bilateralis liberis, isti soli capiant defuncti hereditatem, exclusis unilateralibus Fratribus & Sororibus?

Affirmativa fundata est in Jure Civili per *Novell. 118. Cap. 3.*

Negativa vero in Jure patrio statutario per §. 31. Tit. 1. Von Erb-Fällen. verb.

Der gestorbenen ungezweyeten Brüder Kinder aber und die halben Brüder und Schwestern sind gleich nahe am Erbe zu nehmen.

Quæst. VII. An Testamentum extrajudicialiter factum subsistat?

Dubio hoc vacat in Jure Civili, utpote, quo prima differentia Testamentorum judicialium & extrajudicialium neminem non fugit.

Recedit autem hic Jus statutarium a Jure Civili: Siquidem ibi tantum approbantur Testamenta Judicialia, illudque sub pœna nullitatis atque irriti, si aliter fuerit testatum, pariter & hoc superaddito requisito, ut in Testamento tali judiciali simul aliquid legetur ad pias causas atque usus publicos. Verba enim Statuti hanc in rem *§. 2. 3. & 4 Cap. 2.* Von Testamenten. extant sequentia:

Und obwohl in eines ieden Menschen freyen Willen stehet ein Testament und letzten Willen zu machen, und auch zu wiederruffen und zu verändern, wenn und so offt es ihm gefällig: So soll doch derselbe Mensch, der sein Testament und letzten Willen bey gesunden Leibe oder im Siech-Bette machen will, das thun mit guter Vernunfft, mit wohl bedachten Muthe und Vorwissen E. E. Raths, in Gegenwart zweyer oder mehr hierzu von E. E. Rath oder Gerichten erfoderten Personen, und erstlich bedencken, daß ein ieder voenehmlich verpflichtet und schuldig ist, GOttes Lob und Ehre auch gemeinen Nutzen zu mehren und zu fördern ꝛc.

§. sequ. 3.

Und da nun ein solch Testament, wie oben gemeldet, mit Bewust E. E. Raths an kräfftiger Gerichts-Stelle, oder im Siech-Bette in Beyseyn zweyer des Raths, oder der Gerichten hierzu abgefertigten Personen, unvergessen GOttes Lob und Ehre auch des gemeinen Nutzens gemacht und geordnet wird, das soll beständig und kräfftig seyn, und in allen seinen Puncten und Articuln, fest, fest und unverbrüchlich gehalten werden.

Et § ult. h.

Was aber sonst vor Testamente gemacht werden, ohne Vorwissen und Beyseyn des Raths oder Gerichten, darinnen GOttes Ehre und gemeinen Bestens vergessen wird, die sollen keine Krafft noch Macht, auch nicht den Nahmen eines Testaments haben, sondern vor nichtig und unbündig angesehen werden.

Licet autem Jure nostro statutario certa forma testandi sit præscripta, adeoque aliæ ultimæ voluntates præprimis ob dict. §. fin. nullo gaudere videantur Effectu: Hæc tamen omnia de Testamentis modo dicuntur atque de illis sunt capienda. Hinc & si quis in Patria secundum; *L. ult. C. de Fideic.* mortis causa disponere velit, illud omnino subsistit, unde etiam in causa Hannß Dößlers in Väterlicher Gewalt seiner vier unmündigen Kinder und Conf. contra Elisabeth Dößletin, in patria nuper agitata a Collegio Vitembergensi non ratio habebatur Exceptionis non competentis actionis a Reo ob dictum Statutum loci oppositæ, quem casum notavit D. Werner. *in Elect. Conclus. Forens. Vitembergæ Mens. Sept. h. a. edit. Concl. 7.*

Quæst. VIII. Num ex Jure Civili potestas competat, ob Consanguinitatem exercendi Retractum vel Jus προτιμήσεως in Capite Emtionis Venditionis?

Negatur, quia hac in parte silent Leges. Aliud hic cautum Jure statutario: quippe ibidem generaliter atque sine distinctione bonorum, proximis cognatis, & sic descendentibus, ascendentibus vel collateralibus Jus istud conceditur. Verba enim Statuti sunt *§. 2. Cap. 3.* Von Aufferichung der Güter ꝛc.

Und nachdem von Alt herkommen und bey dieser Stadt ein löblicher Gebrauch gewesen, daß in Kauffen und Verkauffen, an liegenden Gründen, die nechsten F. eunde vor einen Fremden den Zutritt haben, soll es noch, wie vor altere, jedoch nach Erkäntnüß E. E. Raths, darbey bleiben.

Limitatio tamen habetur in ipso h. §. & quod tantum hoc Jus pertineat ad bona immobilia, adeoque si res mobiles fuerint, eæque maximi valoris & pretii, quæve alias haud raro cum immobilibus soleant comparari, non tamen ob has pariter competit Retractus vel Jus προτιμήσεως. Sunt enim Statuta semper strictissimæ interpretationis, atque ultra verba non extendenda. Antequam ab hoc fiat discessus, adhuc notandum: Quod, cum in Statuto non simul sit expressum, ad quod tempus Jus illud comperat, standum hinc erit Juri communi, adeoque tantum intra annum superesse rit Exercitium, II. F. 26. §. Titius Filios.

eum-

eumque utilem non continuum Carpz. *P. 2. C. 32. d. 6.* ut & annum civilem non Saxonicum, cum ex Jure communi hæc præscriptio sit transsumpta *a. P. 2. Const. Elect. 32. §.* **Wo aber.** ibique Carpzov. *d. 4. & P. 2. C. 10. d. 2.*

Quæst. IX. Quid si alicui damnum datum, quomodo hoc vindicandum & resarciendum?

IN Jure civili regulariter secundum L. Aquiliam, atque vel ex ejus Capite primo vel tertio, prout damnum ad hoc vel illud referendum, *per Jur. vulgat.* Speciale quid circa hanc rem exhibet Jus patrium; quippe in eo salubriter cautum: Quod si damnum in hortis, pratis, vel agris datum, distinguendum sit: inter damnum quod dictis in locis die & nocte commissum. Si prius fuerit factum, pœna statuta est dupli; sin posterius, pœna obtinet quadrupli, secundum verba Statuti *§. 8. Cap. 4.* **Von Gebäuden im Wesen zu erhalten.**

Es soll auch niemand in Gärten, auf Wiesen oder Aeckern Schaden zu thun, unterstehen, thut es aber iemand und geschehe bey Tage, so soll der Schade zweyfach gelten, geschehe es aber bey der Nacht, so soll der Schade vierfach gegolten werden, und der ihn thut, soll in E. E. Raths Straffe gefallen seyn.

Quæst. X. Quid, si ex cœnaculo vel ædibus quid dejectum vel effusum, ubi vulgo iter fit, eoque prætereunti damnum datum, quomodo hoc resarciendum?

JUre civili, si constet, quis damnum intulit, contra illum, ut autorem, actio datur ex L. Aquil. *§. 13. J. d. L. Aquil.* Sin minus inhabitator convenitur actione in factum de dejecto vel effuso, ad duplum damni dati *§. 1. J. d. Oblig. qu. ex del. & L. 1. §. 4. ff. eod.* Nisi liber homo fuerit occisus, eo enim casu agitur ad pœnam 50. aureorum, si tantum læsus ad id quod interest, dict. *§. 1. & L. 5. §. 5. ff. de his qu. effud. &c.* Quid hac in parte ratione hominis occisi Juris sit Saxonici, videri potest ex Carpz. *Pr. Crimin. Q. 34. & P. 4. C. 1. d. 1. & seqq.* it. Dn. Schilter. *Exerc. 19. ad ff. th. 14. & seqq.*

Differentia autem hic occurrit, Jure Statutario: Quippe ibid. tantum pœna ad interesse contra inhabitatorem statuta, adjecta simul adhuc pœna Magistratus arbitraria, per *§. 3. Cap. 5.* **Von Gassen rein zu halten**, cujus verba:


Und so iemand also auf die Gassen, da gemeiniglich pflegen Leute zu gehen, bey Tag und Nacht ausgösse, schüttete oder würffe, und iemands dadurch an seinem Leibe oder Kleidern beschädiget würde, so soll der Besitzer des Hauses, daraus solches geschehen, den Beschädigten seines Schadens Erstattung zuthun schuldig und in pœn des Raths gefallen seyn, oder die Person, welche solches gethan, vor dem Schaden Wandel zu thun, fürstellen.

Retento tamen sic Jure civili, ut, si constet, quis dejecerit, adversus ipsum actio detur.

Atque hæc sunt, quæ ex Jure patrio discrepanti a Jure civili animadvertere libuit. Et si vel maxime dari adhuc nonnullas alias differentias, non diffitear, eas tamen ita deprehendo comparatas, ut præsenti negotio, per quod potissimum eas, ob quas facile inter Litigantes provocatur ad Judicem, evolvere placuit, parum aut nihil inservire valeant; Præprimis, cum & reliquæ istæ differentiæ vel respiciant officium Magistratus circa hanc vel illam pœnam dictitandam, vel tamen circa rem haud magni momenti versentur.

Nihil reliquum, quam ut voto concludam ardenti: Velit Divina Clementia Magistratum civitatis patriæ Splendidissimum, Amplissimum, Studiorum meorum Statores æternum suspiciendos, omni felicitatis genere beatum reddere ac conservare, quo ita non tantum Jura patria salubriter condita, suo semper gaudeant justitiæ Effectu; sed & tota Universitas fructus rei publicæ bene constitutæ copiosissimos in ulteriora tempora bono Omine ac Successu sibi certo certius polliceri queat, atque sic in nullis non negotiis exoptatus adsit

FINIS.



CON-

CONSENSUS

SUCCESSIONIS AB INTESTATO INCLYTÆ REIPUBLICÆ ZITTAVIENSIUM CUM JURE CIVILI ET SAXONICO,

QUEM

CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS IN ALMA LEUCOREA

DISSERTATIONE JURIDICA

PRÆSIDE

DN. GODOFREDO NICOLAO Schleenstein,

J. U. D.

IN AUDITORIO JCTORUM

Die Maji Anno M DC LXXVIII,

Placido Eruditorum examini sistit

DANIEL PAULI,

ZITTAVIA-LUSATUS.

PROOEMIUM.

Societatem humanam sine Lege stare posse, licet contendant nonnulli; prævaluit tamen contrasentientium communis sententia, quotidiana experientia stabilita. Observarunt id Compilatores Statutorum Inclytæ Reipublicæ Patriæ Zittaviensium. Præmisso enim in fronte hoc fundamento, *Leges sc. esse necessarias*, Authoritate supremi Principis, consensuque totius civitatis, Leges tulerunt Patriæ, docentes, Legem ferre esse Majestatis, eorumque, quibus hanc facultatem illa concessit. Sunt autem *Jura Statutaria Leges*, si vim atque potestatem, non potestatis amplitudinem spectes; dico vim & potestatem, quia eodem plane modo stringunt, sicut Leges, cum ex eodem proficiscantur fundamento & fonte, scil. Majestate, sine cujus approbatione utique irrita & nulla sunt. Amplitudo vero Legis in iisdem deficit, quia non ad universum populum totius Reipubl. sed certum corpus urbis, vel collegii feruntur,& sic Legibus soleant contradistingvi, vel pro legibus particularibus haberi, cum Lex alias sit *jussum universale*, i. e. ad totam pertinens Rempubl. cui potestas summa Legem ferendi inest. Reddituro igitur mihi Patriæ & Parentibus studiorum rationem, in mentem venit assumere partem quandam Statutorum nostrorum von Erbfällen, ejusque convenientiam cum Jure Civili & Saxonico ostendere, & ubi forte discrepant, notare Jurium nostrorum differentiam. Supremus Legislator DEUS cœptis progressus dabit, ut omnia cedant feliciter.

THESIS I.

Antequam vero me ad ipsam rem conferam, operæ pretium est, monere, Jus Successionis descendere ex ipso præcepto naturali, quod utilitas socialis omnibus Gentibus fecit acceptum; determinationem vero modi succedendi, dependere ex arbitrio cujusque Reipubl. quam secundum utilitatem facit, & sæpe minoribus urbibus, sub se comprehensis, hanc elargitur facultatem, ut successionis rationem, prout iisdem expedit, disponant. Hinc evenit, ut secundum locorum diversa Jura Statutaria succedatur diversimode, quam in rem, cum de cujusdam hæreditate quæritur, ante omnia inspiciendum, quid Jura Statutaria sibi velint,

sint, quibus demum deficientibus, ad Jus commune totius Reipubl. recurrendum. Illud quoque insuper habendum non est, aliam successionem esse ex Testamento, aliam ab intestato, quæ tantum hujus loci, & sub rubro **von Erbfällen**, comprehenditur, quia sequens titulus vel Articulus Statutorum nostrorum agit de Successione testamentaria.

THES. II. Quum vero, juxta vulgatum, qui bene distinguit, bene doceat, hunc articulum, qui in Statutis nostris primus est, faciamus tripartitum, seu in tres partes dividamus. Prima contineat Successionem conjugum, ab initio usque ad vers. **Welch Kind darnach** 2c. Secunda, a dicto vers. Successionem descendentium & ascendentium usque ad vers. **Wo aber die Kinder und Kindeskinder** 2c. Tertia, Successionem collateralium, usque ad finem. Ut autem res magis elucescat, textum in sequentibus adjiciamus.

Articulus I. von Erbfällen.

Pars ejus Prima de Successione Conjugum.

§. 1. **Nimt ein Mann oder Junggeselle eine Frau oder Jungfrau zur Ehe, und hat mit ihr nicht Kinder, noch Erben, gehet er ehe abe Todes halben, denn die Frau, so soll ihr von seinen Gütern folgen ihre Morgengabe, nach alt Herkommen, Gebrauch und Gewohnheit der Stadt, und alle das Gut, das sie mit Bewust zu ihm gebracht hat.**

Thes. III. Circa hanc partem primam monendum, eam considerare conjugum successionem dupliciter, vel sine liberis, vel cum liberis concurrentibus. De priori casu *hic §. 1.* facit initium, & ne miretur honorandus Lector, cur Statutorum Compilatores a successione conjugum exordium fecerint, hæc videtur dari posse ratio, quod Conjugium sit seminarium Reipubl. unde nascantur cives, & extra quod nati ad successionem patris non videbantur admittendi, *v. §. pen. I. de nupt.* excepto Jure Novissimo casu *N. 89. c. 12.* quo duæ ex Concubina natis dabantur unciæ, adulterinis vero & incestuosis plane exclusis, *d. N. c. ult.* Vel poterit hanc in rem allegari usus communis Germaniæ, secundum quem conjux superstes conjugi defuncto cum liberis simul succedit, testante id quotidiana experientia, ideoque de casu frequentiori in prima parte dicere voluerunt, licet me non fugiat, successionem conjugum J. C. esse ultimam. Arg. *§. 1. I. de B. poss. & l. 1. C. unde vir & uxor.*

Thes. IV. Cæterum non exponam hic occasione vocum **Mann, Junggeselle, Wittib, Jungfer**, quæ de personis matrimonium ineuntibus afferri possent, sed studio brevitatis me ad *§. 1. I. de pat. pot.* & Commentatores remittens, convertam ad rem, de qua hic agendum, formando casum hujus §. ita: *Titius celebs, vel viduus, ducta uxore Sempronia, moritur sine liberis.* Qu. qua ratione Titio succedat superstes uxor Sempronia? Si respondendum secundum Leges XII. Tabb. Sempronia non est admittenda, quia hæc vocabat tantum suos hæredes & post hos agnatos, *Dn. Struv. Ex 38. th. 12.* Jure Prætorio postea admissa est, B. possessio unde vir & uxor deficientibus suis, agnatis & cognatis, *d. l. un. Pand. & C unde vir & uxor.* Justinianus vero *N. 53. & 117. c. 5.* conjugem paupertate laborantem, cuique nulla erat dos vel donatio propter nuptias, certo modo admisit, liberis aliisve successoribus existentibus, *v. Authent. praeterea. C. unde vir & uxor.* quam etiam Jus commune hodie servat, præjudiciis id confirmante *Dn. Struv. d. Exerc. th. 40. in fin.* Jur. Sax. Com. quarta pars uxori in bonis mariti, liberis 4. existentibus, sin plures sint, virilis cedit. Jure Electorali, liberis non concurrentibus, tertia, *p. 3. Const. in fin.*

Thes. V. Ut itaque constet, quid ex hisce Juribus receptum Statutis nostris, explicandus & inquirendus ante omnia sensus verborum, **Morgengabe** & **das Gut, so sie mit Bewust zu ihm gebracht.** Quod attinet vocem **Morgengabe**, denotat alias donationem quandam, quam sponsus nobilis altero nuptiarum die sponsæ facit, a donatione propter nuptias & sponsalitia largitate differentem. *Dn. Struv. Exerc. 30. th. 22. in fin.* Quandoque pro ipsa sponsalitia largitate accipitur, *Id. Exerc. 38. th 41. §. Vidua vero. Schneidew. ad tit. de hæred. quæ ab intest. defer. cap. de success. in vir. & uxor. n. 41.* ubi dicit, Jure Sax. Sponsalitia largitate etiam plures res comprehendi: Adde de derivatione vocis *Bocer. tr. de donat. c. 9.* & varia ejus acceptione *Wehnerum in Observat. Pract. voc.* **Morgengabe.** Hic videtur explicatio petenda ex articulo Statutorum nostrorum **von Ehlichen Gelübden. §. So viel aber.** ex quo patet, quod pater sponsæ, curator vel consanguineus debeat eam die Sponsaliorum a sponso petere & stipulando promissionem in ejusque securitatem fidejussorem vel cautionem scriptam accipere, ita ut, si omissa fuerit talis pactio, postea Morgengaba peti non possit. *d. §.* **So viel aber** *in fin.* Unde facile constat, paulo aliter terminum hic accipi, quam pro dono, quod novus maritus quasi in pretium primi concubitus dare solet. Definitur enim tempore Sponsaliorum certa quædam quantitas, uxori in casum, quo matrimonium sterile sit futurum, post obitum mariti danda, quæ res cum inter spon-

sum & sponsam agatur, videtur cum *Bocero d. tr. c. 9 n. 6.* sponsalitia largitas dicenda, vel donatio propter nuptias, cui ex donatione hac antiqua illud adhæsit, quod tantum ante nuptias possit constitui. *v. §. 3. I. de Donat. junct. d. §.* So viel aber. Cui accedit, quod hæc donatio respiciat dotem & divitias uxoris, ita ut, quo major sit dos, eo major quoque, secundum usum civitatis nostræ, cui debet originem, hæc donatio esse soleat, ubi tamen non simplicem æqualitatem requiri observavi, quam alias in dote & donatione ante nuptias requirebat, *N. 97. c. 1. & 2.* a qua etiam usus communis jam dudum recessit, monente *Bocer. d. tr. c. 10. n. 9. 10. 11. & 12.*

Thes. VI. Præter hanc donationem consequitur etiam uxor illata. Num omnia, an saltem dotem? Sed favor uxorum, cujus gratia in legibus maxima, depostulat, ut hunc § nostrum accipiamus in genere, tam de paraphernalibus, quam dotalibus, per particulam Alle, modo sint mit Bewust illata, i. e. modo constet & illata esse probentur. Ita explicatis terminis, concludimus, dispositionem hanc Statutariam esse ex Jure Civili consvetudine in nostra civitate receptam, quatenus sc. conjux nisi dotem & hanc donationem reciprocam habeat, alias ad nullam successionem admittatur, & per consequens cidem præferantur marito sanguine conjuncti, sicut nec ex uxoris bonis maritus quicquam consequitur, uti ex sequentibus patebit.

§. 2. Und der Mann, so vor die Morgengabe gelobet hat, so der bey Jahr und Tag gemahnet wird, so soll er daryon thun was billich und recht ist, wird er aber bey der Frist nicht gemahnet, so soll er der Sache und des Bürge-Zugs loß und ledig seyn.

Thes. VII. Hic §. saltem occasionaliter apponitur, ut constet (1) posse in securitatem hujus donationis fidejussorem peti, quem Jure Civili in securitatem dotis exigere permissum non est. *tot. t. C. ne fidejuss. dot. dentur.* (2) Quousque fidejussoris duret obligatio, nempe intra annum, post annum vero esse eum solutum. (3) Unde annus currere incipiat, sc. a tempore mortis mariti; tum enim existit conditio, maritum esse sine liberis mortuum, tunc potest peti quod donatum; quæ materia cum a successione aliena, plura de ea non addam.

§. 3. Wo aber die Frau eher denn der Mann Todes halben abgehet, so folget ihr Gut, das sie mit Bewust zu ihm gebracht hat, ihren nechstgebohrnen Freunden, denen es ausgegeben werden soll.

Thes. VIII. Respicit hic §. præcedentem primum, eundemque comprehendit casum, saltem præsupposito, quod Sempronia uxor prior sit mortua, quam Titius maritus, de cujus successione disquiritur. Jure Civ. antiquo non nisi edicto Prætoris unde vir & uxor admittitur. Jure Nov. vir cum uxore eodem gaudet jure & beneficio *N. 53. cap. ult. §. 2.* Jure Saxon. Maritus consequitur uxoris bona mobilia, excepta gerada, & mobilibus deficientibus, quartam partem immobilium. *Carpz. Rich. tit. eod. Dn. Struv. Ex. 38. th. 41. Schneidw. ad t. de hered. qua ab intest. c. de success. conj. n. 27. 28.* Hoc Jure Statutario nihil ad maritum pertinere dicitur; qua in re itidem dispositionem Juris Civ. antiqui sapit, quo successio conjugum erat incognita, donec Prætor eosdem vocaret post cognatos, qui etiam secundum hoc Statutum marito præferuntur. Utrum, his deficientibus, Fisco, cujus successio ultima, præferendus maritus? decidere periculosum est, sustinebimus exercitii gratia utramque sententiam. Ratio diversitatis autem, quod uxor ex bonis mariti quicquam consequatur, maritus ex bonis uxoris nihil, videtur hæc danda, quod illam portionem, quam Statutum vocat Morgengabe, stipulando sibi acquirat uxor, marito vero uxor promittat nihil. Indeque dicta Morgengaba a Donat. ante nuptias natura recedit, propter quam maritus ex dote idem consequitur lucrum, quod uxor ex dicta donatione. *N. 97. c. 1. in fin.*

§. 4. Wo aber beyde Mann und Weib ihre Güter vor Richter und Schöppen einander haben aufgegeben und verschreiben lassen, so soll ein solches wie verschrieben, gehalten werden.

Thes. IX. Suppeditat hic §. dicendi ansam de pactis inter conjuges & donationibus; utrumque expediamus brevissime. Pacta hæc concernunt vel dotem, vel successionem, de his, non de illis videtur articulus conceptus. Sunt autem pacta de dote licita, modo non naturam dotis evertant, *l. 4. de pact. dotal.* & contra bonos mores non sint. *l. 5. l. 6. eod.* Hæc secundum consuetudinem Germaniæ etiam de futura successione ineuntur, quæ Jure Civ. prohibita, propter *l. 30. C. de pact.* ad quam procul dubio & hic §. respicit, qui tamen rectius de donatione accipiendus, per verb. text. aufgeben und verschreiben lassen, quæ pius inferunt quam pactionem. Aufgeben enim vel auflassen Saxonibus idem est ac tradere dominium, v. g. quando in literis emptionum dicunt, sie wollen das Stück Gut nach bezahlter gantzer Kauff-Summa vor gehegten Gedinge auflassen, sicque traditionem dominii judicialem promittunt. Verba vero verschreiben lassen inferunt pacta, quæ istiusmodi traditionibus solent adjici, arg. verb. seqq. wie verschrieben. Ca-

sus

sus igitur §. talis erit: *Titius & Caja conjuges comparentes coram Judice cum Scabinis donant sibi invicem omnia bona sua, adjectis quibusdam, si placuerit, pactionibus, quæ in scriptum & instrumentum publicum rediguntur.* Qu. quid post obitum alterutrius obtineat? Resp. Superstes consequitur, prout eidem sunt donata. Jure Civ. donatio inter virum & uxorem est prohibita, *t. t. de Don. inter virum & uxor.* idque propter frequenter contingentia divortia, sic enim eveniebat, ut tali casu divortii contingente ad incidas & paupertatem redigerentur. *v. l. 1. 2. 3. d. t.* Excipiuntur tamen donationes, unde donator non efficitur pauperior, *arg. l. 4. 5. de Usur* Item donationes reciprocæ æquales *l. 7. §. 2. de donat. inter virum & uxor.* Sic quoque donationes mortis causa non solum quæ propric tales sunt, secundum *§. 1. Inst. de donat.* verum etiam quæ in casum mortis concipiuntur, seu quarum exitus post mortem locum habet. *d. l. 11. §. 1. de don. inter vir & uxor.* Talem vero puto esse, quæ hoc §. proponitur, idcoque eandem etiam secundum Jus Civile defendi posse, & sic hoc Statutum cum illo convenientiam fovere. Monet præterea *Dn Struv. Exerc. 30. th. 31. Ex. Coler. Decis. 12. n 24. & Carpz. p. 2. Const. 3. def. 16. & 17.* quod moribus præsertim Saxonicis donationes inter virum & uxorem fiant judicialiter cum donantis uxoris curatoris consensu & actorum insinuatione, quod idem est, quod Statutum nostrum exponit. Credo etiam fieri posse, ut hæc donatio speciem quandam ultimæ voluntatis comprehendat, si conjuges pro parte quædam sibi donant, pro parte consanguineis quædam retineant, & simul, quomodo succedant, disponant, imprimis cum testamento, nisi judiciale sit, locus in civitate nostra non pateat, v. tit. sequentem **von Testamenten.**

§. 5. **Und soll mit Aufgaben von Eheleuten also gehalten werden, hat der Mann vorhin ein Weib zur Ehe gehabt, und Kinder, die noch am Leben, mit ihr gezeuget, so mag er seinem W. ibe, wo in seinem Willen, ein dritten Theil, und nicht mehr in die zwey Theil seiner Güter aufgeben, hat er aber vorhin nicht Kinder, und gewinnet mit derselben andern, dritten oder vierdten Frau auch nicht Kinder, so mag er, weil er guter Vernunfft ist, mit Bewust des Raths und unvergessen des gemeinen Nutzens, alle seine Güter dem Weibe, oder wem er will, zueignen.**

Thes. X. Docet hic §. quando possint donare conjuges & in quantum. Possunt autem, quandocunque placuerit, neque hac parte distingvitur, utrum liberos habeant, an minus; quia existentia liberorum ipsam donationem non impedit, sicut nec ipso jure Civili, modo liberis sua legitima sit salva *t. t. C. de inoff. donat.* Circa quantitatem vero donationis faciendæ, utique distinctio adhibenda tam ratione mariti, quam uxoris, tam ratione liberorum præteriti, quam præsentis matrimonii, ita ut iisdem semper salva sit legitima. Hæc secundum communem Dd. opinionem lege naturæ debetur liberis, ideoque nec lege positiva auferri potest; sed determinatio ejus arbitrio Legislatoris relicta. *v. Habn. ad Wesenb. t. d. inoff. test. n. 6 in med. fere.* Unde evenit, ut secundum diversa loca varier, est enim successio quædam lege determinata, ex quo & legitima dicta est. *Dn. Struv. Ex. 10. th. 20. Conf. Hug. Grot. l. 2. c. 7. §. 4. in fin. de J. B. & P. ibique Magnif. nostrum Ziglerum in Commentario ad e-nnd.* Jure Civili initio erat quarta pars bonorum, quæ quis alias ab intestato consecuturus erat. *l. 8. de querel. inoff. test.* Jure Novellarum secundum numerum liberorum variat, nempe triens, si quatuor vel pauciores: [illegible]mis vero, si quinque vel plures. *N. 18. c. 1.* Adde de Jur. Saxon. *Const. Elect. p. 3. c. 8. & 9.* Hoc Statuto duplex proponitur casus, prior, ubi maritus liberis existentibus donat vel testatur, talis: *Titius habens duos liberos ex priori matrimonio, vel uxore sua Sempronia;* Q. in quantum possit ex suis bonis donare uxori Semproniæ? Resp. Dividendâ sunt bona Titii in tres partes: Ex his liberis cedit tertia pars liberis, tanquam bona materna: Deinde reliquæ duæ partes habentur ut totum in tres partes iterum dividendum, ex quibus poterit donare Semproniæ unam, verb. **einen drit Theil in die zwey Theil seiner Güter,** reliquæ duæ partes debentur liberis ut legitima. Hinc facile patet, liberorum legitimam in bonis paternis esse duas tertias, in bonis maternis unam, *vid. §. sequent.* **Gewinnen aber.**

Thes. XI. Posterior habetur in vers. **hat er aber,** & præsuponit liberos neque præsentis neque præteriti matrimonii existere. Q. in quantum Titius donare vel relinquere possit Semproniæ? Resp. Tunc potest donare uxori vel etiam alii bona sua omnia. Dubitant quidem communiter Dd. num omninum bonorum procedat donatio? Verum affirmativa facile evincitur per *l. 35. §. 4. C. de Donat. & l. 8. C. de revoc. donat. vid. Struv. Exerc. 40 th. 9.* quo propterea nec discrepat Statutum verb. **alle seine Güter,** hoc saltem videtur innuere verb. **bey guter Vernunfft,** quod, teste eodem *de Exerc. th. 6. in fin.* Jus Saxon. requirat, ne donator decumbat adversa valetudine, verum sicut ipse contrariam allegat observantiam, ita potest sanæ mentis esse, licet sit ægrotus, & sic potest adesse etiam donandi voluntas *l. 20. C. de Donat.* Cæterum co-

ram Judice & Scabinis & Judiciliater donare dicitur, qui iisdem advocatis donat, *d. Exerc. th. 6.* quia donatio pertinet ad actus voluntariæ jurisdictionis. Quod autem hic injungatur donanti, ut rationem utilitatis publicæ habeat, inde fit, quia hæc donatio omnium bonorum induit quodammodo ſpeciem ultimæ voluntatis, quam ex ſpeciali ſtatuto *Tit. ſequenti* von Teſtamenten conficere non licet, niſi quid ad publicam utilitatem fuerit legatum, & teſtamentum quod ſecus factum pronunciatur nullum.

§. 6. Dergleichen wo ſie vorhin einen Mann zur Ehe gehabt, und Kinder, die noch am Leben, mit ihm gezeuget, mag ihrem andern, dritten und vierdten Manne 2. Theil in ihren dritten Theil und nicht mehr auffgegeben werden. Hat ſie aber nicht Kinder, ſo mag ſie ihr Gut, dieweil ſie guter Vernunfft, mit Bewuſt des Raths, und unvergeſſen des gemeinen Nutzens, ihren Ehe-Mann, oder wohin ſie Gnädige hat, wenden. Und was Mann oder Weib nach dem Tode Güter und Habe unverſchafft hinter ihnen laſſen, die nicht Kinder haben, ſoll erben auff ihre nechſten Erbnehmen.

Theſ. XII. Agit hic §. de donatione ab uxore marito facienda, ubi eodem modo diſtinguuntur caſus, utrum uxor liberos præſentis vel præteriti matrimonii habeat, an non: Illo dividenda erunt bona in tres partes, quarum duæ ut bona paterna cedunt liberis, ſeq. §. **Gewinnen aber.** Tertia itidem in tres dividitur, ex quibus duas marito donare permiſſum, verb. **Zwey Theil in ihren dritten Theil.** Hoc liberum eſt totum donare, adde præced. n. 11. dicta. Illud ad *verſ.* **Und was Mann oder Weib.** notandum, ex hoc evinci poſſe, potius ad donationem quam teſtamentum hunc actum inter virum & uxorem eſſe referendum, quia nemo facile pro parte decedit inteſtatus, quod Jure Civ. permiſſum non erat. *l. 7. ibique Ludw. in Com. ad R. J.* Niſi forte dixeris, uſu receptum eſſe, ut pro parte teſtatus, & inteſtatus quis pro parte reliqua decedat, quod abſurdum extra Jus Romanum non eſſe monet *Vinn. ad §. 5. de hered. inſt.* ubi & regula in milite limitata reperitur, quam limitationem & *d. l. 7. de R. J. verb. Pagano* comprehendit.

Theſ. XIII. Incidit hic dubium, ſi donatio facta ſit, & poſtea naſcantur liberi? Reſp. puto diſtinguendum, utrum ſit facta omnium bonorum, quo caſu puto eam eousque reſcindendam, ut liberis ſuperſit legitima ſtatutaria. An vero partis majoris, & hic iterum ſubdiſtinguo: aut pars reſidua ſufficit legitimæ ſtatutariæ, & ſic conſervetur donatio; aut non ſufficit, & ſic reſcindatur eousque, donec ſtatutaria fuerit perfecta, arg. deciſ peto ex *l. 5. C. de inoff. donat.* Quod enim Jure ſpeciali deciſum non eſt, quare non ex Jure communi petatur; imprimis ſi deciſio ſecundum jus particulare, non contra illud faciat.

§. 7. Gewinnen aber 2. Eheleute Kinder mit einander und Erben, ſo erlanget die Frau in ihrer beyder Güter den dritten Theil, und der Mann 2. Theil.

Theſ. XIV. Pergimus nunc ad caſum, ubi conjux decedit relicto conjuge, cum liberis ſine pactis dotalibus & donatione, quæ etiam in caſu, ubi liberi naſcuntur, vel usque ad legitimam reſcindenda, ut præced. Th. dictam; vel ſi ſub conditione, ſi liberi nati non fuerint, facta, deficiente conditione, nulla erit. De Jure Civili jam monitum Th. 2. Conjuges liberis exiſtentibus non niſi certo caſu ſuccedere, & quæ plura ibi ſunt adducta. Hic addendum, excitata ibi Conſtit. Elector. liberis exiſtentibus uxorem conſequi quartam, deducto ære alieno. *d. C. 20.* §. **Wo aber.** Admonet autem Seren. Elect. inprimis Statuta cujusque loci diligenter inſpicienda, & ſecundum ea ſententiam ferendam, ideoque breviſſimis in hac ſucceſſione conjugum cum liberis inquiramus, donec nobis ex Jure communi iterum inſerendi quædam occaſio dabitur Ex hoc §. duplicem formabimus caſum: (*I.*) *Moritur Titius, relicta conjuge Sempronia cum tribus liberis:* Hoc caſu Sempronia unam, liberi duas partes in bonis utriusque conſequuntur. (*II.*) *Moritur Sempronia, relicto Titio cum liberis.* Hoc caſu Titius duas, liberi tertiam partem accipiunt, cui diſpoſitioni Wittebergenſium Statuta reſpondere obſervavi.

Theſ. XV. Patet hinc, per matrimonium & inde natos liberos in noſtra civitate quaſi communionem bonorum conjugum enaſci, de qua eleganter *Dn. Struv. Exerc. 39. th. 56. & Zaſ. ad tit. pro Socion. 10. 11. 12.* Nec enim credo, textum, qui generaliter loquitur **in ihrer beyder Güter**, de iis tantum, quæ conſtante matrimonio acquiſita, eſſe accipiendum, ſed de omnibus. Deinde non attendi numerum liberorum, ſed dictas duas portiones inter eos, qui primi gradus ſunt, in capita, & ſi cum ulterioris gradus concurrant, in ſtirpes dividi, ut ex inferius dicendis apparebit.

§. 8. Und wo der Mann eher denn die Frau Todes halben abgehet, ſo mag die Frau, wo es ihr gefället, in den Gütern bey ihren Kindern bleiben, dieweil ſie ihren Wittben-Stuel nicht verrücket, noch die Güter geringert, und die Kinder nicht mündig werden, und ſich Ehlich verendern.

Theſ. XVI. Deciditur hic quæſtio, quando diviſio bonorum ſecundum partitionem

tionem statutariam facienda: Et relinquitur arbitrio uxoris, verb. **wo es ihr gefället**, subsistere in communione bonorum cum liberis, **in den Gütern bey ihren Kindern bleiben**, eaque administrare, arg. verb. **noch die Güter geringert.** Præsumitur enim mater optime velle suis liberis. Unde Jura Civilia licet tutelæ officium solis demandarent viris, admiserunt tamen matrem & aviam, modo ulterioribus nuptiis & SCto Vellejano renunciassent. *N. 94. c. 2. N. 118. c. 5.* Ita ut hoc statuto legitima matris tutela tacite sit confirmata. Renunciatio vero, quæ antea debebat esse jurata, *d. N. 94.* eadem est abrogata, expressa tamen & judicialis requiritur, *N. 118.* quam hic videmus vel sufficere tacitam vel necessariam non esse, quia quamprimum ad secunda transit vota, tutelam perdit, *d. N. 118.* cui respondet Statutum verb. **dieweil sie ihren Wittben-Stuel nicht verrückt.** Si vero ad separationem provocare malit, puto eam statim post obitum mariti impetrare posse, d. verb. **so es ihr gifällt**, nemo enim facile in communione permanere cogendus est. *l. 10. §. 2. Commun. div. l. 70. pro Soc. Gail. l. 2. Obs. 24. n. 7.*

Thes. XVII. Restringitur id, quod de tutela & administratione diximus, (1.) si mater ad alias nuptias transeat, **ihren Witben-Stuel verrücket.** (2.) Si male in bonis versetur, **die Güter verringert**, eodem enim respexerunt Jura Civilia, dum renunciationem SCti Vellejani exigunt, ut male versata eo facilius conveniatur, & omni destituatur auxilio. (3.) Si liberi ad pubertatem perveniant, **mündig werden**, pubertate enim tutela Jure Civili finitur. *pr. I. q. m. tut. fin.* Sed puto **mündig werden** non respicere tantum annos pubertatis, vel etiam minorennitatis, licet enim quis finita pubertate Jur. Civ. exiisset de potestate tutoris, erat tamen adhuc minor sc. 25. annorum, qui sæpe accipiebat curatorem. *t. t. I. de Curat.* Secundum mores autem hodiernos, tutela & cura conjunguntur, & qui tutor est, & curator manet, unde **mündig** dicuntur illi, qui rebus suis plenissime præesse possunt, neque alieno auxilio opus habent. *Conf. Gail. lib. 2. Obs. 96. n. 1. & seqq.* & qua ratione Jur. Saxon. Com. tam in feudalibus quam allodialibus finiatur, vide sis apud *Zobel. Diff. Jur. Civ. & Saxon. diff. 16.* Verba **und sich Ehelich verendern** non videntur novam innuere limitationem, sed priori cohærere; nec enim propter particulam connexivam *&* **und** sufficit liberos attingere perfectam ætatem, sed tum demum ad divisionem poterunt matrem compellere, cum ad vota nuptialia transeunt. Putarem tamen ex æquitate dandam esse filio negotiationem aliquam suscipienti separationem.

§. 9. So sie aber ihren Wittben-Stuhl verrückt, und einen andern Mann zur Ehe nimt, oder die Güter verringert, oder irgend ein Kind mündig geworden, und sich Ehlichen verendert soll sie sich halten ihres dritten Theils in allen Gütern, und alsdann soll den Kindern ihres Vatern 2. Theil nach Erkäntnüß des Raths und der nechsten Freunde vermacht und versichert werden, und die Frau mag auch, dieweil sie Wittbe bleibet, wo in ihrem Willen, mit ihren unmündigen Kindern das Kind, welches sich Ehlichen verendert, abrichten, ihme sein vermacht Geld aus den Gütern geben, und mit den andern ihren unmündigen Kindern im Besitz der Güter bleiben.

Thes. XVIII. Enumerat hic §. enumeratas jam limitationes, & decidit, quod tali casu contingente, v. g. ubi ad nuptias transit &c. uxor bona dividere, & sibi retinere partem tertiam, liberis vero duas tertias relinquere debeat. Divisio autem hæc ut rite fiat, adhibenda autoritas eorum, quibus Magistratus demandavit negotium, (vocantur alibi **die Theil-Herren, Vormunds-Herren**, apud nos **Wäysen-Herren**) & præsentia proximorum sanguine conjunctorum, quod Statutum instar legis hic tutelam defert, *conf. t. de leg. tut.* qui id intendunt, ut sine fraude & præjudicio pupillorum & minorum fiat divisio, & divisa liberisque adsignata sint secura & salva. Ubi enim impuberes educandi, explicatur toto tit. *Pand. ubi pupill. educ. debeat.* cum vero parentis superstitis summa in liberos præsumatur pietas, matri maxime hæc cura demandatur; *l. 1. C. ubi pup. educ.* quod tamen *ibid.* limitatur, nisi vitricum induxerit; quam limitationem hodierni mores non attendunt, sed ita disponitur res, ne vitricus facile nocere possit, & prospicitur securitati rerum impuberum Hypothecis & fidejussoribus, ne patrimonium illorum capiat detrimentum, quo tendunt verba Statuti nostri, **vermacht und versichert werden.**

Thes. XIX. Quantum attinet vers. **Und die Frau mag auch** &c. respicit iste limitationem tertiam, ubi quidam ex liberis majorennis evadit & ad nuptias transit, quo casu divisionem faciendam dixit h. §. pr. unde oritur quæstio, num & ista divisio procedat quoad reliquos liberos, impuberes forte, & ad matrimonium nondum aptos? Et decidit textus, matrem cum reliquis in communione posse persistere, postquam huic matrimonium ambienti portionem suam dederit, verb. **Wo in ihrem Willen**, &c. Quod tamen sine omni divisione fieri nequit. Ut enim constet, quæ portio danda, divisio facienda est, & patrimonium in unam massam conferendum, deinde in tres partes dividendum, & ex duabus juxta

ta numerum liberorum nubenti portio danda, ita ut quoad reliquos ſalva ſit cum matre communio, verb. **Sein vermacht Geld aus den Gütern geben, und mit den andern Kindern im Beſitz der Güter bleiben.**

§ 10. **Wo aber die Frau eher als der Mann Todeshalben abgehet, ſo mag der Mann, dieweil er Wittber bleibet, und die Güter nicht geringert, ohne Hindernüß der Kinder, ſo ſie unmündig ſeyn, und ſich keines Ehlichen verendert, der Güter gebrauchen. So er aber ein ander Weib nimt, oder der Kinder eines oder mehr ſich verendern, ſo folgen ihme 2. Theil, und den Kindern ihr Mutter Dritt-theil, ihr ſeynd viel oder wenig, ſo theilen ſie das gleich unter ſich.**

Theſ. XX. Habet hic §. eadem, quæ præcedentes; caſum ſaltem invertit, & maritum ſuperſtitem, uxorem vero defunctam fingit, dicitque nec patrem poſſe compelli ad diviſionem, niſi aliquis prædictorum caſuum contingat, & tunc eidem tribuit duas ex bonis diviſis partes, liberis unam, ſecundum §. præcedentem 7. qui horum ſeqq. fundamentum eſt.

Theſ. XXI. Illud non inſuper habendum, quod ſupra jam monui Th. XV. in fin. Numeri liberorum non haberi hic rationem, quod patet ex verbis, **ihrer ſind viel oder wenig**, quod in definienda legitima ſecundum Jus Civ. ſecus ſe habet, uti deduximus ſupra Th. X. Reliqua verba: **So theilen ſie das Gut gleich unter ſich**, innuunt modum diviſionis legitimæ Statutariæ inter liberos, nempe quod regulariter fiat *in capita*, **auf die Häupter**, i. e. tot partes, quot ſunt liberi. Puto tamen eſſe caſum dabilem, ut diviſio fiat in ſtirpes, jure repræſentationis, ſi ſc. fillus vel filia ad matrimonium tranſiens, a patre vel matre ſuperſtite portionem ſuam non petierint, qui ſi poſtea relictis liberis mortui ſuerint, liberi hi cum patruis vel amitis ſuis concurrentes, jure repræſentationis defuncti parentis capient portionem.

Artic. I. Pars Secunda de Succeſſione Aſcendentium & Deſcendentium.

§. 11. **Und welch Kind darnach, ſo die Theilung geſchehen, alſo daß ihm ein genandt Geid oder Gut veeſchrieben, und vermacht iſt, ſtiebt, und vörder nicht Kinder hinter ihm läſt, daſſelbigr Kind erbet ſein gebührlich Vater-und Mutter-Theil auf die Eltern, es ſey Vater oder Mutter, welches noch am Erben.**

THES. I.

Continet hæc pars duos ordines ſuccedentium, Aſcendentium & Deſcendentium. Ab illo fit initium, & continuatur usque ad §. **So aber Vater und Mutter beyde verſtorben.** In ordine Aſcendentium notamus (1.) quod vel ſuccedant liberis natis vel naſcituris, §. **Es ſoll auch kein Weib.** (2.) Quod ſuccedant Aſcendentes vel ſoli, vel cum defuncti fratribus & ſororibus. (3) Diſtinguendum inter caſum factæ diviſionis bonorum & non factæ. (4) Huic ſucceſſioni Aſcendentium non locum eſſe, niſi deficiant ex liberis Deſcendentes, uti §. **Und ſtiebt der Mann** dicetur, & verba §. h. 11. **Und vörder nicht Kinder hinter ſich verläſt**, oſtendunt.

Theſ. II. Supponit autem hic §. 11. talem caſum: *Moritur Titii conjux Sempronia, ex qua Titius ſuſcepit filios Mevium & Cajum, ſicut & filiam Tulliam. Non placet Titio perſiſtere in communione, ſed diviſione facta cuivis liberorum tribuit portionem debitam, moritur deinde primogenitus filius Mevius, non relictis poſt ſe liberis*; Q. quis ſuccedat defuncto Mevio? Si res ad mentem Juris Civilis componenda, dicendum ſecundum *N. 118. c. 2.* Cajum & Tulliam, ut featrem & ſor orem utroque latere conjunctos admittendos eſſe cum Titio in capita. Jure vero Saxon. tam communi quam Electorali parentes excludunt omnes collaterales. *vid. Zobel. Diff. Jur. Civ. & Saxon. diſt. 7 part. 3.* Quam diſpoſitionem Saxonicam ſequitur Jus noſtrum Statutarium, verb. **Erbet ſein gebührlich Vater-und Mutter-Theil auf die Eltern**, ſc. quoad patrem & matrem, non ulteriores. *v. inf. p. 3. §. 20. Th. VI.* Ergo frater & ſoror erunt in præmiſſo caſu a Titio excluſi. *Conf. Conſt. Elect. 17. part. 3.* Idem dicendum, ſi in dicto fingamus caſu Semproniam ſuperſtitem & Titium eſſe defunctum, in fin. hujus §. verb. **Es ſey Vater oder Mutter.**

§. 12. **Sondern die Kinder, welche bey den Eltern in den ungeſonderten Gütern ſitzen, denen nicht ein Geld vermacht iſt, noch Güter verſchrieben ſeyn, wo derſelbigen irgend eines ſtirbt, das erbet nichts, ſondern das ihme zugeſtanden, bleibet in den ungezweyten und ungeſonderten Gütern, den lebendigen Eltern und Geſchwiſter zu gute.**

Theſ. III. Hic §. eundem retinet caſum, cum hac differentia, quod præſupponat ſeparationem vel diviſionem inter Titium ejusque liberos non interceſſiſſe. Inde quæritur, num defunctus Mevius faciat partem? & reſp. negando verb. **das erbt nicht.** Cum itaque nulla ejus ſit portio, non poterit diſceptari de ejus hæreditate, ſed fingitur ante diviſionem defunctus non extitiſſe, indeque portio ejus accreſcit, vel potius non decreſcit hæreditati, & ſic in diviſione æque parens & fratres defuncti concurrunt. **Das ihm zugeſtanden, bleibet in den ungezweyten Gütern den lebendigen Eltern und Geſchwiſter zu gute.** Quid vero dicendum, ſi liberi negotiatores aliunde quædam acquiſiverint, & deinde relictis paren-

parentibus, fratribus & sororibus, moriantur sine liberis ex se descendentibus, numne hic fratres & sorores a parentibus excludantur? Ratio dubitandi quod non, potest peti ex hoc statuto, ubi agitur de successione in bona, quæ liberis a parentibus obvenerunt, Statuta autem sunt strictæ interpretationis. Vid. sæpe laudatus *Dn. Struv. Ex. 2. th. 5. n. 4. ibique citat. Gail.* Ratio decidendi ex fundamento generaliori, quod Statutum judicet parentes omnibus ex latere præferendos, ideoque bonorum qualitas diversitatem inducere nequit, monetque citatus autor ex eodem Gailio, Statutum ex generali ratione latum æquam admittere extensionem.

§. 13. **Es soll auch kein Weib, die ein Kind trägt, aus den Gütern ihres verstorbenen Mannes verstossen werden, eher sie des Kindes gelegen ist, sondern ihre Zeit soll ihr gelassen werden, und so sie das Kind lebendig gebieret, daß es getaufft oder genothtaufft, oder die vier Wände beschrihen hat, soll sie sich in Gebrauch der Güter und ihres dritten Theils, wie oben vermeldt, halten.**

Thes. IV. Datur mihi hic excurrendi in materias Juris Civilis multa occasio, utpote de ventre inspiciendo, num mulier prægnans sit *t. t. de vent. inspic. lib. 25. cum seqq.* Sed brevitatis causa adducam id, quod textus est principale, nempe viduæ imprægnatæ relinquendam possessionem bonorum. Casus ergo talis erit: *Moritur Titius, relicta Sempronia uxore imprægnata:* Qv. quæ sit hoc casu in bona Titii successio? Resp. Si constet, uxorem esse prægnantem, uti hoc casu verb. **die ein Kind trägt**, poterit Jure Civili bonorum possessionem ab intestato petere, *l. 7. pr. de ventre in poss. mitt. &c.* fingitur enim Jure Civili, qui in utero est, natus. *d. prin.* Quia vero nascendi eventus dubius, non vera bonorum possessio, sed nuda saltem detentio concedebatur. *Struv. Exerc. 37. th. 46.*

Thes. V. Hanc possessionem quoque decernit Statutum, quod vetat projicere uxorem viduam prægnantem eousque, donec constiterit, num faciat abortum, an nascatur, an vero appareat prægnantem non esse. Quæ si fuerit enixa, posthumus natus esse dicitur, & naturaliter talis, qui post obitum patris vere nascitur. Natus autem esse, qui baptizatus est a Sacerdote, vel in casu necessitatis ab alio, verb. **getaufft oder genothtaufft**, vel ad minimum postquam in lucem editus, & ex utero prodiit, sonum quendam edidit, **die vier Wände beschrihen**, ex quo signo constet, eum vivum esse editum, non mortuum, mortuus enim infans infans non est, *l. 129. de V. S. Habn. ad tit. de Stat. hom. ad verb. postquam nati.* Jus, quod inde uxori nascitur, est successio in tertiam partem, quæ alias ab ea exclusa foret, verb. **Soll sie sich in Gebrauch der Güter und ihres dritten Theils, wie oben** sc. §. 8. **gemeldet, halten.** Lucratur igitur uxor tertiam partem, & mortuo posthumo duas partes reliquas, uti dictum ad §. 12. Th. 3. & ex seqq. patebit.

Thes. VI. Notanter vero dicit textus, **ihre Zeit soll ihr gelassen werden**, ex quibus verbis apparet, partum debere justo tempore esse editum, ne forte post mariti obitum supponatur alius. Justum nascendi tempus hoc casu est, si quolibet tempore noni vel decimi mensis, imo sub initium undecimi fuerit natus, secundum ea, quæ habet *Dn. Struv. Ex. 3. th. 4. n. 2. & Habn. d. loc.* ubi præjudicia affert & *N. 39.* ad casum, ubi in fine undecimi editus est partus, restringit. Tempus tamen mensium non præcise a morte mariti, sed conceptione numerandum monet. Credo tamen, si maritus integer sit viribus, & inopinata præveniatur morte, etiam eum, qui post ejus obitum decimo mense nascitur, pro legitimo habendum. arg. eorum, quæ habet *Habn. d. l.* de honesta quadam Wittebergensium fœmina, ex *Beust. de matr. c. 36. art. 1.*

§. 14. **Und dieweil wir dann in dieser Königlichen Stadt zu solchen Recht sitzen, daß der Mann, wenn er sich mit seinem Weibe vererbet, in den Gütern, so sie mit einander überkommen, zwey Theil, und das Weib ihren Drittheil hat, so soll niemand kein Heergewette in des Mannes 2. Theil, auch niemand kein Kisten-Geräthe in des Weibes dritten Theil haben, denn alleine die Kinder, die theilen solches gleich unter sich.**

Thes. VII. Ea bona, quorum hic fit mentio, Geradæ & rerum expeditoriarum, quorum illa filiæ, hæc filii habent præcipua, *Dn. Struv. Ex. 38.* Juri Civili sunt incognita. Ubi quidem itidem latissimus aperitur dicendi campus, sed brevitatis memor, aliena omittam, cum videam ex hoc §. nihil Geradæ & rebus expeditoriis, nisi solum nomen secundum Jura Civitatis nostræ mansisse. Jubentur enim exulare **Heergewette und Kisten-Geräthe** in bonis mariti & uxoris, verb. **Soll niemand** &c. nisi quantum ipsos attinet liberos, quibus tamen cum ipsis superstitibus parentibus æqualis ad ea patet aditus, secundum sequent. §.

§. 15. **So verstandlichen, wo der Vater zum ersten todt, behält die Mutter neben dente, so ihr aus den Gütern zuständig, an dem Heergewette ihren dritten Theil, und die Kinder 2. Theil. Wäre aber die Mutter eher denn der Vater todt, so bleiben zwey Theil von der Gerade bey dem Vater, und den dritten Theil nehmen die Kinder, wo irgend eines am Leben ist.**

Qui

Qui præcedentem declarat, docens, matrem cum liberis utriusque sexus participare suam portionem statutariam de rebus expeditoriis, sicut parentem de Gerada. Ex qua determinatione apparet, istas res se habere in successione, ac si tales non essent, Seqv. v. §.

§. 16. **So aber die Eltern beyde todt, was alsdenn von Gerade und Heergewette verhanden, theilen die Kinder, so viel der am Leben, gleich unter sich, wo aber nicht Kinder seyn, so nehmen es des letztverstorbenen Eltern nechste Freunde, doch unverrückt des Geräthes, so bey den Häusern zu bleiben verordnet und aufgesetzt ist.** Ostendit, non saltem liberos capere tales res utroque parente defuncto, ut hæreditarias, verum etiam collaterales. Gerada enim non existentibus liberis devolvitur ad consanguineos mariti ultimo loco defuncti; & contra res expeditoriæ transeunt ad uxoris consanguineos, si illa post maritum moriatur, verb. **des letztverstorbenen nechste Freundt**, in verf. **doch unverrückt**, monent, in successionem non venire res ad ædes pertinentes, ut sunt **Feuer-Eymer, Sprütze, Feuer-Leiter, Feuer-Hacken, Harnisch, Spieß, Schwerdt und Geschoß**, quæ habentur pro civiliter immobilibus, & solet earum propterea in instrumentis emtionum **der Kauff-Briefe** mentio fieri, quales ad has vel illas ædes pertineant. Plura hic non addam, quia ex dictis patet, secundum nostra Statuta Geradæ & rebus expeditoriis solum superesse nomen.

§. 17. **Und stirbt der Mann, der sich mit seinem Weibe also verrebet hat, und deß seine Kinder, die vörder nicht Kinder henter sich lassen, vor ihm todt seyn, so bleiben seine zwen Theil samt dem Heergewette bey seinem nachgelassenen Eheweibe in ihrem 3. Theile.**

Thes. VIII. Quomodo res expeditoriæ omnes possint devolvi ad consanguineos uxoris, docet casus hujus §. qui talis est: *Moritur Titius, relicta uxore Sempronia, defunctis ante Titium liberis*, hæreditatem Sempronia cum rebus expeditoriis quoq; consequitur, secundum §. 15. Ex quibus constat etiam propter liberos ante defunctos marito uxorem succedere, qua tandem mortua, juxta §. 16. succedent ejus consanguinei. **So bleiben seine 2. Theil bey seinem nachgelassenen Weibe in ihren 3. Theil.**

§. 18. **Dergleichen ist auch mit der Frauen, wo sich die mit ihrem Ehlichen Manne vererbet hat, und ihre Kinder, die vörder nicht Kinder hinter sich lassen, vor ihr auch todt seyn, so bleibet das dritte Theil mit der Gerade und Kisten-Geräthe bey des Mannes 2. Theilen. Und keiner ist des andern Freunden davon was zu geben verpflicht, sondern erbet dasselbige sein Gut nach dem Tode alles auf seine nechsten Freunde.**

Thes. IX. Similiter decidit hic, qua ratione consanguinei viri totam consequantur uxoris Geradam, nempe si uxore defuncta maritus, qui ex ea susceperat liberos, superstit, maritus totam habebit Geradam, quam nec uxoris consangvinei ab eodem petere possunt, sed mortuo succedunt consangvinei ipsius; verb. **Sondern er erbt dasselbe sein Gut auf seine nechste Freunde.**

§. 19 **Wo aber noch Kinder am Leben seyn, so soll der Rath verschaffen, daß die Güter, Baarschafft und Habe, bey Lebn des Vaters, oder bald nach seinem Tode besichtiget, und was allda befunden wird, und verhanden ist, wie es darin eine Gestalt hat, in das Stadt-Buch, das darzu gemacht, verschreiben, und auf weitern Fleiß des Raths versorget werden, damit den Kindern solches verbleibt, nicht verrückt noch entwandt wird.**

Thes. X. Secundus ordo succedentium in hac parte est descendentium, cujus successio proprie proponitur in §. infra, **Item die Kinder nehmen Erbe.** Quia vero sæpe liberi a parentibus relinquuntur impuberes & minores, inferitur hic materia tutelarum, & in ea h. §. præmittitur confectio inventarii, tam in tutelæ administratinne, quam in ipsa successione utilis. Inventarium conficere tenentur Tutores, si administrationem rite suscipere velint, adhibito Tabellione cum testibus, *l. ult. pr. & §. 1. C. arbit. tut. l. 24. C. de adminstr. & peric. tut.* qui, si illud neglexerint, suspecti habentur, *d. l. fin.* illudque in foro Saxonico ita procedit, ut ne mater quidem a confectione inventarii immunis fit. *Decis. Elect. 21.* Secundum hunc §. adeo necessaria apud nos non videtur, quo injungitur Senatui, vel dum parens moribundus adhuc in vivis est, vel statim post ejus obitum ex officio in facultates patrimonii pupillaris inquirere, eaque, quæ pupillorum sunt, in librum publicum conscribere, ne patrimonium patiatur decrementum. Unde postea evenit, quod in casu, ubi administratio tutori committenda, inventarium necessarium non sit. Nisi forte quædam res eidem committantur, quædam custodia publica retineantur, quo casu optime facturum puto Tutorem, si super accepta inventarium confici curet. *arg. d. l. fin. §. 1.* Licet enim Jure Civili Tutor personæ, & per consequens integro patrimonio detur, non tamen dubito secundum mores fieri posse, ut quædam custodiantur publice. Conficitur etiam inventarium ab hæredibus, ne creditoribus ultra vires hæreditatis teneantur. *l. ult. C. de acquir. vel amitt. hered.* Verum de hoc Statutum conceptum non est, quia sequentia tutelam respiciunt, & hic præliminaria traduntur.

Con-

Conficitur autem hoc modo inventarium, non saltem ubi uterque parentum mortuus, de quo seqv. §. verum etiam ubi superstes est alteruter: v. g. moritur Titius, relicta sua Sempronia cum aliquot liberis: Q. quomodo securitati liberorum prospiciatur? Resp. confectione inventarii, unde constet, quæ sint partes liberorum ab intestato succedentium.

§. 20. **So aber Vater und Mutter beyde verstorben seyn, und unmündige Kinder, darzu Erbe und Güter, davon sie gezihen mag, hinter ihnen verlassen, soll der Rath sie mit Vormünden versorgen, die sie von dem Nutzen, so von den Gütern gefället, verziehen, und ihnen (so was nach statt des Guts überläufft) eine Einlage thun. Also daß die armen Wäysen bey den Gütern bleiben, ihnen die gemehret werden, und sie dieselben Vormünden, den Schöppen und ihren Freunden dancken mögen, wenn sie zu mündigen Jahren kommen.**

Thes. XI. Quamdiu mater vel pater superstes est, & extra statum conjugalem vivit, ex Satuto esse videtur liberorum esse tutor, conf. supra part. 1. th. XVI. dicta. Quando vero uterque parentum mortuus, tunc liberis dandus tutor, cum Reipubl. intersit rem pupillorum salvam esse, & naturaliter æquum, eum, qui per ætatem se defendere nequit, ab alio defendi. *§. 1. I. de tutel.* Tutela vero & tutores J.C. erant triplicis generis, Testamentarii, legitimi & dativi. *Conf. §. 3. de tut. Tit. de legit. agnat. Tut. & tit. de atil. tut.* ubi plura equidem in medium proferre possem, verum amore brevitatis dixisse sufficiat, secundum *Const. Imper.* mores, & usum fori Testamentarios & legitimos ab usu recessisse, vel administrationem, licet in Testamento nominati, vel pupillorum proximi agnati sint, non posse suscipere, nisi a Magistratu confirmati fuerint. *Ord. Pol. de Anno 1577. t. 32. Gail. l. 2. Obs. 107.* quo & inclinat Statutum, dum Magistratui dandi licentiam consert, quæ Jure Romano neque jurisdictionis, neque Imperii erat, sed ex speciali concessione competebat, *l. 6. §. 2. Pand. de tutel.* hodie vero ad Magistratum jure Magistratus pertinet. *Conf. Dn. Struv. Exerc. XXX. th. 19. & verb. hujus §.* **So soll der Rath sie mit Vormünden versorgen.**

Thes. XII. Quando vero tutor iis dandus, videtur colligi posse ex verb. **darzu Erbe und Güter**, scil. quando parentes liberis patrimonium, quod administratione opus habet, relinquunt. Jure Civili tutor principaliter dabatur personæ & secundario patrimonio & causæ, unde colligere licet, eo jure & pauperibus tutores datos esse, quam in rem vid. *§. 4. qui test. tut. & ad eundem Vinnius in Com.* Hodie qui nullum plane habent patrimonium, vix tutores accipiunt, nisi forte obveniat talis casus, quo in specie tutore quodam opus habent, v. g. si iisdem relinquatur hæreditas, quo casu & olim ex causa videtur datus esse. *l. 9. de tut. dat. l. 10 pr. de Testam. tut. Vinn. d. l.* Quantum sit patrimonium, non interest, utrum magnum an parvum, nec verba, **davon man sie gezihen mag**, præcise inserunt, debere illud educationi sufficere, sed quod bona in educationem sint adhibenda, quæ si non sufficiunt in totum, sufficiunt tamen pro parte.

Thes. XIII. Verba, **die sie von dem Nutzen**, partem officii tutoris ostendunt, quæ in eo consistit, ut tutor faciat decernere pupillis alimenta, authoritate scilicet Prætoris, *l. 3. pr. Pand. ubi pup. educ. deb.* & quem Prætor fecit modum, diligenter est servandus. *l. 2. §. eod.* Si fuerit tutor transgressus, vel determinationem non petiit, quantum plus impendit, pupillo imputare non debet. *d. l. 2. §. 2.* Decernuntur vero secundum patrimonium & dignitatem pupilli, *d. l. 3. §. 1. & 2. eod.* nisi ipse pater decrevit, ubi tamen tutor attendat, ne sint immodica. *d. l. 2. §. ult.* Illud huic Statuto est convenientissimum, quod habet *d. l. 3. §. 1.* sc. ex reditibus alimenta esse decernenda, & cavendum, ne universum reditum impendamus, sed semper sit quoddam residuum, verb. **so was überläufft.** hac differentia adhibita, quod residuum maneat penes tutorem Jure Civili, usque dum rationem reddat, quod sit finita tutela. *l. 9. §. 4. de tut. & rat. distrah.* Jure Saxon. singulis annis, *Wesembecius ad d. t. n. 2.* quod sequuntur mores quorundam locorum. *Conf. Dn. Struv. Exerc. 31. th. 64. in fin.* Hic vero secundum h. §. superfluum conferre debeat in arcam publicam, ut ibi custodiatur, indeque tacite injungitur tutoribus, ut de reditibus perceptis singulis annis reddant rationes.

§. 21. **Deßgleichen sollen den Wittben auch Vormünde gegeben werden, welche und auch die Töchter sollen hinter Bewust und Bewilligung derselben Vormünder, sich mit niemand verloben, und so jemand ohne Bewust und Verwilligung der Vormünder sie überredten oder belistigen würde, daß sie sich mit ihm verlobten, dem soll die Stadt Jahr und Tag verboten seyn, und soll darein unerlaubt des Raths nicht kommen.**

Thes. XIV. Agit hic §. de curatoribus viduæ dandis; Jure Civ. accipiunt curatores minores volentes. *§. 2. de Cur.* præterquam in litem, prodigi inviti, sicut & furiosi, in quos nec spontaneitas nec invitum cadit; Item quibus deficit aliquis sensuum, mutis & surdis. *§. 4. d. t.* Testatur quoque *Wesenb. ad tit. de Cur. n. 5.* olim indiscriminatim

natim curatores datos esse de Jure Civili, postea vero obsolevisse, & tantum Jure Saxonico resuscitatum esse. De quo dicit *Dn. Struv. Ex. 31. th. 94.* mulieribus dari curatores, etiam majorennibus, ein Kriegischer Vormund, qui iisdem sit a consiliis quoque omnia judicialia gerenda, quoad extrajudicialia vero secundum Jus Saxon. uxores opus habere curatore, non viduas & virgines. In Electoratu non valet, quod foemina curatorem habens sine autoritate ejus extra judicium gessit. *Const. 15. p. 2. §. fin. pr.* Dispositio hæc statutaria videtur convenire cum ea, quæ est Juris Civilis antiqui, secundum opinionem Wesenb. quod viduis indifferenter dandus sit curator a Magistratu, verb. dergleichen sollen den Wittben auch Vormünde gegeben werden. Ubi particula dergleichen significat eodem modo, sicut impuberibus & minoribus viduis dandos curatores, ita tamen secundum observantiam, ut detur viduis personæ electio, cujus fidei sese committere malint.

Thes. XV. Potestas tutoris consistit in directione personæ; Potestas curatoris in administratione bonorum; Hodie in subministrarione consiliorum & interpositione consensus, ut rata sint facta. In nuptiis vero consensum tutorum & curatorum aliquid potuisse non legimus. Nam tutorem qui habet, nuptias non contrahit, utpote qui impubes est, cum pubertate finiatur tutela. *pr. I. quib. mod. tut. fin.* Nuptias vero contrahunt puberes, *pr. I. de nupt.* ex quo simul paret, soli patri fuisse Jure Romano datum, ut sine ejus jussu nuptiæ contrahi non possent, ergo nec curatoris consensus erat adhibendus, excepto casu, quem proponit *d. pr. in fin. de quo vide sis l. 28. C. de Episcop. audient.* Data igitur est hoc Statuto specialis potestas curatoribus, quod sine horum consensu sint nuptiæ invalidæ. Quod ampliatur ratione filiarum, verb. und auch die Töchter, quod & potest intelligi de filiabus viduarum, & extenditate rationis de aliis virginibus Curatores habentibus, licet §. proprie de prioribus sit locutus, verb. derselben Vormünde. *Conf. pr. infra tit.* von Ehelichen Gelübden. a contrario ergo si petamus argumentum, de filiis dicendum, illos, ut curatoris consensum matris viduæ adhibeant, necesse non habere; & poterit ratio diversitatis peti ab infirmitate foemellarum, quæ in masculis non esse præsumitur.

Thes. XVI. Præterea, ut Statutum salvum sit, pœnam sancivit annui exilii in omnes, qui citra adhibitum consensum curatorum istiusmodi fœminas ad sponsalia ineunda induxerint. Circa quam obiter moneo, eam admodum gravem videri, cum sufficeret talia sponsalia pronunciare nulla, sicuti passim locorum obtinet. Verum hic notandum, determinationem pœnarum dependere regulariter ex arbitrio Magistratus, ira ut propter rem minimam utilitate publica id svadente possit infligi gravissima. *Conf. hic. Comment. ad tit. Pand. de pœnis, & alibi passim communem hanc tenentes.* Annum hic intelligimus Saxonicum, propter communem Saxonibus modum loquendi, Jahr und Tag. *Conf. Zob. Diff. Jur. Civ. & Sax. part. 2. diff. 3. in fin. & diff. 3. n. 10.* Retinuit tamen inclytus noster Senatus jus aggratiandi hac in parte in verb. unverlaubt des Raths, quæ docent, posse Senatum hunc etiam intra annum recipere.

§. 22. Wo aber nach Tode der Eltern nicht so viel an Gütern gefunden würde, daß man die Kinder davon erziehen könte, so mögen die nechsten Freunde der Kinder solche Güter mit Bewust des Raths verkauffen, und den Kindern das, so davor gefället, jeglichen, so viel auf sein Anzahl zustehet, verschreiben, und von Tag zu Tag einlegen lassen, wenn sie zu ihren verständigen mündigen Jahren kommen, solches zu fordern haben mögen, zwischen und mitler Zeit aber sollen die Kinder von den Freunden, so best geschehen mag, mit Handwercken, oder in die Schule, wo es Knaben seyn, und die Jungfrauen zu vernünfftigen Leuten, bey den sie Zucht lernen mögen, verschafft und versorget werden mögen.

Thes. XVII. Supponit hic §. casum, *quo bona tanta non sunt, ut ex reditibus eorum alimenta præstentur liberis:* Quo casu ad alienationem rerum, & ea facta ad divisionem inter liberos perveniendum, quibus singulis portiones assignatæ custodiæ publicæ tradantur. Alienatio hæc facienda a proximis consangvineis, die nechste Freunde, & autoritate Senatus. Illud infert, ad tutelam vocandos esse proximos consangvineos, ita ut vestigium tutelæ legitimæ superesse videatur, de qua vid. *tit. I. de legit. agnat. tut. & Pand. de legit. tut.* ubi nota differentiam agnatorum & cognatorum jam ipso Jure Novell. sublatam esse. *Dn. Struv. Ex. 31. th. 25.* Hoc, sine autoritate Senatus alienationem esse irritam. Quo respiciunt compilatores ad id, quod jure nostro alienatio rerum, minorum & impuberum, immobilium & mobilium, quæ servando servari poterant, non potuerit a tutoribus & curatoribus fieri, nisi (1.) probaretur justa & urgens alienationis causa. (2) Judex super eam cognitionem habuisset, & (3) de alienando interposuisset decretum. *tot. tit. Pand. de reb. eor. qui sub tut. vel cur.* facta vero erat nulla. *l. 2. C. de Præd. & alien. reb. min.* Quod & praxis Saxonica servat, ut nulla dicatur, ubi unum

sal-

saltem requisitorum defecerit. Concordat & nostrum Statutum; dum enim requirit reditus ex bonis alimentis liberorum non sufficere, justam præsupponit alienationis causam: dum Senatus autoritatem, ejusdem cognitionem, num bona non sufficiant? & decretum. *Conf. Dd. ad d. t.*

Thes. XVIII. Sed quæritur hic, si pecunia ex bonis redacta, custodiæ publ. demandanda, **wenn die Vormünde es sollen einlegen lassen**, unde impuberibus subministranda alimenta? Resp. Procul dubio cuique ex sua parte, quam per divisionem accepit. Suppeditat tamen præterea Statutum Tutoribus salubre consilium, si pueri collocentur opificibus ad artes eorum addiscendas, Scholæ demandentur, puellæ vero aliis honestis dentur fœminis, quibus ministrent, & sic alimenta percipiant, patrimoniumque eorum conserverur.

§. 23. **Item die Kinder nehmen Erbe von ihren Eltern, dergleichen nehmen die Eltern das Erbe der Kinder, die vorder nicht Kinder hinter ihn verlassen.**

Thes. XIX. Redeunt nunc Statuta ex diverticulo tutelarum in viam materiæ successionis ab intestato, traduntque regulam descendentium & ascendentium successionem concernentem, quæ talis est: *Liberi parentibus, & parentes liberis succedunt*, quæ limitatur, *si liberi liberorum supersunt*, verb. **die vörder keine Kinder.** De æquitate utriusque successionis eleganter disserit *Dn. Struv. ad tit. de inoff. test. Ex. 10. th. 7. & 8.* quo me brevitatis studio remitto. De successione ascendentium actum initio partis hujus secundæ; restat igitur ordo descendentium, quem videbimus in seqq. §. Illud saltem hic non omittendum, hujus haberi potissimam rationem, ita ut toties cesset ascendentium & collateralium successio, quoties descendentes supersunt, quod & sibi vult dicta limitatio, parentes esse admittendos ad successionem liberorum, qui liberos post se non relinquunt, **die vörder keine Kinder hinter sich verlassen.**

§. 24. **Söhne und Töchter seyn gleich nahe am Erbe zu nehmen, so sollen auch Kindes-Kinder in der Groß-Eltern Güter, wo ihren Eltern daraus mit Abstattung nach Genüge geschehen, an statt ihrer Eltern, Erbtheilunge neben ihren Vettern erlangen und haben, also, daß ihnen allen, so viel ihren Eltern, wo die noch am Leben, zustehen und gebühren möchte, auch und nicht mehr gegeben werde.**

Thes. XX. Non videtur hic operæ pretium, occasione successionis descendentium excurrere in Juris Civilis antiqui dispositiones, quatenus hi jure XII. Tabb. Constitutionibus Principum & Jure Prætorio fuerint admissi, quod exponunt tituli priores *lib. 3. Institutionum*, qui propterea, quod novum Jus surrogatum sit, a Dd. in prælectionibus & Commentariis solent omitti, *vid. Pomeresch. in annot. ad Inst.* qui loco 13. titulorum N. 118. ubi successio ab intestato Juris novissimi proponitur, in medium adducit & exponit. Ideoque si quid ex Jure Civili desumptum esse voluero, ex dicto Jur. novis. depromam. Sunt autem secundum illud descendentes vel primi, vel ulterioris gradus: Primi iterum vel soli, vel cum ulterioris gradus concurrentes. Hoc enim jure sublata differentia inter masculos & fœmellas; primi & ulterioris gradus; an ex masculo, an fœmella ulteriores descendant; an sint in potestate, an extra eam constituti. *Pomeresch. d. l. ad c. 1. d. n. 118.*

Thes. XXI. Cum descendentes omnes sunt primi gradus & soli, tenet regula: quod parentibus æqualiter succedant in capita, **in die Häupter, nach Haupt Zahl**, ita ut tot fiant partes, quot sunt personæ, **so viel Mund, so viel Pfund.** A qua regula nec Jure Saxon. & secundum praxin ejus quicquam diversum reperitur dispositum. Quibus Jus nostrum Statutarium consentit, verb. **Söhne und Töchter sind gleich nahe am Erbe zu nehmen**, ubi notandum, quod etsi forte alibi voce filii & filiæ contineatur nepos & neptis, illud tamen in materia successionis veniat restringendum, quia ubique fere sibi invicem solent opponi. *Vid. d. N. 118. c. 1. & textum nostrum.* Procedit hæc regula simpliciter, si liberi utrumque parentem habeant communem, si vero saltem alterutrum, eidem conjunctim, alteri separatim succedunt. *Dn. Struv. Ex. 38. th. 17.*

Thes. XXII. Quando vero descendentes primi cum descendentibus ulterioris gradus concurrunt, v. g. qui moritur, post se relinquit filios & filias, & ex defunctis filiis vel filiabus nepotes, successio fit in stirpes, **der Stämme Theil nehmen**, **in die Stämme gehen**, *d. N. 118. c. 1.* repræsentant enim nepotes defunctos suos parentes, quod jus repræsentationis secundum communem Dd. opinionem, in descendentibus procedit in infinitum. Suffragatur huic decisioni nostra Statutaria, verb. **Sollen auch Kindeskinder in der Groß-Eltern, an statt ihrer Eltern, neben ihren Vettern** &c. **also daß ihnen allen, so viel ihrer Eltern, wo die noch am Leben**, &c. Quod tamen limitatur in textu, nisi parentes acceperint portionem suam, dum viverent, verb. **wo ihren Eltern daraus nicht Abstattung geschehen**, sic enim per collationem fingunrur nepotes tum accipere. Quid si vero parentes nepotum defuncti partem portionis debitæ tantum acceperint? Tunc sine dubio nepotes eam conferunt, & residuum accipiunt. *Conf. hic t. de Collat. bonor.* Deni-

que quando omnes descendentes ulterioris gradus sunt, eadem obtinet successio in stirpes, quia omnes repræsentant suos ascendentes, mediantibus quibus ascendentibus conjunguntur, idque ex eadem cum præcedenti casu dispositione. Hæc de legitime natis liberis; de cæteris silet Statutum, & sic procul dubio Jus commune tenet, quod habet *Dn. Struv. d. Exerc. 38. th. 10. & seqq.*

Artic. I. Pars Tertia de Successione Collateralium.

§. 25. **Wo aber die Kinder und Kindeskinder, Schwester oder Brüder, der eins gezweyet oder ungezweyet nicht vorhanden, so nehmen alle die, die sich an der Sippe gleich geziehen mögen, das Erbe und Gut gleich, und theilen das unter sich.**

THES. I.

Restat tertius ordo Collateralium, de quo commune Jus tenet regulam, quod admittantur ascendentibus & descendentibus deficientibus. *N. 118. c. 3.* Inter hos primum locum tenent fratres & sorores, *d. c. 3.* quos utrinque conjunctos Jus Civ. simul cum parentibus admittit, *vid. supra in success. ascend* dicta, qui ideo omnibus reliquis collateralibus præferuntur. Nec habetur ratio, utrum ex utroque, an ex uno latere jungantur, omnes enim admittuntur ad successionem fratris vel sororis defunctæ, sed diversimode, uti ad seqq. §§. dicendi dabitur occasio. Adhuc saltem (1) notanda regula, fratres & sorores omnes excludere collaterales cæteros. (2) Fratres admitti, descendentibus deficientibus. (3) Deficientibus descendentibus, post fratres Germanos, consanguineos & uterinos, cæteros collaterales, juxta gradus prærogativam esse admittendos. Jure Civili antiquo magna quidem erat differentia agnatorum, quos LXII. Tabul. & cognatorum, quos Prætor vocabat *unde cognati*; verum ista differentia exspiravit, secundum *d. N. 118. c. 4.* Gradus tamen inter hos prærogativa attendenda, ut proximiores excludant remotiores, & plures ejusdem gradus admittantur in capita, alius enim successionis modus inter hos locum non habet. *Baumresch. ad d. N. 118. c. 4. in fin.* Quo & Statutum inclinat verb. **die sich an der Sippe gleich ziehen**, quæ docent. proximitatis gradus habendam rationem, & verb. **sie nehmen alle die, das Erbe und Gut gleich**, quæ ostendunt, plures ejusdem gradus omnes esse admittendos.

§. 26. **Ungezweyete Brüder und Schwestern nehmen Erbe vor denen, die gezweyet seyn, von Mutter und Vater, denn die gezweyten mögen das nicht thun.**

Thes. II. Hic §. in specie successionem fratrum examinat & sororum, & de ea hanc ponit regulam: *Frater & soror utrinque conjuncti, fratrem & sororem ex uno latere excludunt.* Dicuntur hic **gezweyet** und **ungezweyet**, alias **vollbürtig** und **halbbürtig**. Qua in re convenit cum Jure Saxon. & Civili, secundum *d. N. 118. c. 3. pr. verb. ex eodem patre & matre junct. vers. his autem.* Fratres enim ex uno latere conjuncti Jure Saxon. gradu sunt remotiores. *Dn. Struv. Ex. 38. th 35. circa fin. allegans* **Land-R.** *lib. 1. art. 20. in fin.*

§. 27. **Des Verstorbenen ungezweyte Brüder Kinder aber und die halben Brüder und Schwestern sind gleich nahe am Erbe zu nehmen.**

Thes. III. Supponitur hoc §. de successione liberorum fratris utrinque conjuncti cum fratribus & sororibus ex uno latere concurrentium talis regula: *Fratrum ex utroque latere conjunctorum liberi cum fratribus & sororibus ex uno latere conjunctis admittuntur in capita.* Qua in parte sequitur dispositionem Juris Saxonici, omissa dispositione Juris Civilis. Jus enim Civile *d. N. 118. c. 3.* his fratrum & sororum utrinque conjunctorum liberis singulare concessit beneficium, quod possint defunctum suum parentem etiam in hac successione collaterali repræsentare. Unde etiam evenit, quod non saltem cum patruis suis in defuncti patris bona admittantur in stirpes, verum etiam secundum *d. N.* ex uno latere conjunctos fratres & sorores excludant. Jus vero Sax. repræsentationis beneficium denegat, & ideo, cum fratres & sorores ex uno latere cum fratrum filiis ex utroque sint ejusdem, admittit, & lex præterea vult, ut fratres ex utroque latere, fratrum eodem modo conjunctorum liberorum excludant. *Dn. Struv. d. Ex. 38. th. 33. in fin. Con. 18. p. 3. §.* **Wann aber ein halber Bruder.**

§. 28. **Des Verstorbenen halber Bruder oder halbe Schwester ist näher Erbe zu nehmen, denn des Vatern oder Mutter Bruder oder Schwester.**

Thes. IV. Casus § talis esto: *Titius habens fratrem & sororem consanguineos vel uterinos & patris sui antea defuncti fratrem, Mevium vel sororem Tulliam, moritur;* Quis capiat hæreditatem Titii? Resp. Secundum Statutum frater & soror ex uno latere. Ratio Statuti decidendi est petenda ex iis, quæ habet *Dn. Struv. th. 34. pr. d. Ex. 38.* quod fratrum utrinque conjunctorum liberi excludant defuncti patruum, amitam, avunculum & materteram etiam utrinque conjunctos, quod probat *Serenis. Elect. d. C. 18. §.* **Stürbe denn ein Mann, 2c.** Licet enim gradu sint æquales, nempe tertio,

tio, fratrum tamen liberi se habent ut descendentes, & patruus defuncti cum antea dictis sese habent ut ascendentes; Descendentium autem potior habenda ratio. Nunc vero constat, fratrum ex utroque latere liberos esse cum fratribus ex uno latere gradu pares, cui accedit, quod hi descendentium loco habeantur, ergo præferendi erunt, sicut & illi, patruo, amitæ, avunculo & materteræ defuncti, licet utroque vinculo jungantur. De Jure Civili dubium non est, per *d. C.3. N. 118.* secundum quod fratres ex uno latere sequuntur fratres utrinque conjunctos. *Conf. d. Const. 18. par. 3. pr. in fin.*

§. 29. **Des Verstorbenen Groß-Vaters und Groß-Mutter und seines Vaters oder Mutter Bruder oder Schwester sind gleich nahe Erben zu nehmen nach Personen Zahl.**

Thes. V. Casum hujus §. formabimus ita: *Titius post se relinquit, patre jam mortuo, avum Sempronium & patris sui fratrem Tullium, Sempronii filium:* Qv. quis capiat hæreditatem Titii, num avus Sempronius, an vero filius ejus Tullius, Titii patruus? Resp. Dividetur inter eosdem in capita, verb. **nach Personen Zahl**: ita ut si concurreret Sempronii uxor, Titii avia, illa quoque partem faceret, juxta hanc dispositionem Statutariam. Quam tamen puto tam a Jure Saxon. quam Civili recedere, & aliquid plane singulare continere. Secundum Jus enim Saxonicum ascendentes collaterales excludunt omnes, ut supra deduximus: Idem dicendum de Jure Civili, exceptis iis, quos excipit *cap. 2. d. N. 118.* Quæ res rationem habet: Est etenim avus filio suo, defuncti patruo, proximior linea & gradu. Linea, quia est in recta ascendentium, hic in collaterali gradu, quia avus a nepote suo distat secundo; patruus vero a fratris suo filio tertio gradu, nec possumus a Titio pervenire in computatione ad Tullium, nisi prius pervenerimus ad Sempronium, unde proximitas gradus plus satis constat, nec poterit hæc Statuti dispositio alia ratione quam per specialitatem defendi.

§. 30. **Schwester und Bruder, oder ihr eines gezweyet oder ungezweyet, nehmen Erbe vor den Großvater oder Großmutter, und vor andern allen, sie stehen auffwerts oder Seithalben.**

Thes. VI. Ad pleniorem intellectum dabimus hunc casum: *Titius, relicto avo suo Mevio & fratre vel sorore Tullio & Caja utroque vel uno saltem latere conjunctos:* Q. quis capiat hæreditatem? Resp. Tullius & Caja, ubi nota, recedere hoc Statutum itidem a Jure Sax. secundum dicta th. præcedenti. A Jure Civili quoque discrepat, quod fratres tam ex uno latere quam ex utroque conjunctos avo, aviæ & omnibus ascendentibus præferat, cum Jus Civile secundum sæpe laudatam Novellam *118. c. 2.* ascendentes omnibus collateralibus, exceptis fratribus & sororibus utroque vinculo conjunctis, quos simul admittit, præponat.

§. 31. **Nehmen zweene Brüder zwo Schwestern, und der dritte Bruder ein fremd Weib, ihre Kinder seyn alle gleich im Erbe zu nehmen.**

Thes. VII. Disceptatur hic *de tribus fratribus, quorum duo sibi matrimonio sociaverant duas sorores, tertius vero aliam quandam, quorum quisque ex se relinquit filios:* Quæstio est, si quis ex consanguineis parentum moriatur, num isti, quorum matres sorores sunt, præferantur cæteris, extraneam matrem habentibus? Negatur in textu. Ratio dubitandi; quia ex sororibus nati arctiori vinculo conjunguntur. Ratio decidendi; quia mediante cujusque patre obvenit hæreditas, ratione cujus omnes sunt æquales. Si vero casus ita formandus: *Titius, Cajus & Sempronius fratres sunt: Ducit Titius Meviam, Cajus Tulliam, filias Autronii. Sempronius aliam quandam Felicianam. Moritur Titius, relictis duobus liberis; moritur & Cajus, relicto filio; moritur tandem & Sempronius, relicta ex se prole: post hinc contingit mori filium Caji?* Qv. num liberi Titii cum iis, quos reliquit Sempronius, sint admittendi simul ad successionem filii Caji? Resp. utique, quia per parentem omnes defuncto æqualiter junguntur. Sed quomodo? Resp. Si sententia ferenda juxta ea, quæ ex *Richtero* adducit *Dn. Struv. d. Exerc. 38. th. 34. in fin.* liberi Titii duplici respectu capient partes, quia duplici ratione tam patris quam matris defuncto filio Caji eadem proximitate sunt conjuncti. Si vero secundum Statutum, nihil proderit duplicitas vinculi, verb. **sind alle gleich am Erbe zu nehmen.**

§. 32. **Meines Vettern oder meiner Muhmen, meines Ohmen oder meiner Basen, oder Brudern Kind oder Schwester Kind, die ungezweyet seyn, von Vater und Mutter, die sind alle gleich an Erbe zu nehmen, da aber Zweyunge an ist, die seynd dem Erbe ferner zu nehmen.**

§. 33. **Meines Brudern oder meiner Schwester Kindes-Kind und meines Vettern oder Ohmens, oder Basen, oder Muhmen Kinder, die seyn alle gleich an Erbe zu nehmen, da keine Zweyunge an ist von Vater und Mutter.**

Thes. VIII. Declarant hi §§. exemplis, reliquos consanguineos juxta gradus prærogativam succedere, & plures ejusdem gradus simul in capita esse admittendos. Illud saltem insuper habendum non est, quod ex uno latere conjuncti, quocunque gra-

gradu constituti sint, semper uno gradu habeantur remotiores, quam ejusdem gradus ex utroque latere, ita ut, si velimus in gradus proximitatem inquirere, fingamus aliquem duplici vinculo junctum, & deinde adjiciamus gradum unum, res erit salva. v. g. Secundum computationem communem frater est secundo gradu, qualiscunque sit; Si disquiratur, quo secundum Jus Saxon. sit frater consanguineus? dico tertio, quia uno ex latere saltem conjunctus; quam computationem Jur. Sax. suam fecisse Jus nostrum Statutarium, ex his §§. fin. luculenter constat.

Thes. IX. Habes L. B. quæ ingenii tenuitas in medium circa hanc successionis causam proferre concessit, plura procul dubio a scopo aliena. Prodii enim ad Lares Academicos ingenio admodum fragili, quod observantiam fori nostri, unde optima petenda Statutorum explanatio, non admisit, meliora dabit experientia, & errores emendabit judicii futura firmitas. Cæterum venia mihi petenda est ab inclytæ nostræ Reipubl. Patribus, Patronis omni obsequiorum genere devenerandis, quod non impetrata venia partem Statutorum nostrorum sub incudem Juris revocare, typisque exscribi fecerim. Non enim me fugit, laudabili satis more, memoriæ civium potius, quam tabulis eboreis vel papyraceis, nostas has leges fuisse mandatas, quod obtinuisse jam olim apud Lacedæmonios, Imperatorium extat testimonium *in §. 10. de J. N. G. & C.* Nec enim scriptura, sed sancientis voluntas legem facit, & quid interest, num scripto, an voce præconis in publicam ducatur lex notitiam. Spero autem me eandem facile impetraturum, si respexerint, eum in vastissimo Jurium pelago feliciter demum navigare, qui Jura loci, quo pedem figit, inprimis curæ habuerit. Servet Supremum Numen Patriam dilectissimam diu incolumem; Quod faxit

Benedictus in Secula!

Q. D. B. V.

DISPUTATIONEM JURIDICAM DE

MORGENGABA ZITTAVIENSI,

Occasione Statuti

&

MAGNIFICO JCTORUM ORDINIS INDULTU

SUB PRÆSIDIO

DN. ANDREÆ MYLII, J. U. D.

ET INSTITUT. IMPERIAL. P. P.

Patroni & Doctoris sui devenerandi,

In Celeberrima hac Philuræa,

Ad diem Octobris Anno M DC LXXXIV.

ab hor. VIII. ad XII.

Solenniter ventilandam proponit

AUTOR

JOH. HENRICUS a LANCKISCH,

ZITTAV. PATRIT.

Tenor Statuti Zittav.

De

MORGENGABA.

Sub Rubr. **Von Ehlichen Gelübden und Hochzeiten.**

VOr allen Dingen sollen alle heimliche Gelübde, so unbewust und unbefragt der Eltern, Vormünden und nächsten Freunden, mit Wittwen oder Jungfrauen sich zutragen, bey ernster Straffe und Poen verboten seyn. So viel aber die Ehe-Stifftung und Beredung der Ehe und Morgen-Gabe betrifft, soll ein jeder Bürger und Einwohner, er sey Vater, oder Vormund, oder Blut-Freund, der seine Tochter, Mündlein, oder Freundin, einem Wittwer oder Junggesellen ehelichen zugesagt und zu verheyrathen bedacht, auf den

den Tag der Verlobung und Ehe-Beredung, vom Bräutigam die Morgen-Gabe, nach der Stadt altem Herkommen und Gebrauch, abfordern; Und wo die Beredung vollbracht und beschlossen, dieselbe bräuchlicher Weise mit dem Handschlage verbürgen, wo auch vonnötheu, verschreiben lassen; und wo solches übergangen, soll niemand zur Zahlung der Morgen-Gabe verpflicht seyn. ꝛc.

*** *** ***

PROOEMIUM.

MUnicipalibus plerumque Civitatibus Jus sibi quoddam circa statuta facienda constitutum esse jam in propatulo est; Et tanto quidem etiam vigore, ut ea condita & promulgata non solum instar legum serventur, sed etiam ipsis legibus, nisi utilitati publicæ repugnent, præponantur, quod Romanis æque ac hodiernis moribus sancte confirmatum patet. Cum igitur in eligendo Disputationis themate omnino solicitus nullam prorsus materiam invenire valuerim, de qua non veritus essem, crambem vel centies coctam iri adductum; tandem recordatus dulcissimæ meæ Patriæ non dubitare licuit, Inclytam hanc Remp. suis quoque privilegiis & juribus singularibus gaudere. Quamobrem credidi, me optime consulturum, si ex Statutis, quæ ibi vigent, thema quoddam accerserem, illudque elaboratum publicæ disquisitioni traderem, cum ea præcipue iis sint addiscenda, quibus cordi est, Patriæ commodum aliquando observare, imo turpe sit Patritio, Nobili & causas oranti jus, in quo versatur, ignorare, *l. 43. ff. de Orig. Jur.* Inter alia vero, quæ deprehendi, imprimis placuit nobilissimum illud de MORGENGABA. Et quo certius credo hoc ipsum a nemine adhuc fuisse tentatum, benigniorem quoque me nacturum lectorem & Interpretem spes est. Quod si vero quædam, B. L. minus recte elaboraverim, nec ex voto, uti exposcit substrata materia, satisfecerim, Tuæ humanitati tantum confido, Te non Voluntatem, quin potius imbecillem meam ingenii facultatem esse excusaturum. Tu autem Fons & Origo omnium bonorum, largire dona spiritualia, ut cœptis omnia ad Tui gloriam, meamque salutem feliciter succedant!

Sectio Prior de Morgengaba Zittaviensi constituenda.

THES. I.

ANtequam Nos ad specialiorem Tractationis partem accingamus, operæ pretium duximus, in genere prius delibare *Morgengabam*, quam in Germania & præsertim in terris Saxonicis undiquaque usu esse receptam deprehendimus, ut ea cognita facilius innotescere possit, quid Nos *statutaria* ac singulari *hac Morgengaba* intendere conemur.

Thes. II. Et vero *Morgengabam* ex duobus voculis germanicis compositam cernimus, Morgen, quod mane seu matutinum, & Gabe, Donum, quasi *Donum matutinale*, reservato Idiomate germanico, quod in jure nostro non infrequens est, cum natura rerum conditum est, ut plura sint negotia quam vocabula *l. 4. ff. praes. Verb.* adeoque quocunque saltem modo commodissime fieri potest, compensentur; Cujus derivationis exempla plura exhibet *Besold. thes. pract.* voc. Ganerben, Schrifftsassen, Amtsassen ꝛc. Nec e contrario a Latinis pauciora exhibentur, quæ teutonico ore adhuc repetimus, & passim evolvi possunt in *Besold. l. c. Webn. Obs. pract.* aliisque sub voce Linie, Testament. &c. Græce ὑπόβολον, germanice vero Morgencap, sive Morgengheb, vel secundum idioma nostrum, Morgen-Gabe appellatur. *Hartm. Pist. lib. 1. quæst. 44. n. 1.*

Thes. III. Accipitur autem Verbum *Morgengaba* vel pro eo, quod uxori nobili ex bonis mariti defuncti ex dispositione Juris Saxonici debetur, ad quam refertur alles Feldgängige Weibliche Vieh, als Kühe mit den Kälbern, Ziegen, Schweine, und Sau-Mütter, die vor den Hirten gehen, Landr. *l. 1. art. 24. in pr.* Rothschütz, *part. 3. art. 17. n. 1. seqq. Dn. Christianus Gastelius, Specul. Jur. Univ. c. 25. n. 195. pag. 422.* Vel pro donatione a Sponso Sponsæ altera nuptiarum die

in

in præmium amissæ Virginitatis facta, Landr. *l 1. art. 20. Struv. ex. 30. th. 42.* Vel denique pro re a Marito Uxori, vel Patri, Curatori, Cognatis Ejus non existentibus liberis in casum futuræ mortis promissa. Quæ significatio hujus est loci.

Thes. IV. Quemadmodum autem vana & tædiosa videretur perscrutantis lectio, imo inutilior scribentis meditatio, si ea negligantur, sine quibus cætera vix ac ne vix quidem intelligi possunt, necessarium omnino duximus, in antecessum apponere hujus Definitionem. Sed cum omnis Definitio in jure nostro periculosa sit, juxt. *l. 202. ff. de R. J.* & parum sit, quin unica, etiam levissima Circumstantia eam subvertere queat, in præsenti forsan excusabimur, ut aliqualem, sufficientem tamen & captu facilem descriptionem apponere annitamur. Nec putamus, quicquam in obscuro mansurum, si faciamus sequentem. ***Morgengaba Zittaviensis est res, a Sponso Sponsa, vel Patri, Curatori, Cognato ejus, non existentibus liberis in casum futura mortis promissa.***

Thes. V. *Causa Efficiens Remota* est *Senatus Zittaviensis*, qui sine consensu Civium perpetuam statuendi habet licentiam. Licet enim Civitates provinciales non gaudeant superioritate territoriali, sed Principibus, in quorum territorio existunt, sunt subjectæ, nihilominus tamen ipsis quædam statuendi licentia competit, etiam absque Superioris confirmatione. *cap. 1. de Const. in 6. cap. 19. x. de Jurjur.* scil. de iis, quæ administrationem & jurisdictionem Civitatis concernunt. *Mevius ad Jus Lub. quæst. prælim. 2. n. 43. Brunnemann. ad L. 5. C. de Summa Trinit.* modo jurisdictione & mero imperio sint investitæ per Principem. *Coler. de process. execut. part. 1. c. 3. n. 12. seqq. Ziegler. ad Calvol. §. Civitas. concl. 1. n. 18.* Secus esset, si de eo, quod jurisdictionem & jus, quod habet Magistratus, egreditur, statuere velit Civitas. Sic enim Confirmatio est necessaria. Unde sicuti priori casu Statuta Legis vim non habent (nisi forte latissima significatione eadem leges appellare velimus) ita posteriori naturam ejus omnino induunt, cum ista non tam ab ipsa Civitate, quam potius ab eo, qui summum tenet Imperium, profecta videantur. Vid. *omn. Dn. Ziegler. de Jur. Maj. l. 1. c. 3. aph. 16. seqq.*

Thes. VI. *Causa Efficiens proxima* sunt *Persona* hanc Morgengabam *constituentes*, quales sunt ex una parte *Sponsus*, ex altera vero *Sponsa*. Unde facile patet, quod omnes intelligamus, inter quas Sponsalia consistere queunt. Et quidem quoad Sponsum nil refert, an primas an vero secundas nuptias contrahat. Causa enim finalis hujus juris in eo, ut post Mortem Mariti ex bonis ejus aliquid Uxor superstes acquirat, consistit, quam utroque in casu militare per se satis est manifestum. Hoc tamen observato, ut Sponsus Viduus, liberis prioris matrimonii maternam assignet hæreditatem, cujus Usumfructum tamen Jur. Civ. ad dies Vitæ *l. 1. 2. C. de bon. matern. junct. §. pen. J de Usufr.* Jure Sax. vero usque ad propriæ familiæ institutionem retinet. *Carpz. p. 2 c. 10. d. 7. Schneidew. ad §. 10. de Action. n. 2.* Sed hæc libere fiunt, si Sponsus sit Paterfamilias; Cæterum si est filiusfamilias, de peculio castrensi & quasi & adventitio irregulari quidem hanc Morgengabam pro lubitu constituit. *l. 6. C. de bon. qu. lib. l. pen. §. 2. C. de Usufr. junct. l. 2. C. ad SCt. Maced. Nov. 112. cap. 1. §. 1.* De profectitio & adventitio regulari vero non aliter quam Patris accedente consensu. *l. 7. ff. de don. junct. l. 74. ff. d. R. J.*

Thes. VII. Circa *Sponsam* itidem notandum, nil quicquam interesse, Virgo sit an Vidua, minor an major, dives an inops, sive sit ex ordine Senatorum, sive Civium; Omnibus enim Morgengabæ hujus constitutionem postulare permittitur. Nam verba Statuti generaliter sunt concepta, ideoque generaliter accipienda. *Arg. l. 8. ff. de Publ. in rem act.* modo si Patrem, Curatorem, Cognatum habeant, eosdem adhibeant in verb. **Er sey Vater, oder Vormund, oder Blut-Freund,**; Et si Vidua sit, quæ novo Marito est nuptura, Liberis prioris Matrimonii Bona Paterna, si eorum administrationem habuit, restituat, quod variis in locis tam stricte observatur, ut non ante copulatio novorum Conjugum permittatur, quam si Vidua ab illis liberis se liberaverit. Ex prædictis infertur, quod ex personæ, quæ sponsalia celebrare nequeunt, nec facultatem hanc Morgengabam stipulandi & promittendi habeant. Unde arcemus Infantes, *l. 14. ff. de Sponsal.* Furiosos. *l. 5. & 40. ff. d. R. J.* eosque, qui vel ob Consangvinitatem vel Affinitatem sponsalia contrahere prohibentur. Vid *§. 1. seqq. J. de Napt.* & alios plures, de quibus Dd. passim.

Thes. VIII. *Objectum materiale*, sunt res in patrimonio privatorum existentes. *l. 5. l. 178. l. 222 ff de V. S.* sive sint mobiles sive immobiles. *l. pen. C. de jur. dot.* sive numero, pondere & mensura constantes. *l. 12. ff. eod. Wesenb. h. t. n. 3.* sive corpora sive species; futuræ & præsentes. *Ludwell. ex. 6. th. 10. lit. c.* Corporales & Incorporales *l. 9. pr. de donat. Ludov. d. l. lit b.* ut puta obligatio seu actio, & Nomen debitoris *l. 44. & 45. ff. de jur. dot. l. 2. C. de O. & A. Pacius Isag. de Jur. dot. n. 3. Dn. Struv. ex 30. th. 6.* Quantitas vero determinata non est, quæ tamen plerumque respicit divitias Sponsi

&

& Parentes Sponsæ, qua dignitate & quo honore excellant.

Thes. IX. *Objectum formale* sunt *Res a Sponso Sponsa vel Patri, Curatori, Cognato Ejus non existentibus liberis in casum futuræ mortis promissa.* Requiritur ergo 1. *Res*, vid. thes. præced. 2. Ut illa sit *promissa*. Quod non de promissione ultronea accipiendum, sed de ea, quæ fit ad præcedentem interrogationem, vel, quia Verbum Promissio est Relativum, quod ad aliud perpetuo refertur §. 16. *I. de Inutil. Stip.* Vel quia in nostro Statuto expresse repetitur verbum **abfodern**, quod satis innuit stipulationem præcedere debere. Quanquam non negemus, fieri posse, ut citra illam rogationem fiat promissio spontanea, quo casu, si ex parte Sponsæ sequitur acceptatio, similiter etiam promissorem obligari constanter asserimus. Sed hoc tantum volumus, non teneri Sponsum *Morgengabam* constituere, nisi ea de re fiat interpellatio, cum verba Statuti illud immediate non requirant, sed arbitrio Sponsæ & personarum eidem adsistentium potissimum relinquant. Fit autem *Promissio* vel per *Stipulationem* vel per *Pactum*. *Stipulatio* quidem, si velint agentes, adhiberi potest, neque tamen ideo est necessaria, postquam hodie receptum, ut etiam ex pacto nudo de re certa animo se obligandi a sciente & volente inito efficax detur Actio. *Vinn. Tr. de Pactis c. 7. in fin. Carpz. p. 2. c. 10. d. 17. Pactum* vero usitatissimum est, sub quo tamen antecedentes illos sermones, quos Tractatus vocare solent, & quibus de contrahendo f. conveniendo agitur, comprehensos nolumus: cum enim nulla hic seria, meditata aut constans adsit promissio, nullam etiam obligationem oriri posse, certum est. 3. *Ut promissio fiat a Sponso, Sponsa vel ejus Patri, Curatori, Cognato.* Patri quidem, ob reverentiam naturalem, quam liberi exhibere debent. arg. *pr. I. de Nupt. l. 2. ff. de Obseq. Parent. & Patr. praest.* Cognato vero præcise fieri non debet, quod observantia satis testatur. Sed Curator hujus statuti vigore intervenire debet, in tantum, ut si Sponsalia citra Ejus consensum tractentur, contravenientes pœnam Relegationis incurrant per text ibid. **Desgleichen sollen den Wittben Vormunden gegeben werden, welche, und auch die Töchter, hinter Bewust derselben sich nicht verloben sollen, bey Straffe, daß sie die Stadt Jahr und Tag meyden, und unbewust des Raths nicht wiederkommen.** Sed annon inter absentes possit conveniri de Morgengaba quæritur? Et Resp. Aff. quia in nostro Statuto præsentia Personarum præcise non exigitur, sed dicitur solum: **daß ein ieder Bürger und Einwohner die Morgengabe abfodern solle**, quod tam inter absentes quam præsentes fieri potest; Et licet addatur, **daß dieselbe mit dem Handschlage verbürget werden solle**, ex eo tamen non continuo ad præsentiam personarum inferri potest, quia promissionem stipulata manu Procurator sufficienti mandato instructus Sponsi nomine facere, eamque si Sponsæ negotia tractet, ejus contemplatione acceptare potest. 4. *Ut fiat in die Sponsaliorum*, **auf den Tag der Verlöbniß oder Ehe-Beredung.** Quæ solennitas videtur esse de Morgengabæ essentia, cum hæc co tempore non promissa ex postfacto non reconvalescit. Sed an post sponsalia celebrata hæc Morgengaba augeri possit, quæstionis est? Distiguendum videtur inter incrementum naturale & adventitium, ita ut recipiat quidem augmentum ex ipsa re in Morgengabam data vel promissa proveniens, non vero illud, quod extrinsecus accedere solet. Differentiæ ratio hæc reddi potest, quia naturale eandem rationem cum re principali habet, non item adventitium. Non obstat c. 42. de R. J. in 6. qvia Regula ibi proposita procedit tantum in accessorio necessario seu essentiali, non vero accidentali. Vid. *Ludov. ad l 129. §. 1. ff. de R. J. numer. 4.* Cœterum minui posse durantibus nuptiis Morgengabam, nullum habet dubium. *l. 113. ff. d. R. J.* 5. *Interveniente*, si opus, *Scriptura*. Merito adjicitur, *si opus*, cum ad hujus subsistentiam non facere videtur. *l. 6. C. de dot. promiss. l. 13. C. de Nupt. Wesenb. de R. N. numer. 5.* Solent tamen plerumque instrumenta confici, non ut formam dent negotio, sed facilioris probationis gratia, & ad futuram rei memoriam. *l. 4. ff. de fid. instrum. l. 4. ff. de pign.* Quo sane casu optime facta, quamvis extrajudicialia putamus instrumenta, quibus testes subscripserunt Nomina, suumque Sigillum apposuerunt, tunc enim magis creditur Instrumento quam Testibus instrumentariis. *Carpz. p. 2. c. 43. d. 7.* Et talia etiam semper solent confici ex usu Zittaviensium, nisi quod excipere velis vel infimæ sortis & conditionis homines. 6. *Non existentibus Liberis.* Nam si Liberi extant, succedit in suam debitam partem, de qua latius Sect. posterior. Tandem etiam in nostro Statuto extat, ut fiat *adhibitis fidejussoribus*, quod hodie h. l. non servatur.

Thes. X. Ut singula evadant clariora, lubet Instrumentum, **eine Heyraths**-Notul, uti vocatur, adjicere:

Im Nahmen der Heiligen, Hochgelobten Dreyfaltigkeit, und aus dessen Schickung ist heute unten gesetzten Dato eine Christliche beständige und unwiderruffliche Heyrath geredet, gestiffet, und hiesiger Stadt Willkühr gemäß

mäß placidiret und beschlossen worden, dergestalt und also: Es hat N.N. aus einmütiger Willigung beyderseits Eltern und Anverwandten, sich mit der N. N. Herrn N. N. Jungfrau Tochter in eine GOTT gefällige und Christliche Ehe eingelassen, und einander darinnen herzlich zu lieben, gebührend zu ehren, und in freundlicher Einigkeit lebenslang bey einander zu verharren, kräfftiglich zugesagt und versprochen.

Dieweil denn auch nach hiesigen Orts Observantz ein iedweder Bräutigam seine Hertzliebste auf den begebenden Todes-Fall mit einer Morgengabe zu versehen pfleget, als hat abgedachter Herr Bräutigam diesen zu Folge, mit gutem Vorbedacht und reiffer Erwegung, wol-entschlossen seiner künfftigen Ehe-Liebste 1200 Rthl zu einer vollständigen Morgengabe aussetzen und versprechen wollen. Dergestalt, da es sich nach Göttlichem Verhängnüß zutragen solte, daß Er (welches GOTT gnädig verhüten wolle) vor seiner Liebsten, ehe Ihm GOTT Leibes-Erben bescherete, mit Todt abgienge, soll Sie nicht allein guten Fug und Macht haben, nach Verstreichung des 30sten, ernennte 1200. Rthl. von seiner Verlassenschafft und Vermögen zu fodern, zu heben, und sich auf so viel vergnügen zu lassen; Sondern es soll Ihr auch alles das jenige was Er Ihr vor und bey instehender Ehe verehret und zugewendet, ohn männiglich Einreden, nebst dem halben Hochzeit-Geschencke, abgefolget werden, und eigenthümlich verbleiben.

Und damit dieses alles möge fest und unverbrüchlich gehalten werden, und mehr belobte Jungfer Braut, nach beschehener Copulation und ehelichen Beylager, wegen obbenenneter ihrer Morgengabe, und allen andern gethanen Versprechen versichert seyn; Als ist solche Ehe-Beredung zweyfach zu Papier gebracht, und so dann mit des Herrn Bräutigams eigenhändigen Unterscheifft und angebornen Petschafft corroboriret, auch von beyderseits erbetenen Herren Beystands-Freunden besiegelt und vollzogen worden. Datum Zittau, 1683.

N. Titius, Bräutigam.

Sempronius, als Zeuge.
Cajus, als Zeuge.

Thes. XI. Notanter apponitur *Eine vollständige Morgengabe*, quod vocabulum hunc penes se habet effectum, ut Sponsa plenariam accipiat Quantitatem, quæ sibi adscripta & promissa. Alias enim ex singulari consuetudine receptum est, ut si in instrumento dotali scriptum sit: *Will Ihr eine Morgengabe van 1200. Reichsthl. versprochen haben*, omissa scil. voce *vollständig*, Sponsa non totam hanc summam, sed dimidiam saltim partem, quæ h. l. esset 600. Reichsthl. petere possit.

Thes. XII. Differt igitur *Morgengaba Zittaviens.* 1. a *Morgengaba Sax.* in primo significatu vid. *th. 4.* hoc modo. Illa constituitur inter solos Nobiles, hæc etiam inter Cives & Ignobiles. Illa datur post mortem in rebus indeterminatis jure Legis; hæc intuitu mortis in re determinata jure Statuti. 2. a *Morgengaba Sax.* in secunda significatione vid. *d. th. 4.* Nam datur secundo nuptiarum die antequam ad mensam concumbant pro flore Virginitatis. *Brunnem. ad l. 6. C. de donat. ante nupt. n. 5.* Hæc vero non datur, sed promittitur in die Sponsaliorum. Illius dominium statim vivente marito venit ad Sponsam; ita ut quamvis præmoriatur ea, tamen transfert illud non ad Maritum sed ad proximam agnatam. *Stryk. de Jur. Vidua Sax. in feud. c. 5. §. 2.* Kotschütz *part. 3. art. 17 n. 14. & 15. Möll. 1. Sem. 32.* hujus non nisi post mortem. 3. A *Morganatica* seu *Matrimonio ad Morganaticam*, vel uti a *Grotio l. 2. de Jur. B. & P. c. 7. n. 8* appellatur, ad *Morgengabicum* contracto, vel uti Gallice efferunt *ce que l'on gaigne en cas de la mort. Stryk. d. l. cap. ult. §. pen.* ubi Uxori Ignobili certa pecunia datur, ur ea contenta nihil amplius de bonis Mariti, neque ipsa, neque subsecuturi exinde liberi debeant petere. *2. Feud. 29. Struv. Synt. Jur. Feud. c. 9. §. 5. num. 8. Biccius Aur. Jur. Civ. Sect. 1. th. 6. lit. I.* Secus hic nulla alia conditio adjicitur, nisi post Mariti obitum deficientibus liberis, quibus extantibus succedit in partem debitam. 4. A *Dote*, quæ offertur Sponso a Sponsa, ut facilius sustineat onera matrimonii. *l. 76. ff. de Jur. dot.* Hæc vicissim Sponsæ a Sponso ob futuram successionem. Illa datur a Muliere, ut apud Maritum constante Matrimonio existat, *l. 1. de Jur. Dot.* hæc a Viro, ut post mortem perpetuo penes Uxorem maneat. 5. A *Dotalitio*, quod inter Illustres *ein Witthum*, inter Nobiles *ein Leibgeding* appellatur *Joh. Herm. a Sode Nucl. Jur. Feud. hebd. XI. posit. 3.* & constituitur a Marito nobili, etiam eo mortuo tum a Domino tum ab agnatis, Uxori, quamvis ignobili in compensationem dotis illatæ, *Schulz. Syn. Inst. de donat. lit. c. Struv. S. J. F. c. 14. th. 9.* Et consistit in usufructu seu usuris dotis duplicatæ, ita ut pro mille aureis illatis 200. aureorum reditus nanciscatur, *Schulz. d. l.° Struv. d l.* Nimirum in materia dotalitii permittitur, ut etiam duplicata pensio, adeoque 10. pro singulis centenis solvatur. *Carpz. p. 2 const. 22. d. 2. c. 9.* quæ consvetudo, licet usurarum legitimam quantitatem excedat, tamen vel ideo procedere judicari debet, quandoquidem per Constitutionem dotalitii Emtio & Venditio quodammodo redituum ad vitam mulieris celebrari videtur. *Petr. Heigius ad § 7. de donat. n. 14.*

Durat-

Duratque ad dies Vitæ, nec ad hæredes transmittitur. Rotschüz *p. 3. art. 2. n. 1. 8. & 15. Sprenger. de dotalit. c. 7. n. 32.* Quod tamen aliud hoc loco est, cum hæc nulla licet dote illata vel promissa solum a Sponso constituitur, ut post Ejus decessum non fructus quosdam, sed totam summam acquirat, de ea ex voluntate libera disponat, eamque ad heredes denuo efficaciter devolvat. 6. A *donatione propter nuptias*, olim dicta *ante* nuptias, *§. 3. J. de donat.* Gallice *donation en faveur de mariage. Godofr. ad l. 9. §. 3. ff. de Jur. dot.* Græce *antipherna*, quasi contra-dos seu donatio reciproca, *Mozzius de donat. Rubr. Divisio donat. n. 10.* Eine Gegen-Vermachung, quæ datur a Viro Uxori in assecurationem dotis, ut sibi nimirum magis cautum & prospectum sit de dote, & ea a Marito male consumta, soluto Matrimonio Uxor habeat, unde damnum acceptum emendetur. *Nov. 61. c. 1. Schneid. ad §. 3. J. de donat. n. 5.* Quod secus hoc loco se habere, ex antea dictis constat. 7. A *Sponsalitia largitate*, quæ fit inter ipsos novos Sponsos propter spem futuri matrimonii, amoris & benevolentiæ conciliandæ gratia. *Bachov. ad §. 3. J. de donat.* Hæc autem ob successionem futuram. 8. Ab *Arrha sponsalitia* Mahlschatz, quæ est donativum ab utroque novorum Conjugum in symbolum, tesseram & probationem sponsaliorum contractorum non necessitatis, quin potius fidei & honestatis causa datum. *l. 16. C. de Episcop. audient. l. 3. & f. C. de Sponsal. Mozzius de Matrim. Rubr. de Accident. Matrim n. 1.* Cujus autem formæ & materiæ sit, non interest, sive sint annuli sive torques, &c. & ei vel ex auro, argento, gemmis &c. *Wesenb. de Sponsal. n. 5.* Inter omnia tamen præprimis dari solet Annulus pronubus Jaworts Ring, *caus. 30. c. nostrates 3. qu. 5.* qui distingvendus est ab Annulo Fidei Trauring, de quo vid. *Petr. Moller. diss. de Annul. pronub. th. 5. n. 6.* Quo referri simul posset Ligatura aurea seu argentea, seu ex qualibet materia, Braut-Krantz, quam Sponsæ, cum Sponsalia contrahunt, in capitibus deferunt. *caus. 30. qu. 5. c. 3.* Sed omnia quantum distent a *Morgengaba Zittav.* ex superioribus satis colligi potest.

Thes. XIII. Circa *Contraria*, quæ alias per se constant, imprimis meretur notari hic Casus. Sponsus tam existit pauper, ut ne quicquam in omnibus suis facultatibus habeat, quod loco Morgengabæ promittere possit, quæritur, an Sponsalia queant celebrari? Et Resp. hoc nullum facere impedimentum, cum Matrimonium absque Morgengaba omnino persistere possit arg. *l. 2. C. de don. ante nupt.* imo nihilominus conficitur instrumentum dotale, quo Sponsus omnia illa promittit, quæ ex divina assistentia futuris suis laboribus, opera & industria sit acquisiturus, Was ihm GOTT aus Gnaden durch seine Arbeit und Müh zuwenden werde. Quod frequentius est extra Urbem, ubi Sponsus omnia promittit, quæcunque vel hæreditate, vel donatione, vel labore impetrabit, simulque admotis testibus, qui hanc promissionem stipulata manu confirmant.

Thes. XIV. *Affinia* denique ex differentiis in *th. 12.* exhibitis, superque satis constant, adeoque plura verba de iis dicere hac vice supersedeo. Et hæc de *priori Sectione* dixisse sufficiat.

Sectio Posterior de Morgengaba Zittav. Constituta.

THES. I.

HActenus Naturam nostræ Morgengabæ, omniaque Ejus requisita exuimus, ut nihil restet, quam ut conjunctis viribus properemus ad inquirendos ejus Effectus; Qui, uti variæ hic occurrunt circumstantiæ, variis quoque modis sese exhibere solent. Ne igitur justum negligamus ordinem, videbimus, quid *1. ante Nuptias, 2. in Nuptiis, 3. post Nuptias* de isto effectu novi Conjuges invicem participent.

Thes. II. *1. Ante Nuptias* si moritur Sponsus, regulariter Sponsa nihil de Morgengaba consequi potest, quippe ejus promissio se extendat usque ad consummationem Matrimonii: Et quamvis obligatio invicem sit perfecta, attamen cum sub conditione nuptiarum promissum sit factum, prius deberi non incipit, antequam ea fuerit impleta *l. 8. de per. & comm. rei Vend.* & ipsa Nuptiarum festivitas accesserit. *l. 24 C. de Nupt.* Adde quod in Statutis dicatur, so folgt der Frau, & non der Braut die Morgengabe, ubi concluditur, requiri ut Matrimonium in suo genere sit perfectum, si lucrari velit suam Morgengabam, quod etiam de Jure Saxonico stricte observatur. *Const. Elect. 19. p. 3.* Nisi velimus huc referre cum jocalibus arrham sponsalitiam, quam licet jur. Civ. Sponsa, si Sponso aliquid humanitus acciderit, restituere teneatur, *l. 3. C. de Sponsal.* Jure Saxonico tamen pleno jure apud superstitem remanere testatur. *Carpz. p. 3. c. 19. d. 13. n. 16.*

Thes. III. *2. In Nuptiis.* Ubi tamen necessario distingvendum venit, an Conjuges thalamum conscenderint nec ne? Posteriori loco Casus occurrit talis. Sponsus facta soleni proclamatione & accepta per sacerdotem benedictione jam festinat ad tori ingressum; antequam vero id peragit, vel apoplexia, vel veneno, vel alio casu importuno correptus, moritur. Quæritur an Sponsa quid lucretur? Sane Jur. Civ. res clara est, quod idem accipiat, ac si

si consummatus esset concubitus, quippe Consensus non concubitus facit matrimonium, per vulg. *l. 30. ff. de R. J.* adeoque conditio statim impleta est, cum ducta est Uxor, quamvis nondum in cubiculum Mariti pervenerit. *l. 15 ff. de Cond. & de monst. Gail. 2. Obs. 80. n. 3.* At de jure Sax. res aliter se habet, quippe ubi nulla inter conjuges valet successio, nisi conscensio thalami facta fuerit. Excipiendam vero putamus illam partem dimidiam donorum, quæ in nuptiis a convivis pro more usitato sunt oblata, quam Sponsa ex dispositione Sax. Elect. *part. 3. c. 22.* recte lucratur. *Carpz. d. c. d. 8. Möller. 3. Sem. 23. n. 5.* Ex adverso Sponsus suam quoque dimidiam præmoriente illa recipit. Nam etsi Maritus alias lucratur omnia ea, quæ donata sunt in nuptiis per all. *Const. 22.* vers. Wo es sich aber zutrüge rc. tamen illud explicandum est e textu Landr. *l. 3. a. 45.* ut sit Maritus & non Sponsus, quia altera illa pars sibi obvenit ratione successionis; nunc autem successio fieri nequit, ubi matrimonium non consummatum est, secundum *all. text.* Es muß das Braut-Bette beschritten, und der Ehestand mit Ehelichen Beylager vollzogen seyn. *Schueid. de her. quæ ab intest.* Rubr. *de Success. inter V. & U. n. 21.* adeoque cessante ratione constitutionis, necessario cessat effectus *c. cum cessante 60 extr. de Appell.* Et quod ea omnia apud Zittanos observentur, nullum dubium est, quippe aliter dispositum non reperio in Statutis.

Thes. IV. Priori loco duo præcipue obveniunt Casus. 1. Sponsus instituta jam nuptiarum festivitate sit langvidus, ut cogatur sedens copulari cum sponsa, postmodum Hæc accumbit Illi, qui tamen debitum conjugale propter imbecillitatem præstare nequit. Qv. an Sponsa altera illo mortuo die, recte petat Morgengabam? Et paucis Resp. est affirm. Quamvis enim quidem Dd. Sponsam non cognitam uxorem nominent non vere sed ficte tantum talem, *Möll. 3. Sem. 23. n. 1.* adeo ut in multis locis, nisi accubitus vere secutus sit, & matrimonium copula carnali consummatum, nihil lucretur, *Schueid. ad §. 29. J. de Action. n. 109.* Vid. etiam *Adrian. Beyer.* ad *Schulz. Syn. de her. quæ ab intest. Rubr. de Success.* Vid. *Ign. l. c.* Contrariam tamen opinionem evincit dispositio Elect. *p. 3. c. 19.* ubi expresse sancitum est, copulam carnalem non requiri, si modo ingressus tori conjugalis, vel uti in quibusdam provinciis effertur, Pulsatio Lodicis, das Bett beschlagen *Besold. Thes. pract.* voc. Beth, adfuerit *Schulz. l. c.* quod eo etiam extenditur, ut licet unam saltem horulam accubuerit, nihilominus Sponsa omnia lucrari possit. *Möll. d. l.*

Thes. V. Alter Casus est. Sponsus acriter ægrotat, ut ipsa Sponsa vereatur vel prohibeatur ei accumbere, in peculiariter ergo apposito lecto adjacet. Qu. an jure petere possit Morgengabam? Et primo intuitu dicendum quidem quod Non, quia ad minimum præsumi debet Voluntas coëundi, quæ tamen ex diversis lectis vix colligi potest; & quia Jur. Sax. expresse extat, cum Sponsus conscendit lectum Sponsæ, wenn der Bräutigam das Brautbette beschritten, ubi nulla fit mentio duorum lectorum, sed dicitur, ut in Sponsæ lecto concubitus celebretur. Quo etiam forsan respexit Facultas Jurid. Wittenb. in Sententia ad Consultationem Civis Zittav. anno 1683. Mens. Octobr. Dieweil die Braut das Ehebette nicht beschritten, sondern nebst eures Bruders Siechbette in einem absonderlichen Span- und Jederbette etliche Stunden sich geleget, und sowohl die Sachsen-Rechte die Beschreitung des Ehebettes, als auch die von euren Bruder auffgerichtete Ehestifftung das Eheliche Beylager ausdrücklich erfodern; So ist ermeldte Braut, die Ihr auf solchen Fall beschriebene 1200. Reichsthl. zu fodern nicht berechtiget, von Rechtswegen. His tamen vix perterriti affirmativam defendere non desinimus. Nam prima ratio facile corruit, cum voluntas non sufficiat, sed ingressus tori; quid enim si utraque persona satis valida noluerit actum conjugalem perficere? quid si Sponsus potu sic corruptus sit, ut & ipsa ratione (quod sæpe accidit) uti nequeat? an ideo sponsa suo defraudetur promisso? Quid enim si juramento confirmare velit, (quod ita in terminis etiam contigit,) ita se gessisse, quod alias Virginali honestati omnino esset inconveniens. Nec majoris firmitatis est, ut 2. Sponsus & Sponsa uno lecto concumbant; nam hæc Verba Saxonis non simpliciter sed extensive sunt interpretanda, præcipue cum in textu germanico plerumque conjunctim stant das Beylager oder Bettbeschreiten, *Const. Elect. 19. p. 3 Schulz. sup. loc. cit. in fin.* ubi vox hæc disjunctiva duplicem concumbendi modum ostendere videtur, daß entweder die Braut dem Bräutigam beygeleget oder das Bette beschritten werde. Quo facit 3. quod in multis locis adhuc hæc observantia vigeat, ut Conjuges distincta sponda torum nuptialem ingrediantur. Inde Magnificus JCtorum Ordo hujus Loci in Sententia ad eandem Consultationem 1683. prædicta confirmavit. Demnach und dieweil Ihr nicht in Abrede, daß ernannte Wittbe nach obvollzogener Hochzeit in einem, nebst eures krancken Bruders Bette gestandenen Span- und Jederbette, dergleichen zusammen gesetzte Bette denn insgemein vor eine gehalten werden,

den, bey gedachten eurem Bruder gelegen, und dergestalt Jhm einmal ehelich beygeleget worden. In solchen Fall aber, und ungeacht der Bräutigam seiner Kranckheit halber der Braut die Eheliche Pflicht nicht geleistet haben möge, dennoch durch einmal beschehene Beylegung der Braut und Bräutigams das Brautbette vor sattsam beschritten geachtet, und hierzu daß Copula carnalis zuförders darzu kommen, in angezognen Sachsenrechte nirgends erfodert wird; So hat sich auch dißfalls mehr besagte Wittbe obiger von eurem Bruder ihr ausgemachte Morgengabe der 1200. Reichsthl. billich anzumassen, und mögen ihr diese von Euch mit Bestande nicht vorenthalten werden, V. R. W.

Thes. VI. Denique 3. *post Nuptias*, ubi aliud dicendum est, si Uxor cum Liberis, aliud si sine Liberis concurrat. De posteriori prius. Equidem Jur. Civ. antiquo nihil consequebatur Uxor, quia nec ex numero Suorum nec Agnatorum erat; postea Prætor dabat ipsis bonorum possessionem unde Vir & Uxor, donec tandem Justinianus Imperator eas cum liberis in certam portionem vocaverit. *Nov. 117. & Auth. praeterea C. unde V. & U.* Sed Jure Sax. liberis deficientibus ex omnibus Mariti bonis, collatione dotis facta tertiam partem recipit. *Const. Elect. 20. p. 3. Struv. ex. 38 th. 41. §. Vidua*, relicto jure optionis, an velit tertiam an illata repetere. Interim hæc omnia aliter hoc loco disposita sunt, quippe Uxor suam Morgengabam, cum iis bonis, quæ scienter vel primitus vel ex hæreditate vel donatione ad Virum attulit, nec quicquam amplius nulla data electione petere potest, uti sonant verb. So soll Ihr von seinen Gütern folgen ihre Morgengabe rc.

Thes. VII. Cum dictum sit, Uxorem petere omnia illata, quæri potest, an etiam sub ea comprehendatur *Gerada?* De jure Saxonico dicendum quod Sic. *Schneid. de her. qv. ab intest. Rubr. de Success. inter V. & U. n. 47. & 48.* Sed quemadmodum hæc Vocabula, Gerada, Res expeditoriæ, &c. Juri Civili prorsus sunt ignota, *Clamm. Comp. t. 29. n. 4.* ita fere asserere audebo, de Voce hic Zittaviæ quoque altum esse silentium, ita ut plebejis rara avis, doctioribus non nisi accepta eruditi nominis repetitio videatur, cum ea differentia in totum sit sublata, ut nullo habito Sexus respectu filia possit ex rebus expeditoriis, filius econtra ex Gerada debitam suam portionem sumere, prout hæc explicat *art. 11.* dieweil wir dann sub Rub. von Erb-Fällen. Quamobrem facilis erit Responsio. Nam quia Lex statutaria de Gerada lucranda penitus silet, Statuta vero ad amussim sunt intelligenda, merito statuemus, nullo modo eam ad Uxorem venire posse. Neque juvabit Uxorem, quamvis titulo donationis eas res ad Geradam alias pertinentes acquisivisse prætendat, cum Maritus Uxori donare nequeat. *l. 1. ff. de don. int. V. & U.* ita quidem ut ipso jure nullum sit, quod donationis causa inter Conjuges agitur. *l. 3. §. 10. h. t. & l. 52. §. 1. h. t. Wesenb. h. l. n. 5. Carpz. 2. C. 13. d. 14.* Equidem, quod incidenter annotatum volo, omnem prorsus donationem inter Conjuges prohibitam esse inde non colligi debet, sed ea saltem intelligenda est, quæ est inter vivos, non vero quæ fit mortis causa. *l. 43. ff. de don. caus. mort. l. 9. §. 2. ff. de donat. inter V. & U.* quia in hoc tempus excurrit donationis eventus, quo Vir & Uxor esse desinunt. *l. 10. ff. h. t. Schneid. de don. caus. mort. n. 6.* Qualis donatio apud Zittanos non infrequens est, & peculiari nomine vocatur das Aufgeben, de quo extat text. Wo aber Mann und Weib ihre Güter vor Richter und Schöpffen einander haben aufgegeben und verschreiben lassen, so soll ein solches gehalten werden. Et in sequentibus: und soll mit Aufgaben von Ehe-Leuten also gehalten werden dicitur, quod Cuilibet ex Conjugibus integrum sit vel omnia bona, vel partem eorum maximam donare mortis causa, nimirum ut coram Judice & Scabinis, hodie coram Senatu in propria persona fiat insinuatio. Vid. *Const. 1. part. 3.* Quod tamen procedit tantum, si non adsint liberi, aliud dicendum, si isti simul concurrant, ubi prospectum iis est, ne sua defraudentur *Legitima*, quæ Jur. Nat. ipsis debetur. *Grot. de Jur. B. & P. l. 2. c. 7. th. 4. n. 3. l. 36. §. f. C. de inoff. Test. Nov. 1. pr. §. 2. Ludw. ex. 8. th. 8. lit. g.* Legitima vero alia est respectu Patris, alia respectu Matris. Nimirum si Pater mortis causa donare vult Uxori, necesse est, ut faciat divisionem bonorum in tres partes; ubi tertia pars liberis cedit, tanquam bona materna; Postea reliquæ duæ partes habentur ut totum in tres partes rursus dividendum, ex quibus potest donare Uxori Unam; ut sonant verba: Ein Drittheil in die 2. Theil seiner Güter. Ex adverso respectu Matris eadem partitione facta duæ partes cedunt liberis, tanquam bona paterna, tertiæ vero partis duas recte potest donare, adeoque pater Legitimam esse in bonis paternis duas tertias, in maternis Unam. Aliud vero dicendum, si jam facta fuerit divisio, daß sie sich mit den Kindern gesondert haben, quod plerumque hodie ante nuptias fieri solet, ubi sola saltim salva manet Legitima.

Thes. VIII. Cœterum ut in viam redeamus, quo favorabilius fœminis hoc est statutum, eo deterior sane est Virorum conditio; Nam illæ nunquam exeunt e bo-

nis Maritorum pauperiores, hi vero deficientibus liberis raro locupletiores. Quamvis enim de Jure Saxonico Maritus regulariter omnia Uxoris defunctæ mobilia præter Geradam seu utensilia capit, unde & Hæres mobiliaris appellatur, *Struv. Tr. de Success. ab Intest. c. 5. art. 3. §. 1. Joach. a Beust. Tr. de Jur. Connub. p. 3. cap. 5. pr.* Imo omnia nomina, & pecuniam ex bonis Uxoris immobilibus venditis. *Struv. Ex. 38. th. 41.* Attamen nostrum Statutum magis sapit Jus antiquum, ubi Successio Conjugum incognita erat, donec ex Autoritate Prætoris post Cognatos demum ad Successionem vocabantur, ut supra notatum. Nam hic expresse constitutum est, ut maritus nihil lucretur ex bonis Uxoris, so aber die Frau eher Todes halben abgehet denn der Mann, sa falget ihr Gut, so sie mit Bewust zu ihm gebracht, ihren nechst-grbohrnen Freunden. Interim illis unicum hoc solatium, nimirum donatio mortis causa adhuc superesse videtur, quo etiam cauti mariti satis callide utuntur.

Thes. IX. Remedia tandem ad consequendam hanc Morgengabam duplicia præprimis deprehendimus I. Si defunctus Maritus reliquit bona, tutissimum & optimum Uxori datur Remedium *Jus RETENTIONIS* per modum exceptionis usurpandum. Ut, quemadmodum vivente Marito quasi communem omnium bonorum usum & administrationem habuit saltem jure familiaritatis. *arg. l. 41. ff. de Acq. Rer. Dom.* nunc maneat in usu & possessione jure retentionis, ita ut possit propria Autoritate absque aliqua licentia judicis remanere in bonis Mariti, donec ei de omnibus promissis plene satisfactum fuerit. *Wesenb. Solut. matr. dos n. 6. Schneid. ad §. fuerat. de Action. n. 32.* ibique dicit: daß die Wittbr nach Absterben des Mannes aus den Gütern zu weichen nicht schuldig, es werde dann Ihr dargegen ihr vermacht Gut gegeben und eingeräumet. Et quamvis aliqui hoc Retentionis Jus ad solam dotem & bona illata restringere velint, tamen quod etiam hoc procedat in quavis donatione facta dotali, satis luculenter ostendit *Carpz. p. 2. C. 25. d. 9.* qui expresse addit, ut hoc beneficio utantur Uxores, quæ portionem jure quovis statutario ex bonis defuncti mariti lucrari volunt, quippe quæ in locum dotis succedunt. Quæ Regula eo extenditur, ut si hæredes sint in mora, quo minus Uxor capiat Morgengabam, Ei interea honestis & necessariis alimentis prospicere coguntur. *Wesenb. d. l. Schneid. d. l. n. 103. seqq.* II. Si nulla adsint bona, competit Uxori CONDICTIO EX STATUTO. vid. *Struv. S. J. F. c. 14. th. 14.* quæ est *Actio personalis, rei persecutoria, stricti juris, & datur Vidua adversus defuncti Mariti hæredes, ut Morgengabam promissam plene sibi exsolvant.* *Causa Efficiens Remota* est promissio Morgengabæ rite facta. *Proxima*, est Obligatio ex dicta promissione proveniens. *Subjectum Activum* est Uxor. *Passivum* Mariti hæredes, non vero Successor singularis. *Objectum* est Morgengaba promissa. *Forma* in jure consistit persequendi Morgengabam promissam. *Causa Finalis* est, ut Morgengaba promissa vel exsolvatur, si Quantitas, vel tradatur, si Species seu corpus in obligatione comprehenditur.

Thes. X. *Libellus* esto talis:

P. P. Klägerin sagt kürtzlich, wie daß ihr Ehe-Mann N. N. Inhales eines unterm Dato Zittau den N. Octobr. aufgerichteten Instruments Zwölffhundert Rthl. zu einer vollständigen Morgen-Gabe Klägerin außgesetzet und versprochen, dergestalt, da es sich zutragen solte, daß er vor Klägerin ohne Leibes-Erben mit Tod abgienge, sie nach Verstreichung des 30sten ermeldter 1200. Rthl. von seiner Verlassenschafft und Vermögen zu fordern und zu heben Macht haben solle. Wann dann derselbe ohne Leibes-Erben verstorben, und Beklagter, als Hæres ab intestato die versprochene 1200. Rthl. abzutragen sich verweigert; als fodert Klägerin Recognition des libellirten Instruments, und bittet nach dem Erfolg zu erkennen, daß Beklagter die zur Morgen-Gabe versprochene 1200. Rthl. nebst denen außgelauffenen Zinsen und Unkasten Klägerin zu bezahlen schuldig. Nobilissimum &c.

Thes. XI. Monitum *supra thes. 6.* aliam rationem esse circa Viduam, quæ cum liberis, aliam, quæ sine liberis capessere vult. De posteriori hactenus; Necessitas methodi postulat, ut nunc ultimo & quidem paucissimis, cum hæc materia directo huc quadrare non videatur, dispiciamus de priori. Et occurrebat talis Casus: Titius & Sempronia Conjuges nanciscuntur ex Matrimonio quosdam liberos, hi vero rursus decedunt & post eos Titius. Qv. quid lucretur Sempronia? Resp. si stricte velimus loqui, omnino contenta esse debebit promissa Morgengaba; attamen hoc dubium sublatum est in art. Und stirbt der Mann, der sich mit seinem Weibe also vererbet hat, & in seqq. desgleichen muß auch mit der Frauen &c. ubi expresse sancitum est, ut si modo Liberi quamvis præmortui adfuerint, Uxor in plenam hæreditatem succedat, ita ut ne minimum teneatur hæredibus Mariti extradere. Eadem etiam Successio est Mariti ac Uxoris, quod constat ex verbo, Sind die Kinder vor der Frauen todt, so bleibet das Drittheil bey des Mannes Zweytheil. Extendendum etiam illud est ad Infantem, qui in obstetricum manibus jam mortuus est, si modo sonum ejus audire licuit, cum eo momento jam das Ver-

erben

erben factum, adeoque confusio & communio omnium bonorum secuta.

Thes. XII. Tandem & ultimo duplex obvenit quæstio, 1. est, si Maritus moritur, relictis tribus vel pluribus liberis, quæritur, quid ex bonis obveniat mulieri? Extra Electoratum Jur. Comm. succedit secundum *Auth. præterea C. unde V. & U.* ita ut existentibus tribus vel paucioribus quartam, pluribus vero civilem portionem accipiat, *Schulz. de Har. q. ab intest. Rubr. de Success. vidua Ign. lit. a.* Jure Sax. Elect. extantibus liberis accipit quartam omnium, suis tamen illatis, bonorum; si nulli adsunt, tertiam. Quo tamen loco licentia datur, an collatis bonis debitam portionem, an bona illata velit expetere. *Schultz. d. l. Struv. ex. 38. th. 41. vers. Vidua.* Nostra autem lege statutaria sic dispositum est, ut Mulier omnia, bona mobilia & immobilia conferat in massam hæreditatis, & postea statutariam portionem, quæ est tertia pars, sive unus sive plures adsint liberi, obtineat. Sed Qv. 2. si Maritus fuerit pauper, ut nihil fere habuerit in facultatibus, sed omnia bona sint Uxoris, an Ea necessario obstricta sit, ut conferat hæc, neque licentia detur, portionem vel bona illata cum Morgengaba eligendi? Si secundum jus commune respondere velimus, omnino libera eligendi facultas surripi ipsi non posset, secundum superiora. Et memini audiisse, in quibusdam Lusatiæ superioris Civitatibus strictam hanc electionis esse observantiam, quæ nobiscum idem fere jus in Successione tenent; Imo splendidum apud Zittanos Caput certum me facere voluit, quoc hæc consvetudo jamdum etiam Zittaviæ initium cœperit, atque claro Exemplo in praxi ventilato confirmare. Equidem his vix obstantibus, non est cur a communi hactenus observantia & statuto secedere debeamus, cum unus vel duo casus non faciant consvetudinem, sed dinturni mores consensu utentium comprobati instar legis sunt §. 9. J. de J. N. G. & C. Imo nos non sequimur id, quod raro, sed quod utplurimum fit *l. 3. seqq. ff. de LL.* Quamobrem concludimus, Uxorem omnino & necessario omnia bona conferre debere, nec liberum esse electionem facere, licet Maritus fuerit pauperrimus. Sic enim se habent Verba: Gewinnen Ehe-Leute Kinder mit einander und Erben, so erlanget die Frau in ihrer beyder Güter den dritten Theil, und der Mann zwey Theil. Nunc aliquoties supra dictum est, ut Verba Statuti stricte sint exponenda, nec ullam patiantur limitationem. Cum igitur hic silentium est, de optione, etiam ut nos sileamus, convenit. Et hæc observantia hactenus in praxi semper obtinuit, ita ut sæpe factum sit, quod Uxor 3000. Marito inferens post mortem vix 1000. rursus receperit, quod pluribus exemplis, vel etiam materno, si opus sit, possem stabilire. Extenditur etiam eo, ut privigni cum liberis legitimis suam petant ex his bonis paternam portionem. Quod equidem Statutum nullam adeo videtur fovere iniquitatem, cum hoc beneficium Maritos æque ac Uxores tangere possit; & sæpe accidit, ut Mariti sint vel fiant locupletiores, & sic etiam Uxores habent, quod suis facultatibus adjicere queant.

Thes. XIII. *Desiderabis forsan plura, L. B. cum hac materia tam fertilis sit, ut vel plurima pagina hac ipsa impleri possent; sed cum constituerim non tractatum, qui meis studiis facile esset superior, sed disputationem paucis solis pro consvetudine conscribere, imprasentiarum quoque excusatum iri confido, si pedem huc fixero. Si igitur quædam, præsertim in resolutione casuum minus recte tetigerim, tuum erit pro candore ac humanitate meam ingenii infirmitatem ad culpam non trahere, sed dijudicare, in quantum Veritas aut Error appareat. Errare humanum in arduis voluisse sat est. Fateor sane me hoc opus conscripturum, in id sedulo incubuisse, ut omnia Morgengaba hujus requisita accurate indagarem. Practicorum tamen mysteria vix perquirere licuit, ut adeo ego omni praxi adhuc destitutus me aliquibus locis lapsum esse non dubitaverim. Cæterum DEO Summo summas, quas possum, exsolvo gratias, quod sua benignitate meis laboribus adsistere, me in evolvendis Libris adjuvare, measque Vires per Morbum debilitatas resocillare dignatus fuerit; Hunc Clementissimum Patrem ulterius devote rogito, ut in defendenda hac Disputatione Spiritu suo adesse velit, quo omnia ad Sui Honorem, Patronorum & Promotorum conciliationem, meamque temporalem & æternam Salutem succedant.*

FINIS.

✲✲✲✲✲✲✲✲✲
✲✲✲✲✲
✲✲

DIS-

DISSERTATIO JURIDICA DE HOMINIBUS GLEBÆ ADSCRIPTIS LUSATIÆ SUPERIORIS,

QUAM PRÆSIDE

DN. D. JO. CHRISTOPH. SCHACHERO,
JCto Celeberrimo,
Professore Codicis Publico, Supremæ Curiæ Provincialis & Facultatis Juridicæ Assessore, Academiæ Decemviro, nec non Capituli Martisburgensis Canonico,

Placidæ Eruditorum perquisitioni submittit
In Academia Lipsiensi
A. & R.

JO. GODOFREDUS Steubner,
Budissa-Lusatus,

d. 10. Maji, Anno 1715.
H. L. Q. C.

PROOEMIUM.

Abitum ex hac Alma Philurea meditans non injuste me facturum esse putabam, si per Dissertationem quandam, Juri Patrio inprimis accommodatam, studiorum meorum qualiumcunque rationes redderem, simulque illis, quorum Patrocinio posthac tegi cupio, tenues meas vires aliquo modo probarem. Deliberato itaque consilio hanc præ ceteris materiam de *Hominibus glebæ adscriptis Lusatiæ Superioris* elegi, & quantum per materiæ prolixitatem ac temporis angustiam licuit, pro ingenii mediocritate in ipsam inquisivi. Placuit autem quatuor Capitibus hocce absolvere institutum, ubi I. de Origine & Natura Hominum glebæ adscriptorum Lusat. Sup. II. de Effectibus hujus Subjectionis, III. de Solutione, & IV. de Actionibus inde resultantibus agendum erit. Faxit DEUS, ut feliciter omnia cedant!

CAPUT I.

De Origine & Natura hominum glebæ adscriptorum superioris Lusatiæ.

§. I.

Origo hominum glebæ adscriptorum Lusat. super.

Non una sane, si historiarum monumenta evolvamus, se nobis præbet circumstantia, ubi videre possumus, Lusatiam superiorem insignibus singularium jurium prærogativis, caput pro ceteris erigere; permulta enim, eaque valde favorabilia privilegia tam nobilitati, quam urbibus hujus Marchionatus competunt. Nobilibus inprimis bene semper fuit prospectum, quippe quibus magna, ut alia jamjam specialia privilegia, quibus eorum feuda munita & exornata sunt, sicco, ut ajunt, pede transeam, in subditos suos potestas est relicta. Debellata enim per Geronem ab Henrico Aucupe constitutum Marchionem, & ad obsequium redacta hac durioris cervicis gente Slavica, seu, ut nunc dicitur, Lusatica, ejus agri & fundi militibus, qui ex nobilitate Saxonica potissimum constabant, addicebantur, Goldast. *l. 1. de Regn. Boh. c. 16*, eaque ipsa hoc modo non levi, ut facile est colligendum, premebatur servitute, quæ vero postea mitior indies est reddita.

Hodiernus eorum status.

§. II. Ita sc. hodie rustici Lusatici sunt comparati, ut illos neque servis Romanis annumerare possimus, neque hominibus propriis, uti dantur adhuc in Polonia, Palatinatu, Belgio, Burgundia, Avenna, Campania, aliisque partibus Galliæ, qui vocantur homines manus mortuæ, Gudelin. *de jure noviss. lib. 1. c. 5. in f.* in terris Saxonicis Lassi dicuntur, Landr. *l. 3. art. 44.* Ziegl. *de dote Eccles. c. 9. §. 32.* Treutl. *V. 1. d. 2. th. 4. lit. B.* Non equidem inficiandum est, quod simu-

ſimulacrum aliquod ſervitutis Romanæ, quatenus ſc. hæc libertati naturali opponitur, adhuc repræſentent, & analogice etiam homines proprii dici poſſint; cum vero Ordinatio Subditorum Luſat. Superioris de Anno 1652. *Art. I.* verbis: uſn Lande nicht nach Art und Weiſe, wie die Knechte in den Römiſchen Rechten dienſtbar und leibeigen ꝛc. expreſſe velit, ut non pro ſervis & hominibus propriis habeantur, ex hoc & ſequentibus luculenter patet, accuratius procedi, ſi illos ſecundum præſentem ipſorum ſtatum homines glebæ adſcriptos nominemus. Adſtipulatur huic opinioni eximius JCtus, Joh. Otto Tabor. *de contr. & jure colon. provinc th. 11.* etiamnum, inquit, glebæ adſcripti reperiuntur, inprimis illi, qui Vandalicæ (*ſeu potius Venedicæ*) ſunt originis, ut in Luſatia der Lehn-Bauer, Hof-Bauer, Hüffner, Fröhner.

Definitio.

§. III. Definimus autem homines glebæ adſcriptos Luſatiæ Superioris ex mente *Art. I. d. Ordin.* quod ſint certum ſubditorum genus ex Slavicæ gentis reliquiis, qui ea conditione fundos ſuos poſſident, ut dominis ſuis ſervitia præſtent, ſibi ipſis neceſſaria alimenta inde acquirant, nec invitis dominis fundos derelinquant. Dixi, quod ſint certum ſubditorum genus ex Slavicæ gentis reliquiis, ſc. von den ſo genannten Wenden, qui pagos incolunt, & probe a ceteris Luſatiæ incolis tam lingua quam veſtitu, moribusque ſunt diſcernendi; horum meminit Goldaſtus *de regn. Boh. lib. 4. c. 13. n 5.* quod olim literis ſuis teſtimonialibus ad ſe invicem diſtinguendos inſerere conſueverint verba: Teutſch und nicht Wendiſch gebohren. Cetera definitionis membra, cum effectus potiſſimum reſpiciant, infra clariora reddentur.

Explicatio voc. glebæ adſcripti.

§. IV. Lubet interea vocabulum: *glebæ adſcripti*, illiusque hoc loco genuinum ſenſum ſub incudem vocare. *Glebam* ſignificare natura ſua partem quandam terræ, Germ. eine Erdſcholle, Erdkloß, ſeu ceſpitem, quod ſit quaſi globus, *l. 13. §. 1. S. P. R* omnibus conſtat. Hic vero ſumitur pro certo quodam diſtrictu, ſeu certa fundi parte, ubi ſc. quis fixam ponit ſedem, quod videri poteſt ex adjecto vocabulo: *adſcripti*, idem ſignificante ac aſſignati, addicti, imo quaſi alligati & affixi, quod nimirum ejusmodi homines adeo ſtricte cum fundo, quem poſſident, ſint conjuncti, ut ſpontaneo motu ab illo recedere non valeant, ſed potius juxta d. Ordin. *Art. I. in f.* pro parte fundi propter annexa ſervitia habeantur. Nec obſtat huic derivationi opinio Cujacii, quam ad *l. 1 C. de Agric. & Cenſit.* de Romanorum adſcriptitiis fovet, hos non quaſi fundo, ſed cenſui, id eſt, libris cenſualibus, adſcriptos dictos eſſe, per *l. 4. & 22. d. t.* quia noſtra opinio hac in parte rem præſentem plenius explicat. Et *ex l. 72. de Decurion. in Cod. Theodoſ.* conſtat, glebam quoslibet privatos fundos ſignificare, & glebæ adſcriptitios dictos a JCtis illos, qui cum agro una ſerviebant domino, & cum fundis mancipabantur, alienabanturque, Gudelin *de jure noviſſ. l. 1. c. 5.*

Subditi fiunt 1.) per nativitatem.

§. V. Hiſce nunc breviter præmiſſis videbimus, quemadmodum hi homines glebæ adſcripti conſtituantur. Si Ordinem noſtræ Ordin. Subd. *Art. II.* ſequamur, 1) per nativitatem fiunt ſubjecti domino illi, ſub cujus jurisdictione naſcuntur, quod hic quidem non ſingulare aliquid eſt, quoniam & jure civili, *l. f. C. de municip. & origin.* & conſuetudine univerſali, Mev. vom Zuſtand der Bauern, *qu. 2. n. 19.* hoc jamjam receptum. Conveniunt hac in parte cum colonis Romanis, qui etiam ejusmodi habebant originem, & inde originarii vocabantur, *l. 4. 7. & 11. C. de Agric. & Cenſit.* item cum adſcriptitiis, d. Ord. Subd. *Art. I.* inde argumentum ab adſcriptitiis ad hoſce ruſticos, Mev. *P. 3. dec. 8. n. 1.* Et quemadmodum jure Codicis, *l. 13. C. de Agric.* potius pater reſpiciebatur, ſi adſcriptitius adſcriptitiam duceret, & ita parentes diverſorum dominorum adſcriptitii eſſent, Ziegl. *de dot. Eccl. c. 9. th. 30.* ita etiam hoc in ſuperiori Luſatia receptum, Conanus *lib. 2. Comment. Jur. civ. cap. 1.* quamquam Novellæ malint hoc caſu partitionem fieri prolium inter dominos, ſi earum æqualis ſit numerus, & ſi una ſit proles, ut matrem dominumque ejus ſequatur, & generaliter, ſi impar fuerit numerus, qui ſuperat, matrem ſequatur, *Nov. 156. 157. & 162. c. ult.* apud nos tamen hoc non obtinet, ſed omnes liberi illi ſubjecti fiunt domino, cui pater eſt ſubjectus. Hinc etiam, ſi glebæ quidam addictus alienam duxiſſet viduam ſub aliena jurisdictione, liberi prioris matrimonii ex illa nati illam non ſequuntur, ſed ſub poteſtate ejus, cui pater ſervit, manent, Mev. *P. 2. dec. 232.* matris enim factum conditionem patris mutare nequit.

Exceptiones.

§. VI. Excipiuntur autem ab hac ſubjectione ex nativitate orta (1.) liberi œconomiæ præfectorum, paſtorum, opilionum, molitorum, aliorumq; hujus generis, qui illorum dominorum ſubditi manent, quibus parentes ſunt ſubjecti; hi enim pro temporariis tantum ſubditis ſunt habendi. (2.) Illi, qui nati ſunt in alia jurisdictione, quam ubi pater fundum poſſidet; hic enim non locus nativitatis cauſam inducendæ ſubjectionis præbere poteſt, ſed omnes ejusmodi liberi ad priſtinum patris dominum per-

tinent, ideoque ipſi ſunt extradendi: ſicuti etiam nec illi ſubjecti fiunt, qui naſcuntur, antequam pater alicujus ſubditus factus, *arg. l. 2. C. de libert. & eor. liber.* Chaſſenæus *ad Conſuet. Burg. tit. de mains mortes, rubr. 9. §. 3. n. 2* (3.) Illegitimi ſeu ſpurii; nam & hoc caſu in Luſatia idem obtinet, quod jure Romano ſancitum, ubi liberi legitimi ſequuntur patrem, *l. 19. ff. de ſtat. hom.* ſecus ac illegitimi, *l. 24. ff. eod.* & hinc ibi fiunt ſubditi, ubi mater tempore editionis partus ſubjecta fuit; ſi vero dubium oriatur, ad quem dominum propria pertineat mater, partus ad eum ſpectat, in cujus territorio eſt editus. (4.) Excipiuntur liberi conductorum, (der Haußgenoſſen) nam ſola conductione adſcriptitii non efficiuntur, Perez *ad tit. C. de Agric. & Cenſit. n. 4.* nec domicilium ibi haberi cenſentur; vere autem & proprie ſubditus dicitur, qui in aliquo loco domicilium conſtituit, *l. 239. ff. de V. S.* Zanger. *de Except. c. 1. P. 2. n. 70.* Joh. Richard. Malcomeſ. *in Comment. ad Weſ. tit. ad municip. th. 5.* Et qui ad certum tempus operam ſuam agro vel prædio addixit, poſt illud liber eſt, *l. pen. ff. de ſerv. export.* Mev. *P. 4. dec. 17. n. 2.*

2.) Per Pactum.

§. VII. Glebæ adſcribuntur 2.) per pactum, d. Ord. Subd. *Art. II. n. 2. vid. l. 22. C. de agric. & cenſ l. fin. C. de tranſact.* Mev. *P. 5. d. 227. n. 4.* Sicuti enim in prædio meo poſſum alteri ſervitutem paciſci, ita meam propriam conditionem aggravare poſſum, Huſanus *de hom. propr. c. 3. n. 5.* hoc modo etiam ex ſubdito temporario fieri poteſt hereditarius, pacta enim dant legem contractui, *l. 1. §. 6 ff. depoſit.* & ita aliquis cum tota ſua familia alterius jurisdictioni ſe ſubdere poteſt. De jure civ. alias dubitabatur, an hoc procederet, inprimis ſi quis in perpetuum ſe ſubjiciebat, quoniam liberi hominis obligatio ad operas perpetuas valida haud eſt, *l 71. §. 2. ff. de cond. & demonſtr. l. 1. ff. de liber. hom. exhib.* Hering. *de fidejuſſ. c. 5. n. 290.* hodie tamen ad perpetuas operas aliquem ſe obligare poſſe ſtatuunt, ob *l. 10. C. de locat. conduct.* Weſenb. *ad tit. C. de obligat. n 32.* Wege *de locat. c. 4. n. 64.* cum obligatus per ſubſtitutum operas præſtare poſſit, & illa præſtatio nullam libertatis ademptionem præſupponat. Quo vero pacta eo firmius ſerventur, & dominus habeat, unde eorum ſubjectionem probare poſſit, admodum utile eſt, ut, ſi de conditione adſcriptitia conſtituenda conventum eſt, inſtrumenta obligatoria, Germ. Ergeb-Brieffe, hac de re conficiantur, vid. Leiſſer. *Jus Georg. l. 2. cap. 7.*

3.) Per alienationem.

§. VIII. 3) Subjectionis ſpecies fit per alienationem, ſi nimirum fundus, cui ſunt adſcripti, a priore domino in alium transfertur; nec differt, num titulo venditionis, donationis &c. an per modum ultimæ voluntatis fundus in alium transmittatur, nam & operæ a domino alteri cedi & legari poſſunt, *l. 3. ff. de uſu & uſufr. l. 9. §. §. 1. ff. de oper. libert.* Stamm. *de ſervit. feudal. l. 1. P. 2. n. 102.* multo minus intereſt, an alienationi expreſſe adjectum ſit: *cum pertinentiis*, nec ne, quia, quod ſupra dictum, hi ſubditi pro parte ſundi habentur, ergo omnino ſequi debent ſundi dominum, *l. 15. & pen. pr. C. de Agric. & Cenſ.* Ziegl. *de dot. Eccleſ. c. 9. §. 19.* Mev. *P. 2. dec. 277. & P. 1. d. 69.* niſi fuerint expreſſe excepti, Mev. *4. dec. 24. n. 2.* & modo revera adſcriptitiæ conditionis ſint, alias enim factum venditoris ei obeſſe non poſſet, *arg. l. 3. ff. de tranſact.* Mev. *P. 4. d. 17.* Sequi autem debent non ſolum illi, qui tempore alienationis præſentes ſunt, ſed etiam abſentes, & qui in aliorum territoriis commorantur, d. Ord. Subd. *Art. II. n. 3.* Occurrit vero hic quæſtio: an dominus hoſce glebæ adſcriptos ſine fundo alienare poſſit? Apud Romanos equidem colonos a ſundo ſeparare, abſolute erat prohibitum, *per l. 2. & 7 C. de Agric.* Nos tamen diſtinguimus: num fiat cum eorum conſenſu, qui debent alienari, an non; priori quidem caſu valet alienatio, poſteriori vero ſecus, ſed ſubdito hoc modo alienando exceptiones ſuas opponere licet, uti in caſu permutationis in Sachen H. J. von Muſchwitz auf Hermsdorff, und H. von Heldreich d. 8. Nov. 1697. in Dicaſterio ſupremo Budiſſ. fuit pronunciatum:

> Daß Beklagtens Pflegbefohlene ihres Vaters factum ihres Orts zu præſtiren, und er alſo den libellirten Unterthanen Klägern abfolgen zu laſſen ſchuldig. Würde aber der Unterthan ſich deſſen weigern, und ſeine Exceptiones darwider vor dem Churfürſtlichen Sächſiſchen Ober-Amte, woſelbſt die Sache nunmehro Rechtshängig, vorbringen, ſo wäre er billig zu hören, und ergienge ſodann ferner in der Sache was recht iſt.

Si vero inter emtorem & venditorem propter evictionem ſubditorum lis oriatur, venditor, re evicta non tenetur ad omne intereſſe, ut jure civili cautum *l 70. ff. de Evict. l. 15. ff. rem ratam haber.* ſed in Ordin. noſtra *Art. II. verb.* weiln auch ꝛc. certum pretium eſt determinatum, quod venditor emtori reſtituere tenetur.

4.) Per rem judicatam.

§. IX. 4) Per rem judicatam ſeu ſententiam jurisdictioni alicujus ſubjiciuntur: ſi ſc. lis de aliquo ſit mota, ad quem pertineat dominum, tunc ſi judex illum in dubio

bio alicui adjudicavit, illius constituitur subditus, quia ejusmodi sententia jus facit inter partes, *cap. 13. X. de sent. & re jud.* & pro veritate habetur, *l. 1. ff. de re jud. & l. 2. C. de Except.* Attendat autem judex, secundum Ordinat. nostram, probe, num subditus mala fide fundum dereliquerit, & dominus, in cujus jurisdictionem se conjecit, hoc sciverit; an vero dominus in justa versetur ignorantia, vel dubius sit, ad quem proprie pertineat ejusmodi homo: tali enim casu Ordinatio alleg. constituit, ut extradatur quidem vero domino cum omnibus suis bonis, quia factum subditi legitimo domino nocivum esse non debet, Laurent. Tennin. Rudolph. *caut. 71. n. 2.* exceptis tamen illis, quæ ibi acquisivit, utpote quæ dominus retinet propter commissum dolum; priori autem modo subditus vero restituitur domino cum omnibus bonis, tam illatis, quam ibi acquisitis, detractis tamen prius vectigalibus & tributis, solutoque, quod ibi contractum fuerat, ære alieno. Ceterum Mev. **vom Zustand der Bauern** *qu. 1. n. 100.* circa hanc materiam observavit, quod si e. g. pater aut frater per sententiam subditus declaratus sit, etiam liberi, fratres aut sorores, qui apud illos reperirentur, pro subditis tam diu sint habendi, donec per viam juris se inde liberaverint.

5.) Per propriam confessionem. §. X. Constituitur 5.) hæc subjectio per propriam confessionem, quæ quidem jure Rom. nulli adscriptitiam inferebat conditionem, nisi ex aliis argumentis aliquod accesserit incrementum, *per l. 22. C. de Agric.* quia servitia de loco ad locum trahenda non sunt, *l. 20. §. 1. & l. 21. ff. de oper. libert. arg. l. 13. §. 1. ff. de ann. leg.* Carpz. *lib. 1. Resp. 57.* Dn. de Lyncker *cent. 3. dec. 298.* Althus. *in dicaeol. lib. 1. cap. 28. n. 15.* apud nostros vero subditos omnino etiam firmam obligationem inducit, si facta est motu spontaneo, nec in tertii tendat præjudicium, qui forsan potius jus in subdito hoc habet. Non prius ergo quis per confessionem voluntariam in alienam jurisdictionem recipi potest, quam si nemo amplius adsit, qui quæstionem status de ipso moveat; ejusmodi sc. requiritur homo liber & sui juris, qui, posthabito suæ plenariæ libertatis statu, confitetur, se velle alicui domino ad modum ceterorum glebæ adscriptorum esse subjectus, tunc enim, quia negat fundamentum sui privilegii, privilegium sui pristini status amittit, *l. 11. §. 3. ff. de interrog.*

Non, ut alibi 6.) per præscriptionem. §. XI. Consideravimus hucusque varios modos, quibus secundum Statuta Lusatica quis in numerum glebæ adscriptorum venire potest, qui omnes, re penitius expensa, in plurimis aliis locis hinc inde obtinent. In præscriptione autem, quæ tanquam 6.) causa subjectionis esse debet, vid. *l. 20. C. de Agric. & Censit.* Mev. *P. 5. dec. 227. n. 5.* Lusatia aliquid singulare habet, ibi enim secundum sæpius alleg. Ordin. *Art. II. §.* **Von nun aber sollen** *etc.* omnis præscriptio ab Anno 1631. Term. Mich. unanimi Procerum Lusatiæ superioris consensu est sublata, ita quidem, ut quilibet dominus subditum suum ex aliena jurisdictione, si etiam ultra 30. Annos alibi commoratus fuerit, revocare valeat, si quis vel dominorum vel subditorum huic introductæ legi fraudulenter contraveni-at. Quoad præteritum tamen tempus usque ad Term. Mich. dicti anni, nullam dominis, prudenter admodum, concesserunt subditorum revocationem, ob confusionem dominiorum, per diuturna hucusque gesta bella factam, ubi sc. quivis pro ratione turbulenti rerum status & sævitiæ bellicæ, tunc temporis modo in hunc, modo in alium locum se conferre coactus erat. Nisi enim rebus sic stantibus cautum fuisset, ut subditi maneant in eo fundo, in quem belli tempestate pervenerant, maxime intricatæ lites propter difficillimas probationes metuendæ fuissent.

Qv. quanto tempore aliquis per præscriptionem subditus fiat? §. XII. Controvertitur alias inter Dd. quanto tempore homo, qui servitia alicui sine causa præstitit, possit præscribi & subditus fieri: includunt aliqui hoc tempus 30. annorum spatio, juxta *l. 18. & 23. C. d. Agric.* Althus. *in dicaeolog. l. 1. c. 24. n. 15. c. 3. X. de immunit. Eccles. l. 3. C. de Agric.* quidam vero hoc tempus ad 10. annos, vi *l. 20. C. de Agric.* restringunt, concludendo, ex 10. annis continuis præsumtionem oriri pro domino, quod homo, qui per tam longum tempus in fundo habitavit, operasque rusticas præstitit, sit subditus, Mev. *d. tr. qu. 2. n. 114.* vid. *l. pen. C. de Agric.* Perez. *ad C. d. t. n. 10. seq.* sc. ut dominus interea in possessione defendendus sit, Brunn. *ad d. l. n. 20. n. 1.* Sed quicquid sit, audiendum tamen ejusmodi rusticum esse existimamus, cum eodem Mev. *qu. 2. n. 126.* si offerat probationem, quod ex alia quam servitutis causa, forte ex urbanitate, liberalitate, ad preces, pro certa mercede, ex errore, vel simili, operas præstiterit, cum ex actibus, qui a mera voluntate pendent, non acquiratur aliqua possessio, *l. ff. 41. de A. vel. A. P.* Verum cum hoc nostro seculo rustici adeo sint versuti, callidi & versipelles, ut non agros, sed studia juris coluisse videantur, Stamm. *de jur. personal. l. 3. c. 13. §. 14.* vix vero simile est, ipsos operas & servitia ex supradictis cau-

sis

fis cuiquam ad diem, nedum ad annum vel diutius, esse exhibituros.

CAPUT II.

De Effectibus hujus Subjectionis.

§. I.

Effectus (1.) respectu glebæ adscriptorum: CUm jura ordinarie sequantur statum rei, hominesque glebæ adscripti Lusat. super. hucusque quoad originem & naturam suam sint considerati, nunc in effectus hujus subjectionis inquirere allubescit. Hi se exerunt vel a parte domini, vel a parte subjecti. Conferentibus igitur utrumque primario statim occurrit respectu glebæ adscriptorum, quod a fundo domini, hoc inscio, recedere non possint, Manzius *dec. Palat. 18. n. 23.* Carpz. *P. 3. dec. 290. n. 10. seq.* Hoc enim natura eorum requirit, quia pro parte fundi habentur, & sine illis prædia dominorum quasi mortua essent; siquidem illi, qui servitutem ratione subjectionis, aut alia de causa, alteri præstare tenentur, non possunt in præjudicium domini locum mutare, & alio, invito domino, domicilium aut colonias suas transferre, *l. 15. C. de Agric.* Gail. *de Arrest. c. 8. n. 13.* Thoming. *dec. 17. n. 4.* limit. vid. infer. *cap. III. §. 6. sq.*

1.) non possunt a fundo recedere invito domino.

2) tenentur ad præstationem operarum. § II. Deinde tenentur ad præstationes operarum, quæ Germ. vocantur Fröhnen, Frohn-Dienste, a vocabulo *sacro* dictæ, quasi sacræ libertatis, quæ per manumissionem contigit, remuneratio: veteribus enim Alemannis Frohn idem erat quod sacrum, Klock. *de contrib. c. 2. n. 32.* dicuntur etiam angariæ & perangariæ, ἀγγαρεία enim proprie est servitus coacta, *l. pen. vers. universos autem. C. de aqua ductu. l. 11. C. de SS. Eccles. Auth. item nulla C. de Episc. & Cler.* Ziegl. *de dote Eccles. c. 13. th 31.* Gudelin. *de jure noviss. l. 5. c. 3.* Sunt autem secundum *l. 1. ff. de operis libert.* officium diurnum dominis in personarum vel prædiorum utilitatem a subditis præstandum. Dicuntur operæ officium diurnum, uti est regulariter, unde etiam concludit Sichard. *ad rubr. C. de oper. libert.* nunquam nobiles licite rusticis operas nocturnas imponere posse, nisi tempore necessitatis, aut si ita consuetudine præscriptum sit, Treutl. *V. 1. d. 2. th. 4. lit. B.* quemadmodum vero hæc officia pro diversitate locorum variant, ita etiam quædam vocari possunt nocturna, JCtus enim tantum ad frequentiam respexit in *l. alleg.* in multis sc. locis rustici noctu simul excubias agere & dominorum suorum opes & domicilia custodire tenentur, vid. *P. 2. Const. Elect. 51.* & Altenburgis. Landes-Ordn. *P. 2. c. 2. tit. 15. in. f.* Quod si tamen ejusmodi onus jam prædio inhæreat, aut per pactum vel consuetudinem, quæ vim conventionis habet, *l. 18. C. locati.* sit introductum, aut necessitas hoc exigat, Stamm. *de serv. pers. l. 3. c. 21.* Otto *in jur. publ. c. 11. §. 14. qu. 4.* Treutl. *V. 1. d. 2. th. 4. lit. B.* Berlich. *P. 2. concl. 64.* neutiquam juris esse præsumuntur, Klock. *de contr. c. 2. n. 63.* uti nec gravandi sunt subditi excubiis, si forsan rei malefici & delinquentes in carcere detineantur, sed custodiæ hujus cura, perinde ut ipsa executio & irrogatio pœnarum, magistratui incumbit, Beier. *de expens. exec. crim. c. 5. §. 4. n. 112. it. c. 9. §. 13. n. 353.* Dopler. *in theatr. pœn. c. 10. §. 47.*

Operarum definitio.

§. III. Circa præstationem operarum hic etiam notandum, quod apud nostros glebæ adscriptos eorum liberi adulti præter servitia, die Frohn-Dienste, quæ parentes præstant, adhuc coacti sint, per aliquot annos in privatis dominorum œconomiis officia domestica, Gesinde-Dienste, pro certa quadam mercede, ut plurimum tamen eam non adæquante, quam impetrare possent, si extraneis servirent, exhibere; si vero prius, quam domini servitia eorum requisiverint, extraneis operas suas locaverint, non revocari, juxta §. 4. der Käyserlichen Landes-Ordnung, *de Anno 1596.* possunt ante elapsum tempus contractus locationis, sed ad minimum uno mense ante finitum serviendi tempus, tam illis ipsis, quam dominis, quibus hactenus servitia præstitere, denuncianda revocatio. Et talis consuetudo etiam in Saxonia viget, si sc. liberi a parentibus se disjungere, & extraneo suas operas addicere velint, vel in laribus paternis quidem remaneant, extraneis tamen operas locare soleant, Ord. Polit. de Anno 1661. *tit. 23. §. 1. seq.* Carpz. *P. 2. dec. 5.* Hinc cum paroeciani pari jure matri Ecclesiæ, qua subditi domino & magistratui, quodammodo sint obstricti; ideo operas suas quoque Ecclesiæ ministris ad culturam agrorum suorum elocare, nec, his ce nondum consitis, culturam aliorum suscipere valent, Philipp. *us. pract. l. 2. Ecleg. 44.* & *l. 1 Ecl. 31. n. 7.* At quid, si glebæ addicti operas suas equis vel manu præstandas elocare soleant, annon hoc casu, ut dominis pro certa mercede eas præ aliis elocent, erunt obstricti? Negat Carpz. *lib. 1. resp. 58.* Manzius *in dec. Palat. qu. 13. n. 3. seq. arg. l. 11. C. de loc. cond.* nisi dominus re adhuc integra concurrat, eandemque mercedem promittat, & ita subditi damnum exinde non sentiant, Wege *de locat. c. 3. n. 132.* Carpz. *P. 2. dec. 205. n. 9. seqq.*

Ulterior operarum explicatio.

9. seq. si autem domini jurisdictionales diversi adsint, & unus superiorem, alter inferiorem jurisdictionem habeat, quid tunc juris, exponitur in der Fürstlichen Altenburgischen Landes-Ordnung. *de Anno 1651. §. 9. seq.* Sed an domini operas horum rusticorum, quando ipsi iis non indigent, aliis locare possint, quæstionis est? Negat Berlich. *P. 1. dec. 67.* affirmat Brunn. *ad l. 23. §. 12. ff. de condict. indeb.* Nos putamus, si operæ certam præstationem pecuniariam admittant, & rusticorum conditio non fiat deterior, nec graviores fiant operæ, locationem esse permissam, operæ autem officiales, v. g. excubias agere, alteri sine prædio locari non possunt, Berlich. *P. 2. c. 64. n. 20. seq.*

Operarum divisio 1.) in officiales & artificiales.

§. IV. Dividuntur autem communiter ejusmodi operæ a Doctoribus in officiales & artificiales vel fabriles, *l. 6. & 9. §. 1. ff. de oper. libert. l. 26. §. 12. ff. de condict. indeb.* Conan. *in Comment. l. 2. c. 8. n. 6. seq.* Anton. Faber *in Jurispr. Papin. tit. 5. pr. 2 illat. 13.* Ekolt. *ad ff. tit. de oper. libert. §. 3.* Illæ consistunt in honoris exhibitione, *l. 9 pr & §. 1. ff. de obseq.* Althus. *in dicæol. l. 1. c. 14. n. 39. & c. 28. n. 15.* quem quilibet glebæ adscriptus domino suo, sicut libertus patrono, *l. 1. & 9. ff. de oper. libert.* præstare tenetur. Tam sancta autem persona patroni apud Romanos videbatur, ut illa a liberto in jus vocari prorsus non potuerit, nisi prius veniam edicti petierit, *l. 2. C. & l. 4. §. 1. ff. de in jus voc.* quod quamvis hodie tam stricte non amplius observetur, non tamen subditis contra dominum actionem famosam intentare, aut criminaliter ipsum deferre licet, Stamm. *l. 3. c. 18.* Artificiales vero seu fabriles sunt, quæ ex artificio, quod serviens profitetur, fiunt, Lauterb. *in Comp. d. t.* Harum quædam præstantur jumentis per equos & boves, Zug-Vieh, Pferde oder Ochsen, ubi nimirum subditi suis jumentis ad operas rurales præstandas sunt obligati, agros domini colendo, fruges in horrea, fimum in agros vehendo, item frumenta in urbes vicinas exportando, aliaque hujus generis, quales operarii Anspänner, Pferdner oder Hüffner vulgo solent appellari. Quædam præstantur manu, ab illis sc. quibus tantum prædii non est, quantum ad vecturas, equosve alendos sufficit, ut sunt hortulani, qui operas manuarias exhibent, v. gr. mit Hauß-Frohnen, Getraide-Jäten, Schneiden, Dreschen, Potgiess. *de condit. & stat. serv. l. 2. c. 3. §. 8.* Klock. *de contrib. cap. 2. n. 52.* quos Hindersedler, Solner, Kötner, Kotsassen, Cossäten, Gärtner appellant, Ziegler. *de dote Eccles. §. 41.*

2.) in determinatas & indeterminatas.

§. V. Operæ artificiales occasionem nobis præbent inquirendi in vulgatam Doctorum distinctionem, in operas determinatas & indeterminatas, (quoad jus Sax. videri potest Carpz. *P. 1. C. 4. d. 1. sq. P. 2. C. 52. d. 1. sq.*) de quibus Dn. Thomasius *in disp. sua de hominibus propr. & liber. Germ. §. 84.* dicit, quod variæ de utrisque disceptationes occurrant, in utramque partem disceptabiles, ob incertitudinem juris, quo utimur; adjicit interea Vir Illustris, quod rustici servi, sub quibus hodiernos homines proprios intelligit, præstare debeant operas indeterminatas, liberti vero ex rusticis determinatas, sc. tantas, quantas ipsis dominus tempore manumissionis imposuit, & tum conventum est. Ad nostrum si hoc applicare volumus scopum, videndum est, num servitiorum in genere denominatione prædia subditorum sint insignita, an vero enumeratione certarum specierum sint notata: priori casu operæ censentur indeterminatæ, quæ vero, si consuetudines non adsint, ad arbitrium boni viri sunt reducendæ, *l. 30. ff. de oper. libert.* Althus. *in dicæol. l. 1. c. 24. n. 43.* Carpzov. *l. 1. resp. 54.* Wege *de locat. cap. 6. n. 22.* (& ejusmodi operæ justæ, quæ diei sunt æquales, columellæ dicuntur, Althus. *c. l. c. 2. n. 4.*) & juxta prædiorum qualitates æstimandæ, ne sc. nimis aggraventur miseri subditi, Carpzov. *l. 1. resp. 53. n. 15. sq.* Mev. *P. 4. dec. 132. 133.* Hinc si prædium per emtionem agrorum aliorumque bonorum adauctum & amplificatum fuerit, subditi ad servitia indeterminata obligati in colendis illis agris & bonis, prædio adjectis, operas suas præstare non tenentur, Carpz. *c. l. resp. 55.* nisi ex natura subjectæ materiæ virtualiter comprehendantur, Schäffer *P. 3. qu. 4. n. 44. sq.* Posteriori casu pro determinatis habentur, Otto *de jur. publ. c. 11. §. 14.* & ultra has aliæ operæ injungi non possunt nec debent, *arg. l. 1. C. in quib. caus. col. cens.* Mev. *P. 4. dec. 131. n. 1.* Struv. *in S. J. C. Ex. 2. th. 24.* nec objectione & exceptione possessionis domini se tueri possunt, uti judicatum zwischen der Gemeine zu Ebersspach, Kl. und der Herrschafft allda, Bekl. d. 21. Jul. 1702. & 23. Aug. 1703. in possessione quidem dominus interea defendendus, *arg. l. 14. §. 2. ff. de alim. leg. tit. 2. Land-R. art. 24.* Treutl *l. 2. ref. 15. n. 5. sq.* Oldekop. vero *decad. 5. qu. 1. n. 13. seq.* requirit, ut simul titulus & bona fides probetur. In Lusatia nostra plerique subditi operas exhibent determinatas, quo innumeræ lites præcaveantur: quilibet enim stato tempore suas suo domino præstat operas, quæ tamen prius per œconomiæ præfectos, Schösser, Verwalter, præcedente die indicuntur, operæ enim non debentur, nisi indictæ, *l. 7. ff. de usufr. leg.*

 Brunn.

Brunn. *cent 5. dec. 80. n. 3.* Ekolt. *ad ff. de Oper. libert. §. 2.*

Variæ circa operas observationes.

§. VI. Subditi autem regulariter, dum fatione & collectione frugum occupantur, ad operas præstandas compelli non possunt. *l. 1. C. de Agric.* nec festis diebus, nisi publica utilitas annonæ hoc exigat, *l. 3. & pen. in fin. C. de feriis*, vid. *cap. 3. X. & l. 7. C. de feriis.* Wesenb. *ad l. 3. C. de fer. n. 34.* conf. Balduin. *l. 2. c. 13. cas. 5.* nec Dominus operas subditorum certas in similes convertere potest, *arg. l. 5. & ult. C. de Agric.* vid. Carpz. *l. 1. resp. 56.* nec ad alios casus extendere, *c. fin. X. de offic. Archidiac. l. 23. §. 1. vers. caveant autem. C. de Agric.* quippe cum ii homines certas operas annuatim præstare soleant, in ceteris liberi dicuntur, *l. ult. ff. de liberal. caus.* Menoch. *lib. 1. cons. 31. n. 59.* & operæ potius restringendæ quam extendendæ, Carpz. *P. 2. C. 52. d. 2. n. 5.* Operæ autem non domino jurisdictionis, sed proprietatis, dem Erb- oder Eigenthums-Herrn, a quo sua bona seu prædia in vim beneficii recognoscunt, in dubio adjudicandæ sunt, Klock. *de contr. c. 2. n. 35.* cum jurisdictio, sive superior, sive inferior, nihil commune habeat cum servitiis & operis rusticorum, operæ enim vel ex conventione, vel præscriptione, vel ex concessione Principis una cum servitiis istis investientis, vel ex dispositione legis debentur, Franzk. *l. 9. resp. 15. n. 25 sq.* Philipp. Porer. Bedencken etlicher Fragen, wegen Schuld-Sachen *qu. 11. n. 798 sq.* Sic jure communi subditi in pagis ad ligna aliamve materiam, ædificiis dominorum exstruendis necessariam, convehendam haud obligati sunt, *l. 1. C. ne rust. ad ull. obseq.* Hering. *de Molend. qu. 10. n. 31.* in provinciis tamen Electoratus Sax. ad præstandas operas & servitia ædificiis dominorum exstruendis obstricti sunt, *Ord. Prov de Anno 1555. tit.* von Bau-Frohnen, verb. demnach setzen, wollen etc *Const. Elect. 52. P. 2.* Berlich. *P. 2. concl. 65. n. 2. sq.* Et paroeciani ad ædificia ecclesiastica non tantum equis sed & manibus operas præstare coguntur, *Ordin. Eccles. Elect. Sax. Art. gen. 32.* Finckelth. *de jure Patron. c. 4. n. 86. & 91.* Verum notoria & fere universali Germaniæ consuetudine servitia & munera hæc in consequentiam jurisdictionis, quam quis habet in pago, ab ejus habitatoribus præstari postulantur, & eo jure, quod dominus per homagium in subditorum personam consecutus est, debentur, *arg. l. 3. & 4. ff. de oper. serv. l. 7. C. de oper. publ. & tot. tit. C. ne oper. a collat.* Dav. Crafster. *P. 4. cons. 21. n. 1. sq.*

Ampliatio. §. VII. Operas autem vindicanti onus probandi incumbit, *l. 1. C. de oper. libert.* cum exactio operarum sit contra jus commune, ejusque prohibitionem, *l. un. C. ne oper. a collat. l. 1. C. ne rustici ad ull. obsequ.* Thom. Merckelbach. *consult. de contrib. 5. p. 86.* licet dominus in possessione vel quasi operarum sit. Glebæ hisce addictis autem operas nobilibus suis præstantibus non debentur alimenta, vid. Capell. Tholos. *qu. 423. n. 1.* nisi consuetudo, Carpz. *P. 2. C. 51. d. 5.* vel pactum, aut paupertas eorum, *l. 19. 21. & pen. ff. de oper. libert.* hoc postulet, quare & instrumenta, sine quibus operæ præstari nequeunt, ipsi subditi suo sumtu comparant, *l. 18. & 20. pr. ff. de oper. libert.* Coler. *de proc. execut. c. 9. n. 57.* Althus. *in dicaeol. l. 1. c. 24. n 42.* Hering. *de Molend. qu. 44. n. 31 sq.* & fracta reficiunt; nec Dominus ratione amissorum satisfacere eis tenetur, Schoner. *lib. 1. disp feudal. 4. th. 125.* Nicol. Michael. *de deteriorat. c. 1. §. 4 n. 63. sq.* In Lusatia autem nostra in operarum præstatione, bey den Frohn-Diensten, plerumque ipsis alimenta suppeditantur.

Qu. num subditi per præscriptionem liberentur a servitiis præstandis?

§. VIII. Quæritur hic, num glebæ adscripti per præscriptionem liberentur a servitiis præstandis? Et respondetur affirmando, si sc. legitimum tempus immunitatis probare possint; & hoc fieri posse spatio 30. vel 40. annorum, Dd. communiter concludunt, vid. disp. Engelbrecht. *de operis rust. §. 112.* Ita etiam judicatum est in supremo Tribunali Budiss. in causa der Gemeine zu Biehle contra ihre Herrschafft d. 6. Decembris, Anno 1697.

> Daß Impetranten ihres Vor- und Einwendes ungeachtet, die völlige Hof-Dienste zu leisten verbunden; Sie könten und wolten denn, daß sie an dem Tage, da sie das gemeine Zechhüten haben, von den Hof-Diensten befreyet, und dißfalls in præscripta possessione constituiret seyn, binnen Sächsischer Frist erweisen.

Non aliter autem hæc præscriptio locum habet, quam si operæ sint indictæ, alter vero contradixerit, & indicens postea longo tempore acquieverit, Stryck. *in Annot. ad Lauterb. tit. de oper. serv.* Schæffer. *Part. 3. qu. 45. n. 29.* non enim in rerum natura præsumuntur, antequam indicuntur, *l. 7. ff. de usufr. leg.* semper ergo adhuc exigi poterunt, etiamsi ad tempus fuerint intermissæ; nam qui non indiget, & propterea aliquid non acquirit, non amittit jus suum, Brunn. *ad l. 22. C. de Agric. n. 7.*

§. IX.

Num dominus operas in pecuniam mutatas postmodum in natura exigere possit?

§. IX. Num vero dominus, si pro operis certam pecuniæ summam annuatim sumserit, postea rursus operas in natura exigere possit, dubium est: distinguendum hic esse, putat Husan. *cap. 6. §. 76.* num per annuam pensionem operæ prorsus sint redemtæ, an tantum necessitate urgente ad tempus conversæ sint in pecuniam: priori casu dominus non potest recedere ad operarum exactionem; posteriori vero pro lubitu, id quod confirmatur sententia Dicast. supr. Budiss. in causa Syndicen der Gemeine zu Wehrsdorff, Kl. contra ihre Herrschafft, Bekl. d. 23. August. Anno 1702. lata:

> Daß Klägere ihres Einwendens ungeachtet die völligen landüblichen Dienste, hiesigem Landes-Gebrauche nach, gegen Zurückhaltung der angekündigten Dienst-Gelder zu verrichten schuldig.

Alias domino non licet servitia in pecuniariam præstationem commutare, nisi necessitate urgente, & boni viri æstimatione interveniente, Brunnemann. *cent. 4. dec. 76.* Kohl. *de servit. feudal. T. 1. P. 6. n. 39. Constit. El. 2. P. 3.* vel subditi per longissimum tempus loco operarum annuatim certam pecuniæ summam uniformiter solverint, *Const. El. 4. P. 2.* Treutl. *V. 2. disp. 22. th. 2. lit. G.* Verum si glebæ addictus perpetuam venditionem factam, vel, cum dominus neglecta pecunia operas rursum postulare præsumserit, &, facta ad hoc contradictione, glebæ addictus post contradictionem totos 30. annos absque ulla interruptione quiete pecuniam uniformiter se solvisse probare non posset, putarem contra præscriptionem esse judicandum, *arg. l. 2. C. de præscript. 30. vel. 40. ann.* Carpzov. *Part. 2. Constit. 4. disp. 4.* quia alias pro actu meræ facultatis habetur, in quo nulla currit præscriptio, Merckelbach. *consult. de contrib. 5. p. 58.* vid. Manzius *in decis. Palat. qu. 29.* quanquam Dn. de Lyncker *cent. 3. dec. 202.* excipiat præscriptionem per tempus immemoriale, cum vim tituli habeat, vel si dominus regressum ad operas sibi reservaverit, alias si alternative subditi ad operas vel pecuniæ præstationem obligati sunt, regulariter electio est eorum, quodnam præstare velint, *a. l. 10. §. f. ff. de jur. dot.* Carpzov. *P. 2. C. El. 4. d. 5.*

Operæ non nisi in fundis dominorum debentur.

§. X Hæ operæ autem in fundis dominorum sunt præstandæ, non vero debentur, si conductores prædiorum nobilium in exstruendis suis propriis ædibus illas adhibere velint, Ita enim responsum in summo Tribunali Budiss. d. 11. Januar. 1704. nach Pulßnitz. Nam servitia de loco ad locum trahenda non sunt, *l. 20. §. 1. & l. 21. ff. de oper. libert. arg. l. 13. §. 1. ff. de ann. leg.* Carpzov. *lib. 1. resp. 57.* Dn. de Lyncker. *cent. 3. dec. 298.* Althus. *in dicaol. lib. 1. cap. 28. n. 15.*

3) possunt res suas cum consensu domini alienare.

§. XI. Ad effectus & jura horum glebæ adscriptorum porro referri potest, quod possint juxta *Artic. 1. cit. Ordin.* res suas necessitate urgente alienare, & contractus, ut aliæ liberæ personæ, celebrare; in magni autem momenti contractibus, si validi esse debeant, & effectus suos sortiri, confirmatione domini jurisdictionalis opus habent. Probat hoc satis luculenter sententia in summo Trib. Budiss. in caus. Barthel Martschicks zu Goßig, und Matthes Martschicks Wittib, lata:

> Daß vor allen Dingen ad Acta zu bringen, ob und von wem der obangezogene zwischen Barthel Martschicken, und seinem Sohne aufgesetzte Kauff-Brief zur herrschafftlichen Confirmation vorgetragen worden, und ob solche auch erfolget. Worauf 2c.

4.) possunt nuptias contrahere.

§. XII. Ceterum subditis hisce nuptias contrahere, nullibi prohibitum est, Hopp. *in Comment. Inst. ad §. 4. de jur. pers.* & quidem cum quacunque velint sponsa, invito domino, illamque ex aliena jurisdictione secum ducere possunt, nisi dominus prægnantes & in verbo Dei fundatas prohibendi causas habeat, aut subditus anno servitiis destinato nondum consummato matrimonium inire cupiat, vid. *Ordin. Subd. Art. IV. n. 8.* ubi simul expresse prohibitum, ne domini a subditis sexus sequioris, si per nuptias ex ipsorum fundis transeant, pecuniam gabellæ loco poscant, quia hoc non solum jure Naturæ sit æquum & justum, sed etiam favor matrimonii sexum fœmineum ab ejusmodi oneribus absolvat. Sed deterioris conditionis sunt de jure civili adscriptitii etiam hoc in casu, nam sine consensu dominorum nuptias celebrare non poterant. *Nov. 157.* enim loquitur de colonis, ibique Stephani *n. 4. & 5.* sicuti etiam subditi in Westphalia, teste Schönb. *l. 1. c. 9. p. 73.* absque consensu & permissione domini filias elocare non possunt. Ne vero honoris cultus, quem domino omni tempore debent, hac ratione aliquo modo lædatur, citata Ordin. nostra matrimonium inituris injungit, ut domino hoc indicent: Die Herrschafft aber jedes Orts soll vor allen Dingen, wenn sich die Unterthanen verehligen wol-

wollen, darüber Ehrenthalber, und aus unterthäniger Ehrerbietung, begrüsset werden.

nec domini consensus hic desideratur.

§. XIII. Inde autem nequaquam est inferendum, quasi domini jurisdictionalis consensus necessario in matrimonio sit adhibendus, uti parentum in legitimis liberorum sponsalibus incundis. Unde jure nostro Lusat. consensus hic prorsus non pro parte matrimonii essentiali habetur, id quod satis confirmat sequens ex Rescripto Regio extractus, in causa Jacob Rödees zu Taschendorff contra Dn. Decanum Budiss. de dato Dresd, d. 9. Jan. 1711.

> Allermassen ihr aber in eurem Berichte selbst anzuführen wisset, solches auch die Unterthanen-Ordnung nach ihrem Inhalt weiset, daß die Herrschafften von denen Unterthanen, wenn sie heyrathen wollen, zwar Ehren halber, und aus unterthäniger Ehrerbietung begrüsset werden sollen, die Erlangung ihres Consensus aber nicht eben ein Essential-Stück zu Sponsalien sey, und also, wenn dieselben sonst beständig, und darwider nichts erhebliches anzuführen, der Mangel des herrschafftlichen Consensus dieselbe nicht zu annulliren vermag, ja da auch gleich die Contrahenten selber deßwegen davon wieder resiliren wolten, solches in ihrer Willkühr nicht mehr stehet, noch denselben zuzulassen wäre; Als begehren wir gnädigst, ihr wollet dem Decano nochmahlen Deutung thun, solche Eh-Vollziehung, wenn sonst das versprochene richtig gewesen, nicht länger aufzuhalten, sondern er, wenn ja was wegen seiner nicht gesuchten Einwilligung in die Verheyrathung von seinen Unterthanen versehen worden, dieselben darum vielmehr mit einer leiblichen Straffe ansehen möge rc. rc.

5.) sunt testes habiles in testamento.

§. XIV. Insuper hosce Lusatiæ subditos hodie omnino etiam indistincte in testamentis testes habiles esse posse, nullum putamus esse dubium, conf. Reusner. *P. 3. de testam. cap. 15. n. 5.* Treutl. *V. 2. disp. 10. th. 4. lit. 3.* Et quamvis Berger. *in Oecon. jur. p. 345.* ex Recess. Imp. *de Anno 1512. tit 2. §. 7.* adducat, quod homines proprii non nisi in testamento hominis proprii testes esse possint; hoc tamen nostris non applicari posse existimamus, quoniam plenariam de rebus suis testandi potestatem, quæ *l. 13. C. testam.* universaliter est permissa, per *Artic. I. Ordin. alleg.* habet; & in genere glebæ addicti jure testari possunt; Reusner. *de testam. P. 2. cap. 28. n. 25. seq.* Præterea etiam satis constat, rusticos Lusatienses, quamvis ut usufructuarii considerentur, a satisdatione esse immunes, uti Facult. Witteb. respondit in causa der Gemeinde zu Peutsch, und Cons. contra Georg von Wiedebach, 1710. Mens. April teste eodem Berger. *l. c. pag. 1024.* Possent hic complures alii effectus subjungi, quia vero nihil singulare habent, & in ceteris fere omnibus cum juribus aliorum hominum conveniunt jura rusticorum Lusaticorum, hos in præsentiarum mittimus, &, ne in nimiam prolixitatem excrescat disputatio nostra per eas res, quæ ubivis obviæ ac notissimæ sunt, ad effectus a parte domini perspiciendos mentem appellere volumus.

6.) immunes sunt a cautione.

Effectus respectu domini: Domini tenentur subditos suos tueri, nec illos sæviter tractare.

§. XV. Primario igitur officium domini erga hosce subditos in eo consistit, ut illos propter servitia, quæ ipsi præstant, tueatur, nec eos per se miseros, nimia severitate, quæ inprimis in aggravatione operarum committi potest, prorsus supprimat, quæ extorsio insolitorum servitiorum jure improbatur, *l. 50. §. 1. ff. de oper. libert.* ubi Neratius respondit, quemlibet operas edentem alendum, aut satis temporis ad quæstum alimentorum ei relinquendum; quod etiam *in Ordin. Subd. sæpius alleg.* dominis hinc & inde interdictum, ita, ut, si hac in parte excedant, & subditi justas querelas moveant, iidem meritam pœnam pro sævitiæ ratione effugere haud possint. Patet hoc inter alia ex verbis Resolutioni Sereniss. Elect. Joh. Georgii II. sub 7. Sept. 1673. insertis:

> Es wäre denn Sache, daß eine Obrigkeit den modum excediren, und etwas unchristliches, unbilliges und neuerliches wider ihre Unterthanen vornehmen wolte, auf welchem Fall dieselbe dem Amts-Gehorsam sowohl als die Unterthanen unterworffen, und Erkänntniß zu leiden schuldig verbleiben.

uti & operarum exactione gravati subditi provocare possunt ad superiorem, Franzk. *lib. 2. res. 15. n. 11.*

modica tamen coercitio licita est.

§. XVI. Potest tamen dominus subditos suos carcere & plagis, si justa adsit causa, ad modum Romanorum, in adscriptitiis usitatum, *Auth. ad hoc qui suam. C. de Lat. lib. toll.* modice coercere, quod, quamvis non expresse sit sancitum, tacite tamen concessum videtur, cum enim excessus sævitiæ sit prohibitus, mediocritatem per-

permitti, exinde sponte fluit, Husan. *d. tr.c.7.§.18.* Hinc sæpius fit, ut vel a dominis ipsis vel ejus œconomiæ præfectis, si subditi ad servitia præstanda nimis sero veniant, verberibus excipiantur, vel etiam, si nimis segniter, more rusticis solito, manus operis admoveant, fuste officii sui admoneantur. Necessaria etiam quandoque ejusmodi coercitio est, & in conscientia licita, si modo severitas misceatur cum lenitate, hoc est, faciendum est quoddam ex utroque temperamentum, ut neque nimia asperitate exulcerentur subditi, neque nimia lenitate solvantur, *dist. 45. c. disciplina. 9.*

non possunt illos e fundis ejicere.

§. XVII. Quoniam etiam, uti supra dictum, subditi a fundo domini sui, eo invito & inscio, recedere non possunt, dominus etiam ipsos vi non potest ejicere ex jurisdictione sua, nisi justa adsit causa, Manzius *in decis. Palat. qu. 19. n. 16.* de provinciis Sax. hoc testatur Ziegl. *concl. 1. n. 185. & 195.* id quod humanitas, ✱, quæ sancta semper lex esto, amor erga proximum omnino suadet. Nimis igitur dura videtur Nobilium provinciæ Megapolitanæ consuetudo, qui colonos pro lubitu expellere, fundumque ad se recipere, vel alio transferre possunt, Erhardt. *de oper. rust. concl. V.* Translocatio vero subditorum dominis Lusatiæ permissa est, ita tamen, ut ipsorum accedat consensus, qui tunc a succedente alio domino vindicari non possunt, uti patet ex responso ad requisitionem C. G. von Gersdorff auf Mittel-Herwigsdorff, d. 12. April. 1706.

bene tamen translocare.

Weiln 2.) einer Herrschafft gar wohl zugelassen, ein und den andern Unterthan, von einem seiner Güter oder Vorwerg, mit dessen Einwilligung, auf sein ander Gut zu setzen, ohne daß er selbigem einen Loß-Brieff zu geben hat, indem sie darnach, wie zuvor, seine Unterthanen verbleiben; Als ist des letzigen Besitzers des Guts Weigersdorff Anspruch zu denen zu Grödiz sich befindenden Unterthanen, Martin und George Junckerten, zu Recht nicht genugsam fundirt, sondern ihr euch darmit, daß zu der Zeit, als ihm das Gut Weigersdorff verkaufft worden, diese Gebrüder keine Unterthanen mehr allda gewesen, in Vormundschafft beständig zu schützen.

Plures effectus recensentur.

§. XVIII. Ad effectus respectu domini adhuc referri posset, quod ipsi liceat pro literis dimissorialibus certum pretium, tanquam fructus jurisdictionis exigere, item, quod possit subditum suum fugientem persequi & vindicare, & quod econtrario non debeat aliorum dominorum subditos sine literis dimissorialibus recipere, aut receptos quocunque modo occultare, sed potius illos sine ulla difficultate ad requisitionem vero domino restituere; quoniam vero de his in capitibus subsequentibus pluribus agendi erit occasio, hic subsistimus & progredimur ad

CAPUT III.

De Solutionibus.

§. I.

Liberantur subditi 1.) si literas dimissoriales accipiant.

Considerandi hic veniunt diversi modi, quibus glebæ adscripti superioris Lusatiæ ab oneribus hujus subjectionis liberantur. Primum itaque acquirendi libertatem remedium sunt literæ dimissoriæ, seu, ut barbare alias vocantur, Affrancamentum, Frey-Loß-Brief, *pr. Art. IV. Ordin. Subd. Lus. sup.* quæ a domino proprietatis ipsis conceduntur, & quidem pro certo quodam lytro, tanquam fructu jurisdictionis, quod juxta Spec. Sax. *lib. III. Art. 73.* a veteribus Vandalis, inprimis si per matrimonium a subjectione solvi cupiebant, Verführungs-Pfennige dicebatur. Debet autem hoc liberationis pretium justum, & tam facultatibus glebæ adscriptorum, quam etiam consuetudini locorum conveniens esse, nec in Lusatia 10. thaleros excedere, *Artic. IV. n. 1. inf. d. Ordin.* Quodsi vero de pretio literarum dimissoriarum inter dominum & subditum conveniri non possit, hujus determinatio a judice fieri debet, uti judicatum in causa Christoph Fiedlusts, und der Herrschafft zu Cunnewitz, d. 13. Febr. 1706. In aliquibus locis etiam introductum est jus detractionis, vulgo Abzugs-Geld, de quo vid. Berlich. *P. 3. concl. 52.*

Brevis solutionis hujus cum Roman. manumissio-ne collatio.

§. II. Posset hæc solutio juxta stylum Romanum etiam dici Manumissio, utpote quam definit Ulpianus *l. 4. ff. de J. & J.* quod sit de manu missio, id est, datio libertatis; nam quamdiu quis in servitute est, manui & potestati domini est suppositus; mittebantur autem e manu ad indicandum, eos potestare domini solutos esse; manus enim *l. 2. §. 1. ff. de O. J.* pro potestate habetur: possent quoque jam variæ manumissionis species recenseri; sed nolumus hic diutius morari, remittimus potius curiosum lectorem, quoad hanc materiam, ad elegantissimum Potgiesseri tractatum *de condit. & stat. serv.* ubi in *lib. 3.* ma-

manumissionis species sat prolixe recensitas reperiet. Revertimur jam ad literas dimissoriales, ubi videndum erit, quisnam præter verum dominum, cui de jure competit, Mev. vom Zustand der Bauern, *qu. 3. n. 4.* illas literas concedere possit? Et respond. Nullus facultatem hanc habet, quam cui vel lex, vel ipse dominus istam expresse concessit; hæc dimissio enim pars & nota dominii est, *l. 12. C. de fund. patrim.* Cothman. *Vol. 1. resp. 38. n. 60.*

Quibus præter dominos liceat glebæ adscriptos dimittere.

§. III. Conceditur autem quandoque hæc facultas pignorum detentoribus, ut & conductoribus in contractu, quem inter se ineunt, & tunc quoque literas dimissoriales subditis legitimo modo petentibus dare possunt, modo hæc dimissio ab ipsis fiat bona fide & absque dolo, nec forsan per malam administrationem vel prodigalitatem, *Ord. Subd. Art. IV. in pr.* Deinde hanc potestatem habet maritus in bonis dotalibus, quamvis alias juxta *l. 5. ff. de fund. dot.* fundum dotalem alienare non possit; quoniam marito in hisce bonis ususfructus competit, *l. 7. pr. ff. de jur. dot.* imo in jure maritus pro domino dotis habetur, *pr. J. quib. alien. lic. l. 23. C. de jur dot. l. 13. ff. de fund. dot.* ideo subditorum dimissio, maxime si ex justis causis fiat, ipsi non est interdicta; modo non vergat in manifestum bonorum uxoris detrimentum. Porro quoque debitores in concursu creditorum subditos quosdam dimittere possunt, si creditorum adhibeatur consensus, secus si non; sic enim dimissio nulla est, Juti responsum d. 23. April 1712. an die Herrschafft zu Klein-Dechsa:

> Wegen der andern loßgelassenen Unterthanen aber, welche die Loß Brieffe und Præsumtion, daß sie solche eher, als ihr das Guth Klein-Dechsa, erhalten, vor sich haben, hat die intendirte Citation in eurem Gerichte noch zur Zeit nicht statt. Wären aber indicia zugegen, daß ein oder der andere gleichmäßig den Loß-Brief pendente concursu & subhastatione von dem von Nostitz erhalten; So möget ihr selben durch Hülffe der Herrschafft, wo er sich befindet, zu Beschwörung der Zeit, wenn er den Loß-Brief wahrhafftig erhalten, wohl anhalten lassen, und denn, wenn die Loßlassung sich ungebührlich befindet, die Remission des Unterthanen in eure Gerichte mit Bestande Rechtens fordern.

Quibus non liceat.

§. IV. Tutores econtrario & Curatores subditos pupillorum dimittere non possunt, *ib. §.* die Vormünden *x.* nisi insignis inde utilitas pupillo accrescere possit; nec dubium est, quin pari modo, ut alias in alienandis bonis pupillorum immobilibus, & mobilibus, quæ servando servari possunt, causæ cognitio a judice competente, *l. f. C. de præd. minor.* & ejusdem decretum sit interponendum, Stryk. *in C. C. Sect. I. c. 3. §. 19.* Menoch. *l. c. Arb. jud. qu. 171. n. 24* Zoes. *ad tit. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Multo minus debitores in præjudicium illorum, quibus subditi nonnulli expresse oppignorati sunt, per literas dimissoriales eos a subjectionis jugo liberare possunt.

Ampliatio.

§. V. Nec etiam dominus, qui subditos certos cum aliis communes habet, sine consensu ceterorum unum aut alterum dimittere potest, ne jus quæsitum alteri auferatur; nam & hic, quia paritas rationis subest, potior est causa prohibentis, *l. 28. in pr. ff. comm. divid.* Mev. *qu. 3. n 30.* Item uxor, quæ prædium aliquod in dotalitium accipit, glebæ adscriptos liberare non valet; habet enim tantum usumfructum in illo prædio, qui vero ad alienandum non sufficit, *arg. l. 7. §. 1. ff. de usufr.* Quid? quod nec magistratus etiam aliorum dominorum subditos, neque loco tutorum in bonis pupillorum dimittere debet, uti idem prohibet *Ordin. Subd. Art. IV.* imo nec ipse Imperator, *l. fin ff. de natal. restit.*

2) si subditus ultro prædium certas ob causas offerat.

§. VI. Videamus nunc, quomodo porro glebæ adscripti ab onere suo liberari possint; cum enim semper proniores ad liberandum, quam ad obligandum esse debeamus, *l. 47 ff. de O & A.* sequitur, quod si subditus, cui Dominus sufficientia vitæ subsidia suppeditare non possit, ultro prædium suum tradit, dominus illi literas dimissoriales denegare non possit, *Art. IV. ad Ord. n. 2.* v. g. si ob sterilitatem necessaria alimenta ibi habere nequeat: ut puta si fundus sit aut arenosus, aut saxosus, & ita contumax, ut nulla cultura, quantumvis diligenti, fructuosus esse queat, Manzius *in dec. Palat. qu. 18. n. 41.* aliud tamen vitæ genus eligere aut agriculturam curare debet. Num vero dominus subditum quendam dimittere teneatur, si is alium laboriosum hominem in suum locum surroget, nondum expediti juris est; Et in Lusatia nostra inprimis multis controversiis hoc ansam præbere constat; juxta æquitatem naturalem quæstio facili negotio decidi potest, dum, quod nobis non obest, & alteri prodest, nolle admittere malignum habetur, Mev. *l. c. qu. 3. n. 25.* Interim hic notandum, quod si semel glebæ adscriptus dimissus sit, & in ejus locum sub-

ſubſtitutus poſtea aufugiat, dominus priorem revocare non poſſit, propter expreſſum textum *l. 1. C. de ſerv. Reip. manumitt.*

3.) ſi propter delicta &c. e fundis ejiciantur.

§. VII. Præterea ſubditi liberantur, ſi propter delicta, aut alias prægnantes rationes, v. g. quod debita ſervitia recuſent, & in ejusmodi contumacia & reſiſtentia perſiſtant, Berlich. *Dec. 65. n. 1.* Carpzov. *Part. 2. C. 51. d. 16. arg. l. 8. C. quomodo & quando judex.* e ſundis ejiciantur, *Conſt. El. Sax. 8. Part. 2.* Berlich. *Part. 2. concl. 9. n. 30.* Nec domino liberum eſt, illos nolentes poſtmodum revocare, quia ſemel remittentibus jura ſua non eſt dandus regreſſus, *l. 14. §. 9. ff. de ædilit. edict. & l. 20. §. 1. ff. de minor.* Ejus liberi vero, niſi delicti paterni participes reperiantur, in fundo paterno manent, *d. Art. IV. n. 3.* A nexu ſubjectionis quoque ſolvuntur mulieres, & liberi poſt maritorum & patrum obitum, ſi ex ea cauſa, quia ſervitia debita vel propter ſenectutem, vel propter teneram nimis ætatem præſtare non poſſunt, a fundis diſcedant, & alibi neceſſaria vitæ ſubſidia quærant, quod valde approbat Mev. *l. c. qu. 3. §. 50.* nec hoc caſu liberi a priori domino vindicari poſſunt, inprimis ſi, prædiis derelictis, alii jam ſint ſubſtituti, qui ſolitas operas præſtant.

4.) ſi nimis ſæviter a dominis tractentur.

§. VIII. Juſtiſſimam omnium ſe liberandi a ſubjectione cauſam dominorum ſævitiam præbere, plerique Doctorum ſatentur, Huſan. *c. 8. n. 22.* Mev. *l. c. qu. 3. n. 59. ſeq.* Gail. *lib. 1. obſ. 17. arg. l. 1. Conſt. de emend. ſerv. l. fin. C. quem civ. mun. jud. lib. 10.* quibus etiam adſtipulatur alleg. Ordin. *Art. IV. n. 5.* Exſerit autem ſe hæc dominorum ſævitia potiſſimum duobus modis: vel nimis dura & aſpera tractatione, *l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni jur.* ſcil. per intolerabiles pœnas & inconſuetos ab humana natura prorſus adhorrentes carceres; vel per inſolita & contra omnem æquitatem impoſita ſervitia, ita, ut rebus ſic ſe habentibus etiam maxime neceſſaria vitæ ſubſidia ſibi parare non valeant; hoc igitur jugum ſi a collis ſuis excutere volunt, neceſſe eſt, ut magiſtratus ſuperior hac de re cognoſcat, utpote qui, pro ratione circumſtantiarum & ſecuritate, de ſævitia conquerentis providebit neceſſitati, Mev. *qu. 3. §. 92.* Maſcard. *de Prob. concl. 1301.* Nic. Boer. *P. I. dec. 132.* Vern. Vaſqu. *lib. 1. illuſtr. controv. c. 8. n. 17. ſeq.* Servitiis enim dominus civiliter uti debet, *l. 24. & 29. ff. de S. P. R. l. 60. §. ult. ff. mandat.* Ant. de Amato *dec. 130. n. 7. 8.*

5.) ſi conditionem ſuam meliorari poſſint.

§. IX. Liberari etiam poſſunt glebæ adſcripti, ſi ad promovendam ſuam domeſticam ſalutem alio ſe conſerre ſatagant, ideoque fundos ſuos prius cum conſenſu dominorum vendant vel permutent, ac literas dimiſſorias hanc ob cauſam conſequantur; Imprimis autem dominus, ſi ſubditi ſe meliorare poſſunt, ipſis impedimento eſſe non debet, propter æquitatem Chriſtianam, ut recte monet *Art. IV. n. 6. d. Ordin.* Injuſtiſſimum enim eſſet cogere ſubditos, ut in ſuo territorio ejusmodi ſundos colant, qui ipſis nec ad neceſſaria vitæ alimenta, nec ad ſervitia & alia onera, quæ ſuperiori ſunt præſtanda, ſufficerent. Aliter ſe res habet, ſi dominus certiſſime ſit perſuaſus, ipſos non ad meliorandam ſuam conditionem per operas ſuas, tam in urbibus quam pagis aliis locandas, ſed ad otium promovendum, dimiſſionem petere, ubi optimo jure hanc ipſis denegare poteſt dominus. Nam & jur. civ. colonis ſponte ex prædio abſcedere non licet, aut illud deſerere, quod ſemel colendum ſuſceperunt, Perez. *ad tit. C. de Agric. & Cenſit. n. 7.*

6.) ſi ſtudiis, militiæ, mercaturæ vel opificiis ſe mancipent.

§. X. Denique ſolvitur ſubditus juxta *n. 7. Art. IV. d. Ordin.* ſi ſtudiis ſe dedat, vel mercaturam, vel opificia exerceat, aut etiam militari munere fungatur. Inconveniens enim eſſe videtur, ejusmodi dignitatibus ſplendere, & ſimul tam ſordidis ruſticorum operis manum adhibere, *l. 34. ff. de oper. libert. & l. fin. C. de agric. & cenſ.* quamvis jure civili ab hac conditione nec privilegio, dignitate aut officio liberentur, *l. 11. Conſt. de agric.* Diſtinguendum autem hic eſt cum *Ordin. l. c.* num ſciente domino, an ipſo inſcio, quis ſupra dicto vitæ generi ſe applicuerit; Priori caſu dominus conſentire videtur, ideoque repetendi facultatem ſilentii ſui conniventia perdit, *l. 7. §. 1. de Murileg.* patientia enim iſta habet in ſe renunciationem, Mev. *Part. 2. Dec. 234. n. 3.* & ita ſubditus, ſi dominus ipſum revocare velit, exceptione conceſſæ tam diu libertatis uti poteſt, Stamm. *de ſerv. perſ. l. 3. c. 27. n. 12.* Poſteriori caſu autem ſubditus domino propter damnum ex ipſius abſentia ortum ſatisfacere tenetur. Quod etiam quis a ſubjectione liberetur per matrimonium, *vid. Ordin. Art. IV. n. 8.* dictum in capite præcedenti, hinc plura addere ſupervacaneum eſſet.

An patre dimiſſo liberi ſimul cenſeantur dimiſſi.

§. XI. Quæritur adhuc, num, ſi pater dimiſſionem accipiat, liberi ſimul cenſeantur dimiſſi? Et reſpondetur: qui adhuc

in potestate patris sunt constituti, illi omnino censentur dimissi, quia libertatis acquisitio est favorabile quid, quod ampliandum est, non vero restringendum; non autem illi, qui sunt emancipati, & propriam instituerunt œconomiam, *Ord. cit. Art. IV. §.* und wenn dergestalt ꝛc. horum enim alia prorsus est conditio, nec unquam, nisi specialiter in literis dimissorialibus comprehensi sint, simul dimissi censentur. Hodie literis dimissorialibus plerumque inseruntur verba: **Als will ich N.N. als Herrschafft zu N. meinen bisherigen Unterthanen N.N. nebst seinem Weibe, und in väterlicher Gewalt habende Kinder, der Unterthänigkeit, womit sie mir bishero verwandt gewesen, erlassen, und sie Krafft dieses davon loß gezehlet haben.**

Literæ dimissoriales non ultra annum valent.

§. XII. Cautum præterea est in *d. Ordin. Art. V. n. 5.* ne literæ dimissoriales ultra anni spatium a tempore concessionis ad producendos justos effectus valere debeant, sed quod quilibet dominus, si post annum inveniat, solutum subditum nullam fixam sibi elegisse sedem, sed otio tantum indulgere, ipsum repetere possit. Hinc hodie ejusmodi subditi dimissionem petentes indicare tenentur, quo in loco pedem figere, aut cui domino operas suas locare velint, quo facto postmodum literæ dimissoriales ad illum diriguntur, quem subditus indicavit. Alias etiam sæpissime literis annectitur: **Jedoch soll er, vermöge der Unterthanen-Ordnung, sich binnen Jahres-Frist anderwo seßhafft zu machen schuldig seyn.** Quæritur autem, si subditus, impetratis literis dimissorialibus, in urbe aliqua jus civitatis quidem consecutus est, sed nondum ibi bona immobilia sibi comparavit, nec sedem fixam elegit, an a domino post annum revocari possit? Et resp. quod non; uti pronunciatum in summo Tribun. Budiss. in causa N. C. **von Uchtritz** contra **die Gebrüder von Döbschitz auf Marglissa**, d. 9. Sept. 1698.

Daß gestalten Sachen nach Klägers Suchen nicht statt habe.

CAPUT IV.

De Actionibus.

§. I.

Advocati non debent subditos adversus dominos suos concitare.

HActenus de illis, qui modo legitimo, & domino consentiente, libertatem adipiscuntur; nunc etiam de his, qui illegitimo modo, & invito domino, se liberare cupiunt, id est, de fugitivis, quomodo contra illos procedendum, & quales actiones alias tam domino quam subdito competant, agendum erit. Quoniam autem non minus olim, uti Ordin. nostra *Art. V.* queritur, quam nunc etiam sæpissime subditi per fugam libertati suæ prospicere intendunt; ante omnia monendum necesse putamus, ut tam Advocatus, qui a subditis forsan ad sopiendas quasdam lites imploratur, quam alii sibi caveant, ne hujusmodi hominibus glebæ adscriptis ullam aut verbis seditiosis, aut ipso facto, ad fugam & seditionem suppeditent occasionem, nisi ipsi graves incurrere velint pœnas. Quapropter etiam in juramento, quod Advocati in summo Tribun. Budiss. ante immatriculationem præstare tenentur, expressis continetur verbis: **Daß ein Advocatus die Unterthanen nicht verhetzen noch aufwiegeln, auch nicht ihnen in offenbahre unbilligen Sachen** assistiren, **sondern wenn er ein** Dubium **bey der Sache, ob er nemlich** salva conscientia **dienen könne, es an die Aemter berichten, und Weisung erwarten soll.**

Pœnæ illorum, qui subditos concitant.

§. II. Pœnæ autem, quæ illis, qui occasionem ad fugam aut seditionem præbent, dictitantur, pro ratione delicti variant. Sic enim M. Jul. 1707. **Christoph Kleiling** propter verba quædam seditiosa in pœnam carceris per 14. dies, vel 2. **Mßa.** & **Hanß Hartmann** per 3. septimanas, vel 3. **Mße.** condemnati sunt, quæ pœna adversus subditos quosdam Lindav. Mens. Octobr. 1711. in responso Scabin. Lipf. ad incarcerationem per 6. septimanas vel 6. **Mßo.** si sc. factum aliquod seditiosum accesserit, extensa est. Imo qui subditos revera contra dominos concitant, juramento se purgare, & si hoc præstare recusant, pœnam carceris publici, **den Ban,** subire tenentur, uti pronunciatum in summo Tribun. Budiss. quæ sententia postea per Rescriptum sub 7. Sept. 1710. approbata est.

Quomodo advocatus in patrocinando subditis porro se gerere debeat.

§. III. Hinc quæritur: an Advocato, qui subditis patrocinium præstare debet, illos ex jurisdictione domini sui convocare liceat, quo de controversiis, in quibus ipsis advocando assistere debet, informationem percipere possit? Et resp. negando, uti decretum in summo Tribun. die 9. Novembr. 1702. in causa subditorum Monasterii Mariævallens. in qua sententia Advocato simul injunctum, ut certos Syndicos constitui curet, & per illos se de lite informet.

Varii processus vindicatorii modi.

§. IV. His præmissis ad ea, quæ circa ipsam revocationem subditorum obser-

van-

vanda, progredimur. Quemadmodum autem illi, de quibus actio movetur, non æqualiter sese habent; ita etiam judicium vindicatorium non uno eodemque modo est instituendum; aliter enim agitur contra illos, qui in fuga sunt constituti, alia ratione contra eos, qui jam sedem fixam elegerunt, alio modo iterum adversus hos, qui latitant, & aliter prorsus contra eos, qui in possessione libertatis se fundant.

Quomodo contra illos, qui in ipsa fuga sunt constituti.

§. V. Quod fugitivos attinet, Dominum illos, quamdiu in ipsa fuga sunt, persequi, & propria autoritate ab ipso comprehendi posse, ubicunque invenerit illos, expediti juris est. Nec enim dubium alicui esse potest, inquit Mev. **vom Zustand der Bauern** *qu. 4. n. 3.* quin liceat fugientes colonos propria autoritate capere, quamdiu sunt in actu fugæ, ne ultra elabantur, *per l. un. C. de colon. Palæst.* Stamm. *d. tr. c. c. 25. §. 2.* cum etiam debitorem fugientem ita sistere liceat, *l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred.* Bene tamen hic notandum, quod ejusmodi persecutio non aliter sit permissa, quam si periculum sit in mora, & quando copia judicis non datur, quoniam tantum est remedium extraordinarium, quod non adhiberi debet, si adsit ordinarium, Mev. *l. c. n. 9.* Gail. *l. 2. de pac. publ. c. 2. n. 9.*

Quomodo contra latentes.

§. VI. Quodsi autem non constet, ubi fugitivus ejusmodi lateat, decernuntur contra illum literæ patentes ad omnes ubique magistratus & judices, ut repertus domino suo restituatur, & sine mora ad glebam, cui connexus est, reducatur, Mev. *P. VI. dec. 274.* Et tunc quilibet magistratus tenetur, ut operam det, quo dominis subditos suos requirendi potestas fiat, uti sunt verba *l. 2. C. de serv. fugit.* Sicuti etiam in tali casu utile est remedium, ut magistratus ordinarius per edictum publicum, vel etiam ex suggestu notum faciat, aliquem aufugisse, & omnes admoneat, ut, si quid de fugitivo alicui innotescat, hoc statim debito loco denunciet, Mev. *d. tr. qu. 4. n. 24.*

Quomodo contra contumaces.

§. VII. Quid autem, si subditus, qui fundum suum malitiose deseruit, nullo remedio licito, & nulla coactione ad obedientiam possit reduci? Tunc juxta *Ordin. Subd. Art. V. n. 6.* debito modo publice citandus est, &, si se non sistat, sed in hac contumacia permaneat, in bannum est declarandus, & bona ejus confiscanda, uti responsum est Abbatissæ Monast. Mariævallens. sub. 14. Jun. 1701.

Als gehet mein Gutachten und Weisung dahin, daß dieselbe, wenn die abwesende Unterthanen, nach vorhergehender gebührender Edictal-Citation, **nicht gehorsamlich erscheinen, und ihre** Absentiam **und bisheriges Aussenbleiben, wie zu Recht, genungsam** purgiren **und** justificiren, **mit Einziehung derselben Erbschafften oder andern Zustandes, nach Anweisung der Landes-Ordnung** de An. 1597. art. 3. §. **Im Fall aber** rc. **gar wohl verfahren kan.**

Quodsi autem requisita processus hujus non sint observata, sed absque prævia citatione bona fugitivi fuerint ablata, dominus illa restituere tenetur, uti judicatum in causa **Christoph Petzolds, Kl.** contra **die Herrschafft zu Cunnewitz, Bekl.** die 14. Febr. 1703.

Daß Bekl. vermittelst eines Inventarii **oder endlichen** Specification **derer Fiedlustischen Kinder zu sich genommenes Vermögen, samt dem Werth des verkaufften Gartens, denselben zu berechnen und auszuantworten schuldig.**

Quomodo contra subditos in aliena jurisdict. degentes procedendum.

§. VIII. Si vero rusticus fugitivus alterius dominio se subjecerit, dum vel tanquam liber homo ibi domicilium elegit, vel ut conductor ibi habitat, vel operas suas illi domino locavit, tunc vero domino, postquam hoc rescivit, non est liberum, ut subditum ejusmodi propria autoritate comprehendat, & sine permissu domini illius jurisdictionalis vi armata vel alio violento modo auferat, uti hoc expresse prohibet Ordin nostra *Art. III.* nec obstat *l. 9. ff. de serv. export.* respondetur enim, tum id pacto venditioni adjecto contigisse, vel isti domino datam fuisse a judice facultatem servum abducendi; Sed opus est, ut ante omnia amicis verbis illum de restitutione imploret. Quæritur hic: si possessor glebæ addicti solvere velit pretium in Ordin. præd. determinatum, an sit audiendus? Et resp. negando, Brunnem. *cent. 3. dec. 75. n. 5.* cum nemo suum vendere teneatur, *l. 11. C. de emt. vend. l. 16. C. de jur. delib.*

Rei vindicatio est instituenda.

Quodsi vero restitutionem detrectet, tunc coram judice ordinario instituere potest rei vindicationem, quippe quæ non tantum ad res immobiles & mobiles se extendit, sed etiam ad res animatas & se moventes, uti ex jure cognitum, vindicare posse civitates incolas, *l. 37. ff. ad municip.* dominum subditos, *l. dilectus X. de appellat.* Wesenb. *ad tit. C. de jurisd. omn. judic.* liberi homines quidem alias non veniunt in vindicationem, quia non sunt i-

in dominio, *l. 10. ff. de liber. causa l. 13. ff. ad L. Aquil.* sed hic vindicatio fit non respectu libertatis, sed subjectionis & servitiorum, quæ debent. Et in rusticis hodiernis & hominibus propriis idem obtinere, tradit Husan. *d. tr. c. 7. n. 70.* quanquam enim liberi sint, *l. pen. C. de agric.* attamen, ut loquuntur, sunt conditionati, & quoad corpus ac operas domino quodam jure tenentur, *l. 7. C. de agric l. 3. C. de infant. expos.* Angel. *in §. in testibus J. de testam.* Sed an rusticus, qui vindicatur, in eadem causa testis esse possit, quæritur? Et respondetur affirmando, Cacheran. *dec. 99. n. 19.* quia incertum est, utrum commodo aut incommodo litis exitus rustico futurus sit, Mascard. *de Probat. concl. 1357. n. 69. seq.* Cæsar de Grassis *dec. 78. n 8.* Farin. *de test. qu. 5. insp. 5. n. 250.*

Cui & contra quos hæc actio competat.

§. IX. Competit hæc actio domino cuicunque, qui jus suum in subditum, vel legitimam possessionem probare potest. Et datur contra possessorem verum subditi alterius. Nam in nostra Ordin *l. c.* expresse prohibitum, ne quisquam dominus ejusmodi fugitivos, cujuscunque sint conditionis, sine literis dimissorialibus recipiat, neque ullam ipsis opem præstet, sed sine exceptione & contradictione statim restituat, cum omni causa, uxore & liberis; quid autem juris, si interea alienam mulierem uxorem duxerit, vid. Mev. *P. 2. dec. 231* Rusticus tamen ea, quæ domino restituenti debet, refundere & solvere tenetur, *arg. l. 1. §. 1. ff. de constit. pec.* Mev. *P. 2. dec. 233. n. 1* quanquam retentioni eapropter locus non sit; unius enim factum alteri damnosum esse non debet, *l. 25. §. 12. ff. fam. ercisc.* Competit quoque contra possessorem fictum, seu illum, qui dolo desiit possidere, nam & hic juxta Ordin. Subd. *Art. V. n. 2.* ad restituendum fugitivum tenetur. Si vero malitiose id detrectet & convictus sit, quod illum sine causa detineat, non solum fugitivum cum omnibus, quæ secum tulit, restituere, sed etiam illa, quæ interea neglexit, resarcire debet, adeo ut etiam ab illo tributa, quæ publicis perierunt functionibus, exigi possint, uti patet ex *l. 8. C. de agric.* vid. Perez. *ad d. l. n. 11 seq.* nam qui sciens hominem proprium recipit, tenetur ad interesse; quia autem ignorantia vix aliter, quam per juramentum probari potest, *c. nulli in fin. de elect. in 6.* ideoque si præsumtiones contra eum militent, juramentum ipsi injungi potest, Brunnem. *cent. 3. dec. 75.* Imo si in restituendo sit contumax, nec magistratus monitoriis debitam præstet obedientiam, tunc præter refusionem omnium expensarum litis, juxta Ordin. nostram *l. c.* pro ratione circumstantiarum pœna 10. 20. vel 30. thalerorum, cujus dimidia pars domino, altera fisco cedit, afficiendus est. Quodsi vero ejusmodi fugitivus absque culpa possessoris denuo aufugiat, ad illius restitutionem vel pretium ejus loco solvendum cogi non potest, Ordin. Subd. *Art. V. n. 3.* Mev. *P. 2. dec. 275.* fuga enim casus fortuitus est, quem nemo regulariter præstare tenetur, *l. 23. ff. de R. J. l. 5. §. 2. ff. commod.*

Facilius hic Remedium est condictio ex l. 14. C. de Agric.

§. X. Cum vero in rei vindicatione difficilis sit dominii probatio, fatentibus omnibus *in l. 12. C. de prob.* cum nemo mancipium & homo proprius præsumatur, sed potius a natura liber & ingenuus, ideoque facilius remedium contra subditos fugitivos jura suppeditant, sc. condictionem ex *l. 14. C. de agric. & cens.* quæ lex ita se habet: *Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fuga vitio transeuntes necessitatem propriæ conditionis declinare tentaverint, bona fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri, & tunc causam originis & proprietatis agitari.* Ad quod remedium, cum sit recuperandæ possessionis, & tantum possessio probari debeat, ex consilio JCti in *l. 24. ff. de R. V.* confugere semper tutius. Nam in d. l. possessionis causam a proprietatis expressis verbis sejunxerunt, & illa decisa hanc demum agitari, illam vero (possessionis) levato velo decidi, &, ut loquuntur, bonæ fidei possessori (actori) celeri reformatione succurri volunt. Vid. Menoch *remed recup. possess. 10.* Stryk. *de act. forens. invest. S. 2. membr 2. §. 30.* Cum econtrario si actor dominium probare teneretur, summario & tam celeri processu lis in possessorio finiri nonposset; quia ad dominii probationem multa requiruntur, quæ & processum retardant, & ordinarium exigunt, Stamm. *d. tr. c. 27.*

Quando petitorium sit instituendum.

§. XI. Hucusque vidimus, quid juris circa revocationem subditorum, quando sc. inter dominum & malæ fidei possessorem & detentorem lis est. Sed quid si dominus contra aliquem tanquam suum hominem proprium & subditum agit, & eum sibi adjudicari petit? Tunc judicio petitorio est agendum, & actio præjudicialis utilis instituenda, *§. 13. J. de act. l. 37. pr. ff. de O. & A. l. f. in f. ff. si ingenuus esse dicatur.* Kremberg. *ad §. 13. J. de act. n. 17. seq.* & quidem coram illo judice, sub quo persona quæstionis commoratur, quoniam actor sequitur forum rei, vid. Stamm. *in d. tr. l. 3. c. 29. 31. 32.* nisi glebæ addictus a ne-

mine

mine possideatur, seque liberum esse proclamet, tunc enim intentanda est actio præjudicialis coram judice loci, unde fugit, Perez. *ad tit. C. de agric. & cens. n. 13.* Quid circa probationem observandum sit, idem Stamm. *l. c.* prolixius deduxit, conf. etiam Husan. *d. tr. c. 5. n. 1. sq.*

Quæ actio in denegatione collectarum obtineat.

§. XII. Quandoque etiam dominum inter & subditos lis oritur propter collectas, quas ipse illis imponit; ubi sæpius contingit, ut subditi ad illas præstandas ex metu & obedientia subjectionis se accommodent. Quodsi deinde subditi illas amplius solvere detrectent, & jure communi se tueantur, dominus contra illos acturus non possessorio momentaneo agere debet, sed legitimam possessionem allegare necesse habet; Ita enim judicatum in causa der Unterthanen zu Cunnewitz und Gottfried Wiedemann, M. Jun. 1705.

> Und ist zwar Bekl. bey dem ersten Punckt, die Subrepartition und Eintheilung bey denen Einqvartierungen nach denen Rauchfangen zu machen wohl befugt, iedoch hat er von seinem Vorwerge, und dem Martin Scholtzischen Gute sein Contingent nach der Höhe darauf hafftenden Rauchfänge, und so viel nicht von denen darvon ausgesetzten Gärtnern und Hausleuten beygetragen wird, der Gemeinde in Cunnewitz Ordonanz-mäßig beyzutragen, er könte und wolte denn, daß er dißfalls in richtiger Possess vel quasi (wodurch das Possessorium ordinarium verstanden wird) der Exemtion, was das Vorweeg anlanget constituiret sey, wie recht, darthun und erweisen rc.

Quam ob causam cum reus probationem in se suscepisset, & actor interrogatoria tradidisset, nihilominus die 24. Sept. 1705. hoc modo pronunciatum est:

> Daß Bekl. und Producent dasjenige, was ihm zu erweisen auferleget, und er sich angemasset, nicht erwiesen, dahero es bey dem am 20. Junii dieses Jahrs publicirten Bescheide dißfalls schlechterdings verbleibet.

Eodem modo judicatum in causa der Gemeinde zu Döbra und Skaßke, Kl. und dasiger Herrschafft, Bekl. M. Mart. 1715.

> Es könten und wolten Bekl. denn binnen Sächsischer Frist die angezogene possessionem legitimam, wie recht, erweisen.

Actiones subditis contra dominos competentes.

§. XIII. Ceteras actiones dominis contra subditos competentes jam silentio præterimus, cum pro ratione negotii facile sint investigandæ, vid Hammel. *ad tit. J. de Act. c. 43. n. 7. seq.* Rittersh. *ad §. præjudiciales. J de Action.* breviter illas adhuc perlustraturi, quæ competunt subditis contra dominos. Quando itaque dominus oblitus sui officii, reditus & census, a multo tempore dari solitos auget, subditos suos, quos benigne tractare & illæsos servare debebat, *Nov. 159. in præf. l. 34. vers. sed nos C. de inoff. testam.* violenter & non aliter ac bestias tractat, insolitis & novis servitiorum generibus ita vexat, ut se suosque alendi facultatem non habeant, tunc homines isti apud superiorem querelas movere & petere possunt, ut antiquam consuetudinem dominus iisdem servet nec vim inferat, *t. t. C. in quib. caus. colon. cens. accus.* item, si indebitorum & insuetorum servitiorum nomine quid extortum, ut illud restituat, & ab hac & similibus violentis exactionibus imposterum desistat, ejusque rei nomine caveat, *per l. 5. C. de his qui ad Eccles. confug. l. ult. §. 2. C. de Agric. & cens. l. 6. §. 2. ff. de offic. præs.* vid. Stamm. *lib. 3. t. 34.*

Pœnæ dominis nimis rigorosis imponendæ.

§. XIV. Et hinc quoque fit, ut probata sævitia, quæ tamen talis sit, ut vitæ periculum, vel aliud irreparabile damnum concurrat, Mev. *l. c. qu. 3. n. 76.* dominus quandoque sua jurisdictione privetur, & subditus a sua subjectione liberetur, *arg. l. un. C. de emend. serv. l. ult. C. quem civ. muner. lib. 10. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Carpz. *lib. 1. resp. 53. n. 11.* Gail. *de pace publ. lib. 1. c. 2. n. 22.* idem *lib. 1. obs. 17.* Anton de Petra *de potest. Princip. c. 8. n. 74.* Cum autem in tali casu pro domino firmissima stet præsumtio; quod recte & rite officio suo fungatur, *l. 2. C. de offic. civ. jud.* privatio locum invenire non potest, nisi 1.) monitio præcesserit, 2.) pœnæ privativæ comminatio facta sit, & 3.) contumacia rei nolentis parere adsit, Mev. *l. c. n. 90.* Quomodo autem mandatis pœnalibus domini sævitia in subditos coerceri possit, vid. Gail. *lib. 1. obs. 17.* Ceterum si ex supplicationis subditorum argumento constat, factum domini esse injustum, & sua natura prohibitum, ipsi restitutio damni, quod perpessus est & cautio de non amplius violentiam & novationem inferendo injungitur, Carpzov. *lib. 1. resp. 53. n. 15. sq.* vid. quoque Petr. Frid. Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 34. n. 1. sq.* Gail. *lib. 1. obs. 4. n. 1. sq.* Mev. *P. 2. dec. 80.* nulla

autem

autem licentia ſubditis fundum, ubi commorantur, relinquendi conceditur, ex præſcripto *l. 23. §. 1. de agric. & cenſ.* Superior tamen non imploratus, & ſi ſubditi de inſolitis & iniquis ſervitiis non conquerantur, neque per ſe, neque per alium, ex officio providere debet ſubditis, ne indebite & plus æquo vexentur, Mynſ. *cent. 5. obſ. 8. n. 13.* Gail. *lib. 1. obſ. 17. n. 7.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 13. n. 55.* Paris de Put. *de Syndic. pag. 37. n. 2.*

Concluſio. §. XV. Multa adhuc addenda fuiſſent, non ſolum quoad actiones, ſed etiam quoad totam hanc materiam; verum cum inſtituti ratio fuerit, circa enucleationem Ordinat. Subdit. tantum verſandi, ac materia per ſe tam diffuſa ſit, ut tractatus aliquot alphabetorum de illa ſcribi haud difficulter queat; intra cancellos differtationis manere allubuit, ne per nimiam prolixitatem Tua, L. B. in perlegendo fatigetur patientia. Excuſabis interim, ſi non omnia Tuæ reſpondeant expectationi, ſique erraverim, pro humanitate Tua meliora me edocebis. DEO autem T. O. M. qui huic labori dedit hoc incrementum,

Laus & Gloria in perpetuum maneat!

Tomi Tertii FINIS.

